Digitized by Google

600067731U

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

SCRIPTORES

PROVINCIAE AUSTRIACAE

SOCIETATIS JESU.

COLLECTIONIS

SCRIPTORUM EJUSDEM SOCIETATIS

UNIVERSAE

TOMUS PRIMUS.

VIENNAE

TYPIS CONGREGATIONIS MECHITHARISTICAE.

1855.

250. h. 119

Digitized by Google

Digitized by Google

COLLEGIA

RESIDENTIAE ET MISSIONES

PROVINCIÆ AUSTRIACÆ

ANNO 1773.

COLLEGIUM VIENNENSE.
Fundavit Imperator Ferdinandus I.
Perfecit Imperator Maximilianus II.
„ „ Rudolphus II.
„ Margarita Lasso de Castilia.
„ Adamus Scholzen, Soc. Jesu,
„ Maria Anna Comes de Kolloniez.

DOMUS PROFESSA VIENNENSIS.
Fundavit Imperator Ferdinandus II.
Perfecit Imperatrix Eleonora ejus Conjux.
„ Maria Magdalena Vidua Comes de Mansfeld.
„ Christophorus Comes de Thun.

GYMNASIUM IN DOMO PROFESSA VIENNENSI.
Fundatum a Rudolpho Comite de Tiefenbach.
Perfecit Eva Eusebia Vidua Comes de Kolonicz.

DOMUS NOVICIATUS VIENNENSIS.
Fundavit Imperator Ferdinandus II.

COLLEGIUM VIENNENSE THERESIANUM.
Fundavit Imperatrix Maria Theresia.

AGRIENSE COLLEGIUM.
Fundavit Archiepiscopus Strigoniensis Georgius Szecheny.

BUDENSE COLLEGIUM.
Fundavit Imperator Leopoldus I.

CASSOVIENSE COLLEGIUM.
Fundavit Imperator Ferdinandus II.

CASSOVIENSIS UNIVERSITAS.
Fundavit Archiepiscopus Agriensis Benedictus Kisdi.

CLAGENFURTENSE COLLEGIUM.
Fundavit Imperator Ferdinandus II.
Perfecit Leonardus Scherer.

CLAUDIOPOLITANUM COLLEGIUM.
Fundavit Rex Stephanus Bathory.

CREMSENSE COLLEGIUM.
Fundavit Comes ab Althan.

FLUMINENSE COLLEGIUM.
Fundavit Ursula Comes a Thanhausen.
Perfecit Imperator Ferdinandus II.

GINSIENSE COLLEGIUM.
Fundavit Comes Georgius Szecheny.

GORITIENSE COLLEGIUM.
Fundavit Imperator Ferdinandus II.

GRAECENSE COLLEGIUM.
Fundavit Archidux Austriæ Carolus.
Perfecit Imperator Ferdinandus II.

JAURINENSE COLLEGIUM.
Fundavit Archiepiscopus Strigoniensis Georgius Szecheny.
Perfecit Imperator Ferdinandus II.
„ Imperator Ferdinandus III.

JUDENBURGENSE COLLEGIUM.
Fundavit Comes Balthasar a Thanhausen.

DOMUS TERTIAE PROBATIONIS JUDENBURGENSIS.
Fundavit Ursula Comes a Thanhausen.

LABACENSE COLLEGIUM.
Fundavit Imperator Ferdinandus II.

LEOBIENSE COLLEGIUM.
Fundavit Imperator Ferdinandus II.
Perfecit Christophorus Janschitz, ejus Uxor et Filius P. Christophorus Janschitz S. J.

LEUTSCHOVIENSE COLLEGIUM.
Fundavit Archiepiscopus Coloczensis Martinus Peth de Hettes.

Digitized by Google

LINCENSE COLLEGIUM.
Fundavit Imperator Mathias.

NEOSOLIENSE COLLEGIUM.
Fundavit Imperator Josephus I.

NEOSTADIENSE COLLEGIUM.
Fundavit Archidux Austriae Leopoldus Wilhelmus.

PASSAVIENSE COLLEGIUM.
Fundavit Archidux Austriae Leopoldus.

POSEGANUM COLLEGIUM.
Fundavit Imperator Leopoldus I.

POSONIENSE COLLEGIUM.
Fundavit Cardinalis et Archiepiscopus Strigoniensis Petrus Pazman.

QUINQUE-ECCLESIENSE COLLEGIUM.
Fundavit Archiepiscopus Strigoniensis Georgius Szecheny.

SOPRONIENSE COLLEGIUM.
Fundavit Episcopus Jaurinensis Georgius Draskowitz.

STYRENSE COLLEGIUM.
Fundavit P. Joannes Bernardus a Thanhausen S. J.
Perfecit P. Nicolaus Faringer S. J.
„ Maria Breuner.

SZAKOLCZENSE COLLEGIUM.
Fundavit Helena Horvath de Wigla.

TERGESTINUM COLLEGIUM.
Fundavit Princeps Udalricus de Eggenberg.
Perfecit Imperator Ferdinandus II.
„ Civitas Tergestina.

TRENCHINIENSE COLLEGIUM.
Fundavit Archiepiscopus Strigoniensis Georgius Lippai.

TYRNAVIENSE COLLEGIUM ET ACADEMIA.
Fundavit Imperator Rudolphus II.
Perfecit Cardinalis et Archiepiscopus Strigoniensis Franciscus Forgach.
„ Cardinalis et Archiepiscopus Strigoniensis Petrus Pazman.
„ Palatinus Nicolaus Comes Esterházy.

VARASDINENSE COLLEGIUM.
Fundavit Ursula Comes a Thanhausen.
Perfecit Episcopus Jaurinensis Nicolaus Draskowitz.

UNGUARINENSE COLLEGIUM.
Fundavit Georgius Drageth de Homonn.

ZAGRABIENSE COLLEGIUM.
Fundavit P. Ignatius Thanhausen S. J.
Perfecit Imperator Ferdinandus II.
Perfecit Comes Euphrosina Palfi.
„ Episcopus Jaurinensis Nicolaus Draskowitz

RESIDENTIAE.

Albae-Regalis.
Budensis in Aquat.
Carolinensis.
Cibiniensis.
Comaromiensis.
Eperiesinensis.
Gyöngyösinensis.
Marburgensis.
Millstattensis.
Nagybanyensis.
Neostad. ad S. Leop.
Patakinensis.
Poson. ad S. Martin.
Rosnaviensis.
Scepusiensis.
Schemnitzensis.
Schurtzensis.
Solnensis.
Strigoniensis.
Szattmarinensis.
Traunkirchensis.
Turocziensis.
Magno-Varadinensis.
Udvarhelyensis.
Windschachtensis.

MISSIONES.

Baziniensis.
Coronensis.
Essekinensis.
Felsö-Banyensis.
Leopoldopolitana.
Motloskana.
S. Nicolai in Liptovia.
Petro-Varadinensis.
Temesvarinensis.
Vallis Dominorum.
Vásárhelyensis.

Digitized by Google

SANCTUS

IGNATIUS LOYOLA,

FUNDATOR

ORDINIS CLERICORUM REGULARIUM

SOCIETATIS JESU.

Hispanus, Cantaber, in Castello Loyolae nobili genere 1491. natus, ephebus primo Ferdinandi V. Hisp. Regis, dein sub Duce Najarae arma contra Gallos secutus, 1521. in obsidione Pompejopolis vulneratus, lectis otii vitandi causa Sanctorum vitis, primam relicto mundo se Deo consecrandi cogitationem concepit. Restituta valetudine Monseratum primum, ubi noctem coram B. V. Mariae icone orans transegit, et hinc in speluncam prope Manresam se contulit, ubi ipsamet Duce et Magistra rigidissimam vitam ducens, et extraordinario lumine a Deo perfusus, litterarum rudis admirabilem illum Exercitiorum spiritualium librum composuit, cujus unicus scopus procuratio majoris Dei Gloriae et animarum salutis esset. Peregrinatione in terram sanctam facta, aetatis anno 33. Parisiis humaniores primum litteras repetere, tum Philosophiae ac Theologiae studere coepit; ubi S. Franciscum Xaverium caeterosque primos Socios sibi aggregavit, cum quibus 1534. votis primis in Monte Martyrum emissis, Romam profectus, Confirmationem Ordinis sui a Paulo III. P. M. petiit, et 1540. impetravit, addito tribus solemnibus quarto voto, Missiones quascunque ad nutum Pontificiae Sedis obeundi. Ordinis sui primus Praepositus Generalis anno sequenti electus, eum brevi per Italiam, Hispaniam, Lusitaniam, Germaniam, Belgium diffudit, per Franciscum Xaverium in Indiam, Japonem, Chinam et 1550. etiam in Galliam, ac denique in Africam et Americam induxit; ita ut ipso vivo jam XII. Provinciae, et in his centum Collegia numerarentur. Obiit demum, ut vixit, sanctissime Romae 31. Julii 1556. aetatis 65, miraculis ante et post obitum clarus, ob quae a Paulo V. 1605. Beatorum, et a Gregorio XV. cum Francisco Xaverio Sanctorum catalogo 1622. adscriptus est.

Digitized by Google

Opera ejus sunt:

Libellus Exercitiorum, opus aureum, mole exiguum, fructu maximum, quod adversus graves multorum oppugnationes invictum semper stetit, et jam a Paulo III. in Bulla Confirmationis, tum in Relatione pro Canonizatione ejus facta Gregorio XV., in Lectionibus officii Divini autoritate Innocentii X. factis, ab Alexandro VII. in Indulgentiis haec Exercitia facientibus concessis ac denique ab ipsa Congregatione generalis Montis Cassini contra Constantinum Cajetanum Benedictinum, qui librum Garziae Cisnero Abbati Montis Serrati tribuit, in Comitiis generalibus Ravennae habitis, S. Ignatio tanquam autori tributum est. Prodiit hic liber primo 1548. in 8. recusus infinitis prope vicibus in omnibus formis toto paene orbe et omnibus linguis. Et notare juvat, quatuor primos libros a Societate editos esse: libellum hunc Exercitiorum, Catechismum Petri Canisii, Directorium Confessariorum Joannis Polanci et Christophori Madridii libellum de frequenti Eucharistiae usu; quibus quatuor media continentur, quorum potissimum ope Societas cum Fide Pietatem in orbe terrarum restituere laboravit.

Ut tamen de Editionibus aliquid dicam: prodiit latine primo Romae typis Ant. Biadi 1542. 8. ib. 1606. Cum Directorio in Exercitia, Relatione facta in Consistorio secreto coram Gregorio XV. a Fr. Maria Ep. Port. super Vita, sanctitate, Actis Canonizationis, et litteris Urbani VIII. Canonizationem ejus decernentibus. Parisiis typis reg. 1644. fol. — Viennae 1563. Monachii 1677. — Antverpiae 1639 et 1702. in 4. et 8. cum fig. etc. — Gallice Parisiis 1612. 12. — Hispanice Romae 1613. 8. — Germanice Ingolstadii Partibus III. pro omni statu; pro Religiosis per 4 hebdomadas; pro Fratribus coadj. 1647. 8. Brunae 1747. 4. — Bohemice Pragae 1721. etc. — Innumera vero Commentaria a Patribus S. J. in eo facta suo loco recurrent. —

Liber Constitutionum Societatis Jesu, decem in partes distributus, una cum Examine et Declarationibus. Opus a Summis Pontificibus, aliisque viris celeberrimis maximi habitum, quo totum mundum regi posse asseruit Card. Richelievius. Approbatus a Paulo IV. ubi primum eum rigoroso examini 4 Cardinalium diversorum Ordinum Religiosorum subjecit, tum a Gregorio XIII. et XIV. et a Paulo V. ipsoque Concilio Tridentino. Impugnatus quidem et ipse, ceu Ignatius ei non par, vel ex Regulis Benedictinorum eum mutuatus, vel Laynius primum ejus autor fuisset. At contra iidem fere testes, qui pro libello Exercitiorum, et solemnis Constitutionum Confirmatio jam 1540 facta. Quin et Declarationes non Laynii sed Ignatii esse asseruit Claudius Aquaviva datis Litteris 1. Jan. 1588.

Prodiit hoc opus primum Romae tomis V. 1558 et 59. 8. tum juncto textu hispanico et latino Romae 1606. fol. Latine. Antverpiae tomis IX. 1635. 8. Editio completissima ante abolitionem Societatis, additis omnium Congregationum generalium Statutis prodiit Pragae typis Coll. 1757. Voll. II. fol. Ultima vero Editio post restitutam Societatem facta est Avinione 1832. Partes 7. 8. — Separatim editae Regulae succinctae 1582. 12. et post quam saepissime. Epitome vero Instituti. Romae 1669. Pragae 1728. 8. — Ratio studiorum 1686. 8. et saepius.

Epistola de Obedientia Religiosa ad Lusitanos Socios et filios 26. Mart. 1553 data. Impressa primo loco inter Epistolas Praepositorum Generalium. Opus a S. Francisco Borgia numeris omnibus absolutum

Digitized by Google

dictum, et in Bibliothecam SS. Patrum relatum.

Epistola de Perfectione religiosa ad Hispaniae Socios 4. Mart. 1547 latine edita cum Epistolis Generalium; et cum titulo: De fervore spiritus in nobis excitando et discrete exercendo. Cracoviae 1607 in thesauro spiritualium rerum ad Soc. Jesu pertinentium.

Epistola ad Societatem omnem, qua precibus ejus Regem Lusitaniae sub obedientia commendat. Romae 14. Jun. 1553. — Germanice in Historia Missionum posteriorum temporum. Aug. Vind. 1794. 8. P. 2.

Epistola ad Claudium Aethiopiae Regem 22. Mart. 1555. in Nic. Orlandini Historia S. J. P. I. c. 15. in Maffei Epist. Ind. c. 16. in Petri Jarrici thesauro rerum Indic. c. 1. Bouhours in Vita S. Ignatii.

Epistola ad Urbanum Textorem, primo Ferdinandi Imp. Confessarium et Concionatorem aulicum, dein Principem et Episcopum Labacensem, Societati singulariter addictum, cui et impetravit, ut Universitas Viennae traderetur. In Msc. servata Oberburgi.

Tractatus de SS. Trinitate, quem litterarum rudis in primo melioris vitae tyrocinio scripsit; qui tamen intercidit.

Adversaria Msc. servata Romae, in quibus arcana sua sensa referebat, omni commendatione dignissima, quorumque unum alterumve Orlandinus Historiae suae inseruit.

Caballero in Suplem. I. adhuc memorat:

Epistolae ad varios XXI. hispanice, contentae in Chron. Historia Provinciae Tolosanae S. J. T. I. per Barthol. Alcazar S. J.

Scriptum latinum, quo S. Ignatius Sociis exhibet ideam Instituti S. J. Ibid. T. I. pag. 52.

Testamentum ejus undecim continens dictamina de Obedientia, quae fere moriens hispanice dictavit. Refertur in Vita ejus per Io. Eus. Nierembergium S. J. edita Madriti 1631.

Poema hispanicum de laudibus D. Petri Apostoli. Ibd. in Maffeo et aliis.

Epistolae S. Ignatii Loyolae libris IV. comprehensae. Accedit Sententiarum ejusdem Collectio latine per Rochum Menchaca S. J. tacito nomine. Bononiae typ. Gasp. de Franciscis 1804. Correctissima Epistolarum editio.

Epistola ad Albertum Bavariae Ducem de rebus Societatis et Collegio Ingolstadiensi. Refertur in Agricolae Historiae S. J. Provinciae Germ. Sup. Tomo I. pag. 32. — R. M. Marchio Bianconi in litteris italicis ad Marchionem Philippum Hercolani de rebus Bavaricis Mediolani 1802 editis ait: Epistolam hanc in Sacello Palatii Electoralis Monachii servari.

Denique et Apophtegmata ejus collecta et edita cum illustratione. Antverpiae 1662. fol. — In singulos anni Dies distributa. Viennae 1708. 8.—Coloniae 1712. 8. Moguntiae mandato Episc. Colmari reimpressa 1816. 8. — 1844. 8. — Eorundem Centuria. Viennae 1748. et 56. 12. germanice. Viennae 1733. 8. — Scintillae Ignatianae. Brunsbergae 1715. 12. — Imago absolutissimae Sanctitatis verbis et exemplis S. Ignatii expressa. Pragae 1717. 4. — Eadem per And. Lyraeum S. J. Viennae 1744. 8. —

Vita ejus prodiit latine:

Per Petrum Maffeum S. J. Coloniae 1589 fol. cum Epistolis Jnd. Venetiis 1690. 4. Viennae 1743. 8. et saepius.

Ex hispanico Petri Ribadeneirae S. J. Ingolstadii 1590. 4. Viennae 1743. et 44. 4.

Per Paulum Bombinum S. J. Neapoli 1613. 8.

Digitized by Google

Per Collegium Germanicum in Iconibus 79. Romae 1609. 4.

Ex hisp. Ribadeneirae per Gaspar. Quartemont S. J. Aug. V. 1616. 8.

Per Collegium Augustanum cum 100 iconibus. Aug. V. 1639. 12.

Jesu et Mariae Cliens et Clientum suorum Patronus S. Ignatius. Posonii 1643. 12.

Encomia ejus. Viennae 1639. 12.

Per Lud. Janinum S. J. ex italico Dan. Bartoli. Lugduni 1665. 4.

Compendium Vitae per Georg. Kastel S. J. 1667. 12.

S. Ignatius S. J. Fund. Pietatis et litterarum restaurator, Pater studiosae juventutis compendio descriptus. Graecii 1669. 12.

Compendium Vitae per Christ. Nossium S. J. Pragae 1690. 8.

Vita iconibus symbolis et versibus illustrata per Ign. Querk. S. J. Viennae 1698. 12.

S. Ignatius Divini Amoris Magister et Exemplar. Viennae 1708. 8.

Per Jac. Bidermanum S. J.

Idea gloriosi Christi Atletae S. Ignatii ex italico latine reddita. Graecii 1663. 8.

Dissertatio de S. Ignatio Fund. S. J. et B. Cajetano Thienaeo per Jul. Nigronium S. J. Coloniae 1630. 4.

Hispanice:

Per Petrum Ribadeneira S. J. Madriti 1558 et saepius.

Completata per And. Lucam de Arcones S. J. Granatae 1633. 4.

Per Franc. Garzia S. J. Madriti 8.

Per Eus. Nierembergium S. J. Madriti 1631. 8.

Gloria SS. Ignatii et Francisci Xav. per eumdem. Madriti 1643 fol.

Belgice:

Per Jo. Martini S. J. Mechliniae 12.

Per Franc. Smith S. J. ex hispanico A. L. Arcones. Antverpiae 1654. 8.

Italice:

Elogium per Scip. Sgambati S. J. Neapoli 1630.

Dissertatio historica de S. Ignatio S. J. Fund. et B. Cajetano Thienaeo per Julium Nigronium S. J.

Neapoli 1631. 4.

Per Dan. Bartoli S. J. Romae 1650. fol.

Editio correcta et aucta. Venetiis 1701. 8.

Editio ultima Taurini 1844.

Gallice:

Per Franc. Favard S. J. ex Ribadeneira et Maffeo stilo eleganti. Avenione et Antverpiae.

Per Petrum Morin S. J. Parisiis 1622. 12.

Per Dom. Bouhours S. J. Parisiis 1679. 4.

Germanice:

Per Ferd. Alberum S. J. ex Ribadeneira Ingolstadii 1590. 4. Pragae 1689. 8.

Cum Iconibus. Aug. Vind. 1622. 12.

Arcana explorata Vitae. Partes II. Viennae 1711. 12.

Per Chryst. Genelli Oeniponte 1847. 8.

Polonice:

Per Jac. Szafarnium S. J. ex Ribad.

Per Sim. Wysocki S. J. ex eodem.

Illyrice:

Per Barthol. Cassium S. J. Romae 1617. 8.

Graece:

Per Georg. Mayer S. J. ex Ribad. Aug. Vind. 1616. 8.

Digitized by Google

SCRIPTORES

PROVINCIAE AUSTRIACAE.

ÁBEL Franciscus Xaverius, Hungarus, Manigae in provincia Nitriensi 9. Julii 1722. natus, et aetatis 18. societatem ingressus, audita Cassoviae Philosophia, Theologia Tyrnaviae, 4 vota professus, Philosophiae Doctor, Ethicam Graecii, Jaurini et Tyrnaviae docuit, ac reliquum vitae Missionibus sacris per diversa Hungariae loca summo zelo fructuque impendit. Soluto Ordine slavice Eperiesini diu concionatus, ibidem pie obiit 1784. aet. 62.

Edidit:

Bethulia pia Judithae fraude servata, carmine suavissimo latino, cum Cassoviae Humanitatem doceret. ibid. 1749 et 50. Voll. II. 12.

Doctrina Christiana per quaestiones et responsiones, slavice. Tyrnaviae 1762. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Horanyi. Paintner.)

ADAM Hermenegildus, Germanus, Tyrolensis Merani 1. Junii 1692 natus, 1711 Societatem ingressus, vir eximiae sanctitatis, (quam maxime eo probavit, quod voto spoponderit, quoties noctu evigilarit ad adorandum Deum eucharisticum se surrecturum, quod etiam saepius eadem nocte praestitit), cum vitam omnem sacris missionibus per Carinthiam, Styriam et Hungariam transegisset, Tyrnaviae primum tum Leopoldopoli lue infectis inserviit, qua et ipse, ut suspicio est, correptus, postremo in loco piissime obiit 13. Mart. 1740. Edidit germanice:

Facilis et secura via ad Coelum, seu Regula vivendi et Devotiones statae in singulos annos, menses, dies. Augustae - Vindel. Veith 1733. 8.

Edidit etiam et dispersit plures libellos de B. V. Maria et pagellas pias tempore pestis Tyrnaviae.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Paintner.)

ADÁMI Joannes Nepomuc. Hungarus Chemnizii 16. Julii 1738 natus, et 1754 in Societatem receptus, absolutis studiis aliquot annis Praefectus in Convictu Tyrnaviensi et 4 vota professus a. 1773 Jaurini Professor Philosophiae et studiorum inferiorum praefectus, dein Posonii in Convictu Nobilium Tyrnavia huc translato 20 prope annis Historiae statuum Professor, ac demum ibidem soluto Ordine ultimo biennio apud Fratres Misericordiae moratus, apoplexia ictus pie obiit 22. Maji 1821, aet. 83.

Edidit latine:

Oratio de SS. Virginis illibato Conceptu. Tyrnaviae 1767. 4.

Systema antiphilosophicum de origine civitatis. Posonii Schauff 1801. 8.

Fragmentum Statisticae Graecorum de disciplina civium et educatione juventutis in certa capita redactum. Posonii 1801. 8.

Sensa Cleri Gallicani occasione Revolutionis gallicae manifestata, compendio exhibita. Posonii Belnay 1804. 8.

ÁDÁNYI Andreas, Hungarus, in Dormánd Comitatus Hevesiensis 28. Dec. 1716, natus, aet. 19. Societati adscriptus, et 4 vota professus Repetentium primo Jaurini Professor tum Philosophiae Doctor Ethicam Tyrnaviae tradidit. Dein pluribus locis Concionatorem hungaricum egit. Denique etiam

Digitized by Google

Theologiae Doctor, Controversias, Jus Pontificium et Scripturam S. Tyrnaviae exposuit. Soluto Ordine Rector in Gymnasio Strigoniensi denique senio confectus ibidem pie obiit 13. Oct. 1795 aet. 79.

Edidit latine:

Initia Cassoviensis Societatis Jesu Collegii ab anno 1601 ad annum 1640. Cassoviae 1743. 12.

Fasti Hungariae. Pars I. et II. metro eleg. Cassoviae 1742. 8.

Institutiones Physicae generalis. Tyrnaviae 1755. 4.

Oda in laudem M. Theresiae Augustae, dum Universitas Budae inauguraretur. 1780.

Odae non paucae Viris de Rep. litteraria bene meritis nomine gymnasii Strigon. oblatae, inter quas Oda ad Cives occasione marmoreae statuae M. Theresiae Reginae. Pestini 1781. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Horanyi. Paintner.)

ADOLPH Joannes Bapt. Germanus Lignicii in Silesia 25. Martii 1657 natus, aet. 20. Societati in provincia Austriaca se dedit, in eaque per plures annos Concionatorem, tum Praefectum scholarum inferiorum Viennae egit, ubi tam tragicis quam comicis ludis, in quibus arte et gratia excelluit, Cæsaream Aulam sæpius recreavit; quod idem in Parthenone sacro ad S. Clarae lingua germanica praestitit. Obiit demum vir piissimus Viennae ad S. Annae 14. Sept. 1708. aet. 51.

Laboravit jam Theologiae studens in vasto opere, quod Regum Hungariae gesta continet, eique cum laude finem imposuit.

Ingeniose etiam et laboriose contexuit Vitam Leopoldi M. per nummos, et pene ad finem produxit.

Produxit item ultra dimidium opus Poesis Germanicae, in qua suo tempore ille non mediocriter eminuit.

Relictae demum ab eo Comoediae aliquot.

Denique per plures annos sic dictas annuas Provinciae Austriacae, seu Compendium historicum gestorum quovis anno confecit.

Msc. servatur in Bibl. Cæs. Reg. Vindob. Memoria posthuma Magni Cæsaris Leopoldi I. seu Gloriosa ejus Gesta variique eventus nummis triumphalibus huic operi passim insertis inscripta et succincta historica methodo in singulos vitae annos distributa cum Indice ab anno 1640. ad 1680. Tomi II. fol. paginarum 279 et 241. Ex Recensione Schwandtneri T. II. N. 838.

Notata historica de Imperatoribus Romanis, Graecis, Turcis collecta ex diversis Autoribus cum illorum effigiebus. fol. pag. 358. ib. N. 971.

Dramata varia, sc. Scipio, Cacobulus, Constantius, Dido, Amoris nexus S. Eucharistia, Virtutis triumphus; anno 1703 et sequentibus exhibita Viennae in domo professa, cum compositionibus musicis Bernardi Haudt, hujus domus capellae magistri. Tomi V. folio. ibid. n. 1523.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Paintner.)

ADVERSAT Franciscus, Germanus, Viennae Austriae 2. Oct. 1674 natus, et jam Philosophiae Magister Societatem aet. 20. ingressus, 4 vota professus, humaniores litteras pluribus locis, tum Viennae in Academia docuit; unde ob virtutis et eloquentiae laudem in Aulam Caroli III. Hispan. Regis evocatus sacrum Oratorem quadriennio egit; tum Reginae Gynaeceo a confessionibus fuit, et cum eodem Viennam rediit; cubiculi amans, nisi cum animarum salus evocaret. Triennio ante mortem paralysi in patientiae schola exercitatus, demum obiit Viennae in Domo professa 1. Julii 1729. aet. 55.

Edidit latine:

Aculeus sine vulnere seu Epigrammata de magnifica Cæsarum Urbe Vienna ib. Voigtin 1706. 8. — Ex his plura in analectis Kleinii T. II.

Hortus amicitiae. Dialogi V. 1707 ibidem 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Paintner.)

AEGIDIIS de Josephus (alias Puesten) Germanus, Viennae Austriae 28. Febr. 1721 natus, et aet. 15. Societati aggregatus, ac 4 vota professus, Rhetoricam Viennae ac Graecii docuit, inferioribus dein scholis, quarum aedificium patrimonio suo multum promovit, Viennae in Collegio academico praefectus, at mox valetudine tracta historicum domus ab anno 1761. egit, simul rei nummariae colligendae praefectus, ac demum ibidem mox post sub-

Digitized by Google

latum Ordinem pie obiit 14. Dec. 1773. aet. 52. Edidit latine:

Compendiaria in Artem Diplomaticam Introductio. Viennae. Kalivoda 1752. 8.

Ecloga Regiis Principibus Austriacis dedicata, cum Domum Annaeam S. J. inviserent. Viennae. Trattner 1754. fol. germanice.

Oda in Nuptias Josephi II. Rom. Regis et Josephae Bavaraе. Viennae 1765. 4. nomine Collegii Vienn.

Celeber cumprimis Epigrammatibus latinis extemporaneis fuit, quorum plura conservavit Denisius in opere suo: Lesefrüchte.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Mss. Paintner.)

AGOSTI Josephus, Italus ex ditione Veneta 10. Febr. 1715 natus, aet. 20. Societati in provincia Austriaca adscriptus et 4 vota professus, Philosophiam Zagrabiae et Goritiae docuit; et a. 1757 ad Provinciam Venetam transiit. Edidit, cum Rhetoricam Graecii doceret:

Satyra in eos Philosophos, qui scholasticam Philosophiam contemnunt. ib. 1749 Widmanstadt 8.

(Gesta et Scripta Prov. Aust.)

AGOSTON Petrus, Transylvanus, Telekini in Provincia Siculica 1. Aug. 1616 natus, aet. 22. Societati adscriptus, et 4 vota professus 26 annis sacri Verbi praeconem egit; 11 annis partim domesticis partim exteris praefuit, ac pluribus annis Missiones sacras per Transylvaniam et Hungaricis in locis etiam Turcae subjectis obiit, et quotidianas vexationes, verbera, carceres invicto animo tulit, non semel palo jam destinatus. Jaurini quoque semestri peste infectis inserviit. Denique octo annis gravissimis morbis afflictus, piissime obiit Tyrnaviae 13. Apr. 1689 aet. 73.

Scripsit plures libellos pios hungarice, partim editos; plures post mortem edendos reliquit. Inter editos sunt:

Animae Thesaurus Jesus Christus. Tyrnaviae 1671. 12.

Myrham legens perigrinator, seu Descriptio Stationum VII Passionis et Mortis Christi ib. 1672. 12.

Coelestis Gloria. ib. 1674. 12.

In hungaricum vertit Card. Bellarmini libellum de aeterna felicitate Sanctorum.

(Gesta et Scripta Prov. Aust. Horanyi. Szechenyi. Paintner.)

AKAI Christophorus, Hungarus, Hradnae in Comitatu Trenchiniensi 25. Mart. 1706. nobili loco natus, aet. 17. Societati adscriptus et 4 vota professus, Philosophiae Doctor eandem Cassoviae docuit, et pluribus annis in cura animarum transactis, aliisque munieribus perfunctus pie obiit Turoczii 28. Mart. 1766 aet. 60.

Edidit latine:

Immaculata Deiparae Conceptio mille testibus firmata. Tyrnaviae 1733. 4.

Cosmographia, cum Continuatione. Cassoviae 1741. 8.

Initia Cassoviensis Societatis Jesu. Cassoviae 1741. 8.

Tractatus Samuelis Raby, indicans Judaeorum errorem circa observantiam legis mosaicae et venturum, quem expectant, Messiam. Cassoviae 1742. 12.

(Horanyi. Hattner. Paintner.)

AKAI Joannes Hungarus, Hradnae in Provincia Trenchiniensi 12. Julii 1708 natus, aet. 13. Societatem ingressus, et 4 vota professus, Philosophiae ac Theologiae Doctor utramque Cassoviae, indefessus simul operarius ad mortem usque docuit, quam pestilenti febre sibi accersiit, 4. febr. 1751 aet. 43. Edidit latine:

Epistolae Heroum sacrae et profanae. Carmine elegiaco. Tyrnaviae 1732 typ. acad. 12.

Monumentum gratitudinis, res gestas virorum, quorum singulari beneficio stat aut ornatur Universitas Tyrnaviensis, brevi narratione exhibens, in specie Rudolphi Imp., Nic. Eszterházi Palatini, Card. Pazmani, Ferd. Pálffi Ep. Agriensis, utriusque e S. J., Georgii Lippai et Georgii Szelepcsényi Archiep. Strigon. 1733. 12.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Paintner.)

ALBER Ferdinandus, Germanus Tyrolensis, natus 1548, aet. 17. in Societatem ingressus et 4 vota professus, a omnia summa factus fuit Rector annis

Digitized by Google

14, bis Austriae, semel Germaniae superioris Provincialis, Visitator ad Rhenum, Assistens pro Germania penes Claudium Aquavivam Praepositum Generalem, qui moriens eum post se Vicarium generalem designavit. Post electionem Mutii Vitelesci in Austriam redux, ac Provinciae illi tertio praepositus, cum eam lustraret, Homonae in extrema Hungaria, quo ad montes Carpaticos Poloniam attingit, obiit 30. Octobris 1617, aet. 69. Fuit vir comis simul ac gravis, ac in omnibus ita circumspectus, ut nihil in eo offenderet. Coluit singulari pietate S. Mathiam Apostolum, ejusque auxilium in difficillimis rebus semper expertus est. Transtulit in germanicum juvenis, edidit que sine nomine:

Vita S. Ignatii Lojolae fund. S. J. a Petro Ribadeneira conscripta. Ingolstadii 1590. 4. Pragae 1689. 8.

Summarium Constitutionum et Regulae communes S. J. Dillingae 1682. 12.

(Sotvell. Gesta et Scripta Prov. Austr.)

ALBERTH Philippus, Germanus, Viennae Austriae 16. Jan. 1636 natus, et aet. 21. Societati adscriptus, in omni doctrina aeque versatus, adversaria congessit pluribus tomis suffectura, et variis muneribus perfunctus plurimis tamen annis musis amoenioribus dicatis, pie obiit Viennae 15. Apr. 1709 aet. 73. Inter adversaria latina est:

Tractatus politico-juridicus de Regno Hungariae semper haereditario. Cujus Msc. originale servatur in Bibl. Caes. Reg. Vindob. ex Recens. Schwandtner. T. II. n. 1103 saeculi XVI. fol. 427. in 4.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Paintner.)

ALEGAMBE Philippus, Belga, Bruxellis natus 22. Januarii 1592, post navatam in patria humanioribus litteris operam adolescens profectus in Hispaniam, Aulae Ducis de Ossuna se adjunxit, eumque Proregem Siciliae creatum eo secutus est, ubi spreto mundo Societatem amplexus est Panormi 7. Sept. 1613. Absoluto tyrocinio ibidem Philosophiae, Romae Thrologiae navavit operam, et Graecium in Styriam missus, in academia hac Philosophiam primum, dein Theologiam docuit, in utraque facultate Doctor creatus, et 1629 quatuor vota professus. Sub id temporis Principe Eggenbergio, qui apud Ferdinandum II. Caesarem plurimum valuit, e Societate postulante virum pium, prudentem et doctum, qui filium ejus varias Europae regiones lustrantem Confessarius comitaretur, P. Philippus delectus cum eo per Germaniam, Galliam, Hispaniam, Lusitaniam, Italiam quinquennio profectus est. Redux Theologiam moralem Graecii docuit, simulque numerosae juventutis nostrae Pater spiritualis fuit. Verum cum Princeps Eggenbergius junior a Ferdinando III. destinaretur Romam, ad praestandum suo nomine Urbano VIII. P. M. obedientiam, eum rursus comitari jussus est P. Philippus 1638. At retentus Romae Praeposito Generali a conscribendis epistolis latinis ad Provincias Assistentiae Germaniae fuit, dum post quadriennium caliganibus oculis ex assiduitate scribendi, Praefectum rerum spiritualium in domo professorum et Confessarium Templi ageret, ac demum correptus morbo aquae intercutis 6. Sept. 1652, aet. 60. pie in Domino decederet, vir ob amabilem morum suavitatem, et exactam religiosae disciplinae observantiam omnibus charus et aestimatus. Elogium ejus elegans inseruit Em. Aquilera Historiae Siculae S. J. Parte II. Edidit latine:

Bibliotheca Scriptorum Societatis Jesu post Catalogum P. Petri Ribadeneira 1608 excusum ad annum 1642 producta. — Accedit Catalogus Religiosorum S. J. qui hactenus pro catholica fide et pietate in variis mundi plagis interemti sunt. Antverpiae Joa. Meursii 1643. fol. Coepit hoc opus labore improbo, degens in Provincia Austriaca, ac expolivit Romae. Feller ait, editum Antverpiae cura Bollandi et reimpressum Romae. — Continuavit Sotvellus.

Vita P. Joannis Cardin. S. J. Romae. Franc. Caballi 1649. 12. Monachii 1646. 12.

Heroes et victimae charitatis e S. J. seu Catalogus eorum, qui e S. J. peste infectorum obsequio vitam devoverunt usque ad annum 1647 et ad annum 1657 continuatus a P. Jo. Nadasi S. J. Romae Varesii 1658. 4.

Mortes illustres et gesta eorum de Societate Jesu, qui in odium fidei, pietatis,

Digitized by Google

aut cujuscumque virtutis, occasione missionum, Sacramentorum administratorum, fidei aut virtutis propugnatae, ab ethnicis, haereticis vel aliis, veneno, igne, ferro, aut morte alia necati, aerumnisque confecti sunt usque ad annum 1647; et ad annum 1655 productae a P. Jo. Nadasi S. J. fol. Romae Varesii 1657.

Vita V. P. Francisci Mastrilli S. J. recusa Viennae 1678 Cosmerovii 8.

Addit Feller, scripsisse eum et alia opera, in quibus pietas eruditioni juncta; inter alia parvos tractatus de vanitate honorum et voluptatum mundi, plenos philosophia christiana.

(Sotwell. Le Long. Niceron. Walche. Sazius. Feller. Acta et Scripta Prov. Austr.)

ALLÓ Emericus, Hungarus, Beketfalvae in insula Danubii 1659 natus, fuga sibi ad Societatem viam aperuit, elusis pio dolo militibus, quos ad eum retrahendum tutor submisit. Trenchinii ordinem 1678 ingressus, jam tyro sociis epidemica lue infectis inserviit. Viennae Philosophiam auspicatus, in brevi Cassoviam translatus est, ubi tolerata fame aliisque incommodis obsidionis tempore dedita demum urbe, per Poloniam Viennam demum evasit, ubi Philosophiam absolvit. Tum Tyrnaviae quadriennio mansuetiores litteras docuit, et altero Theologia excultus, in Transilvaniam missus est, ubi ob iniquitatem illorum temporum sub nomine Stephani Hedenari in scholis professor, in Templo S. Orator gloriam Dei multum promovit. Judemburgum demum, ut tertio probaretur, missus, post mensem in eandem vineam remissus est, ubi, dum milites, curae suae creditos, ob perversos mores acrius increparet, ab iisdem gladio percussus, post aliquot dies spiritum Deo reddidit 12. Mart. 1698. aet. 39. Est ejus latine:

Σταγαρος seu Leopoldus I. pietate in Deum, Clementia in subditos, Arte et Marte, in Toga et Sago, tot gloriosissimorum antecessorum suorum corona. Carmine heroico, lyrico, anagrammatico. Tyrnaviae 1687. 8.

(Msc. Paintner.)

AMBSCHELL Antonius, Hungarus, Janini 9. Mart. 1751 natus, et 1768 in Societatem receptus, Philosophia et Mathesi Viennae excultus sublato Ordine Presbyter saecularis factus ac Philosophiae Doctor, Physicam et Mechanicam Labaci primum in Carniolia annis 11, ubi Canonicus Patinensis et agrariae Societatis membrum electus, tum 19 annis in universitate Vindobonensi docuit; et ab anno 1807 Ecclesiae Collegiatae Posonii Canonicus et Praepositus mitratus S. Eustachii de Csuth, hydrope ibidem obiit 14. Julii 1821. aet 72. Bibliothecam suam Academiae Posoniensi legavit.

Edidit vir apprime eruditus latine:

Dissertatio de centro gravitatis et de motu in genere. Labaci 1780. 8.

Elementa Physicae e phaenomenis et experimentis deducta, aut attentione stabilita et in sex Dissertationes divisa. Viennae 1807 Tomis VI. 8.

Elementa Matheseos, Tomi III. Viennae 1807. 8.

Germanice:

Josephi Herbert S. J. Dissertatio de vi electrica aquae ex latino. Labaci 1778. 8.

Concio in Festo S. Antonii Patav. Labaci habita. Viennae Schmidt 1782. 8.

Principia universae Physicae super phaenomena et experimenta fundatae. Viennae. Schmidt. 1791—93. Tomi VI. 8.

(Bibl. Saxchen. et Carniol. Paintner.)

AMICUS Franciscus, Italus Neapolitanus, Cosentiae Calabriae citerioris metropoli 2. Apr. 1578 nobili loco natus, act. 18. Societatem ingressus, votorum 4 professione emissa, 88. Theologiae Doctor creatus, eandem docuit in Italia Aquilae et Neapoli, in Germania Graecii Styriae annis 24, ubi et Cancellarius Academiae quinquennio, et generalis studiorum Praefectus Viennae Austriae circiter novennio fuit. Vir simplex simul et prudens, demissionis summae, et innocentiae morum tantae, ut primam innocentiam coelo intulisse credatur, quo evocatus est Graecii 31. Jan. 1651, aet. 73. Elogium ejus in Scriptoribus Universitatis Viennensis et in Propylaeo Bibliothecae univ. Graecensis.

Extat ejus sermone latino:

Cursus Theologicus juxta scholasticam hujus temporis S. J. methodum Tomis novem: I. De Deo uno et trino. Viennae Austriae Gasp. Rath 1630. fol. II. De

Digitized by Google

Natura Angelorum, eorumque proprietatibus. Antverpiae Belleri 1637. f. III. De ultimo fine hominis, et mediis ad eum conducentibus, Duaci Vid. Balth. Belleri 1640. f. IV. De Fide, Spe et Charitate. ib. 1641. f. V. De Justitia et Jure. Antverpiae Guil. Lesteerici 1630. fol. Correctus juxta Decretum S. Congregationis Inquisitionis Romae. VI. De Augustissimo Incarnationis Mysterio. Duaci Vid. Balth. Belleri 1640. f. VII. De Sacramentis in genere, et de Baptismo, Confirmatione et S. Eucharistia ib. 1640. f. VIII. De Sacramentis Poenitentiae et Extremae Unctionis. ib. IX. De magno Matrimonii Sacramento. Antverpiae Guil. Lesteerici 1630. f. — Recensus totus Cursus Tomis 8. Duaci Belleri 1640 f.; et Antverpiae Guil. Lesteerici Tomis 9. 1650. fol.

(Sotwell.)

AMIODT Stephanus, Hungarus, Fülekini 22. Dec. 1676 natus, et aet. 16. Societati adjunctus, ac 4 vota professus, Philosophiae ac Theologiae Doctor, utramque Viennae, Graecii ac Tyrnaviae docuit. Viennae summis Austriae Ducibus Elisabethae et Magdalenae a Confessionibus triennio fuit. Tum Clarissimam Elisabetham, cum Belgii gubernationem susciperet, Bruxellas comitatus, eidem consilio et industria praesto fuit, multaque pro Dei Gloria, Religionis confirmatione et refraenanda Jansenii doctrina egit. Quam operam Religiosissimae Principi cum 20 annis ad mortem usque praestitisset, in Austriam reversus, Bibliothecae praefectus, Viennae obiit 13. Maji 1759, 80 annis major, Sacerdos jubilatus, et Professorum hujus provinciae senior, morum suavitate omnibus commendatus.

Edidit latine:

Exercitationes Theatrales scholarum Viennensium. Viennae 1709. Voigtin 12.

Germania vetus selectis quaestionibus illustrata. Viennae 1712. 12.

Germania in naturae opibus admiranda. Partes III. Viennae 1713. 12.

Eucharisticon honori Divi Joannis Nepomuceni concinnatum occasione impetratae per ejus intercessionem singularis gratiae. Viennae 1744. 4. improbo labore factum.

In Manuscripto servantur in Bibl. Caes. Reg. Vindobonensi:

Diversa Scripta Polemica, pro privata Ser. Archiducis Elisabethae instructione conscripta. 1730 fol. pag. 248. Ex Recensione Schwandtner T. II. N. 837.

Collectanea varia, moralia, polemica (maxime contra Jansenistas) politica, historica. Tomis XVI. 4. Non tamen omnes supersunt. Ibidem N. 1146. Ex his multa typis data sunt.

Opus polemicum ex probatis Autoribus deductum. Pars I. de praetensis novitatibus et abusibus Ecclesiae Romano-Catholicae. Pars II. de novitatibus, abusibus et erroribus Ecclesiae praesertim lutheranae, Ser. Archiduci Elisabethae Belgii Gubernatrici dicatum. 1730. fol. pag. 473 et 494. ibid. N. 1158.

(Grata et Scripta Prov. Austr. Paintner.)

AMON Franciscus Xaverius, Germanus, Viennae Austriae 13. Oct. 1725 natus, an. 1744 in Societatem admissus, audita Viennae Philosophia et Theologia Oratorem sacrum in pluribus Germaniae et Hungariae locis per omnem reliquam vitam egit, et sublato Ordine Posonii pie obiit.

Extat ejus germanice:

Justificatio dogmatis catholici: Deum in SS. Eucharistiae Sacramento praesentem adeoque adorandum esse, occasione Processionis theophoricae. Posonii. 1773.

(Mac. Paintner.)

AMPACH Rochus, Germanus Tyrolensis in Valle Sarantina ex illustri Baronum familia natus 13. Aug. 1636, Societati adlectus aet. 16. in provincia Austriaca 4 vota professus, ac Philosophiae et Theologiae Doctor, Graecii Humanitatem, Ethicam, Theologiam polemicam annis singulis, Moralem biennio, et altero Scholasticam docuit, S. Scripturam exposuit, et Cancellarii munere in tertium annum functus est. Rexit subin Collegium Labacense, ac hinc Viennae rursus 1703. S. Scripturam tradidit; unde Illustrissimo Domino Trautsonio, Caesareo ad Aulam Hispanicam Oratori conscientiae arbiter ad finem usque

Digitized by Google

vitae fuit, et pluribus e Nobilitate utriusque sexus idem obsequium praestitit a Leopoldo Caesare ob prudentiam et zelum suum magnopere laudatus; praecipue vero Illustrem Dominum Jörgernm a proditore graviter vulneratum ad veniam reo impetrandam permovit. Paupertatis singulariter amans nummos a consanguineis obtrusos constanter rejecit. Orationi cumprimis deditus, diuturno paralysis morbo probatus, pie obiit Viennae in Domo professa 27. Oct. 1709, aet. 73.

Edidit latine:

Seneca inculpatus Aulicus humili charactere descriptus. Graecii Widmanstadt. 1661. 8.

Plausus Viennenses in Coronatae Sapientiae honorem dati. Viennae Cosmerovii 1670. 8.

Cursus Philosophicus ad felicem in vita publica progressum breviter digrediens, Magnis Nominibus Armorum et Amorum Numinibus, Leopoldo et Claudiae Felicitati, felicissimorum Caesarum laureato Hymenaeo inscriptus, cum centum Conclusionibus philosophicis brevissime propositis. Lincii et Viennae. 1674. 8.

Amalthea philosophica. Viennae 1674. 12.

Axiomata philosophico-politica ad felicem in christiana et civili vita progressum conscripta. Viennae 1675. 8. Salisburgi 12.

Synopsis Vitae S. Francisci Xav. ex hispanico. Viennae. 8.

Gemina Praxis colendi S. Franciscum Xav. in latinum translata Graecii et Viennae germanice etiam reddita.

(Propyleum Bibl. Univ. Graec. Gesta et Scripta Prov. Austr. Pointner.)

ANDRÁSSI Antonius, Episcopus, Hungarus ex illustri Baronum progenie, matre e Comitibus Berényi, Románfalvae in provincia Nitriensi 28. Oct. 1742. natus, cum Nitriae humaniores litteras in scholis piis, Cassoviae Philosophiam uno anno excepisset, mortuo patre, contemtis omnibus mundi spebus, Viennae tyro, Philosophiae ibidem, ac traditis alibi humanioribus litteris, in secundum annum Theologiae maximo cum progressu se dedit, quum soluto Ordine in Terras suas se recepit doctae solitudini vacaturus. At jam 1776. a M. Theresia Augusta ob singularem pietatem prudentiam et doctrinam neo-erecti Episcopatus Rosnaviensis Canonicus, et mox Praepositus major, et quadriennio vix elapso, Episcopo Ant. Revai ad Sedem Nitriensem translato, Successor datus est, quo in munere annis 19 omnes veri Episcopi partes explevit. Quoniam vero Legibus Ecclesiasticis tenaciter inhaereret, quin politicis quid demeret, non effugit invidiam, a Clero suo et a Dicasteriis strenue defensus; ut e funebri eluet ei a Gedeone Tornallyay, Canonico Rosnaviensi dicta, Cassoviae et Agriae typis data. Elegans etiam ejus Elogium Castro doloris additum. Obiit bonis episcopalibus exutus in Coenobio Capucinorum 19. Nov. 1799 aet. 57.

Extat ejus latine:

Appendix subnexa Censurae Tentaminis demonstrationis trium propositionum de poenali transitu ex Religione Romano-Catholica ad Evangelicam, editae a R. P. Jos. Szenyeres. Budae 1790. 8.

Epistola pastoralis ad Clerum suum de necessitate unius salvificae Catholicae Fidei.

Adornavit defensionem Canonum Concilii Tridentini, quod tamen doctissimum opus mors interrupit.

(Mac. Pointner.)

ANDREÁNSZKI Melchior, Hungarus ad S. Andreae aviticae ditionis in provincia Liptoviensi pago 20. Dec. 1718 natus, absoluta Cassoviae Philosophia, Societatem adiit, scientias tum humaniores tum severiores diversis locis tradidit, plurimum tamen temporis laboribus apostolicis transegit. Est ejus:

Libellus catecheticus slavice. Cassoviae 1756. Budae 1759. 12. Auctus Tyrnaviae 1763 et 64. 4. hungarice 1769.

(Mac. Pointner.)

ANDREAS Laurentius, Flander, non dum Presbyter Philosophiam 1560 in Collegio Viennensi docuit, ac una valetudinis sociorum curam habuit. Inter discipulos numeravit Georgium Scherer.

Estant ejus latine:

Assertiones Logicae, Physicae, Mathematicae, Metaphysicae et Ethicae, a juvenibus S. J. praeside Laur. Andrea, Artium et Philosophiae Magistro in Ecclesia Caes. Collegii S. J. circa Festum

Digitized by Google

OO. SS. ante studiorum restaurationem pro more defensae. Typis datae in aedibus Collegii 1560. 4. (Typographia haec paulo post Tyrnaviam translata.)

(Mac. Paintner.)

ANDRIAN Carolus, Germanus, e pervetusta Baronum prosapia in Comitatu Tyrolensi Tisinensis 29. Nov. 1680. natus et aet. 18 Viennae in Provinciam Austriacam receptus, 4 vota professus, Philosophiae et Theologiae Doctor, illam Budae ac Tyrnaviae, Goritiae Jus Canonicum, Graecii Scripturam S. tradidit. Tum Historiam ibidem 16 annis praelegit, et vir magnae in Historia praesertim omnigena eruditionis, placidae indolis et tenerae pietatis ibidem etiam obiit 7. Jan. 1745. aet. 65.

Edidit latine:

Synopsis chronologica sive Ratio temporum et rerum succincta ab Orbe condito ad annum Christi 1711. exeuntem perducta. Graecii 1711.

Catena temporum Veteris et Novi Testamenti historiam ab Orbe condito ad annum Christi 1714. sic connectens, ut sacra profanis, profana sacris jucundo ordine permisceantur. Viennae 1714.

Series Romanorum Pontificum. Graecii Widmanstadt 1728. 8.

Epochae sacro-profanae tabulis historico-chronologicis illustratae, seu Methodus facilis et expedita universalis Historiae notitiam comparandi. Graecii 1729. 8.

Subsidium memoriae pro Historia universali veteri. Graecii 1729. 8.

Subsidium memoriae pro Historia Imperii Occidentalis. Graecii 1735. 8.

Subsidium memoriae pro Historia Imperii Orientalis. Graecii 1736. 8.

Subsidium memoriae pro universa Historia Ecclesiastica. Graecii 1734. 8.

Epochae Habspurgo-Austriacae ad comparandam Historiae Habspurgo-Austriacae exactam notitiam utilissimae, defendente ex Historia Carolo Comite a Lamberg. Graecii 1730. 8. — Continuatae ad annum 1740 et tabulis genealogicis auctae. — Rursus ad annum 1762 continuatae a Bernardino Erber S. J. Viennae 1762. 4.

Quaestiones historico-chronologico-criticae ex Historia Ecclesiastica selectae primorum VI. Saeculorum. Graecii 1731. 4.

Epitome Chronologica Scriptorum Ecclesiasticorum. Tomi II. Graecii 1733. 8.

Elenchus Assertionum ex Historia Imperii Occidentalis. Graecii 1736. 8.

Conclusiones historico-chronologico-criticae ex Historia Orientali. Gracii 1737. 4.

Dissertatio de veterum profanae Historiae Scriptorum notitia, delectu et recto usu. Graecii 1743. 8.

Dissertationes et Quaestiones selectae historico-chronologico-biblicae super Vetus Testamentum. Graecii 1730. 8. Viennae Trattner 1753. 4.

Sunt etiam ejus:

Series Rom. Pontificum et Caesarum Occ. et Or. a Carolo M., Regum Hispaniae Lusitaniae, Angliae, Italiae, Galliae, Bohemiae, Hungariae, Poloniae, Daniae, Sueciae. Graecii omnes ab anno 1730 ad 35 editae.

Tabula chorographica Carinthiae et facta in eum finem per eam itinera, forma majori edita. (teste Leopoldo Gruber in Bibl. Germ. Austr.)

(Vogel. Georgi. Meusel. Gesta et Scripta Prov. Austr. Paintner.)

ANDRIUSIUS Carolus, Italus, Pontevae Fori Julii oppido 14. Jan. 1614. natus et aet. 21. Societati insertus, insignis operarius, qui et pluribus mensibus peste infectis inserviit, vitae perquam mortificatae placidissime obiit Goritiae 17. Aug. 1683, aet. 69.

Reddidit italice et vulgavit:

Card. Bona Manuductio ad Coelum.

Paulini Joannis S. J. Colloquia pia cum Jesu patiente.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

ANGERER Antonius, Germanus, Sizendorfii in Austria 10. Martii 1720 natus, aet. 16. Societatem ingressus, 4 vota professus, Philosophiae et Theologiae Doctor, Missionarium biennio in Austria superiore egit, tum Viennae Ethicam quadriennio, S. Scripturam quinquennio, et Graecii Dogmaticam quadriennio praelegit; Lincii demum Praefectus altiorum scholarum et Professor S. Scripturae, et abolito Ordine Catechista primum in Templo dein Concionator matutinus per plures annos, tanto in

Digitized by Google

utroque munere concursu, ut Templum vastum auditores non caperet, et ruricolae a pluribus horis etiam noctu et hyeme accurrerent; vir pius et mortificatus, qui semper super matta decubuit, tantique consilii, ut ab Ecclesiasticis aeque ac laicis communiter consuleretur, obiit demum Lincii 1802. aet. 82.

Reliquit in Msc. Conciones suas matutinas et Expositionem in Isaiam.

APERG Adamus, Germanus, Viennae Austriae 21. Oct. 1607. natus, et 1643. Societati adscriptus jam tyro magnum suscepti Instituti amorem probavit, cum Sueco milite Danubium jam obsidente, oblata tyronibus discedendi venia uti noluit, in omnem sortem paratus. Humaniores litteras per plures annos, imprimis Rhetoricam Graecii magno discipulorum etiam in pietate progressu, tum Philosophiam Clagenfurti tradidit, ac demum S. Oratorem egit. Gravissimo morbo patientissime tolerato piissime obiit Clagenfurti 14. Aug. 1666 aet. 59.

Edidit Rhetor Graecii latine:

Lilium inter spinas, a lacte Virginis candidum, a sanguine Agni rubrum. Graecii 1660. 12.

S. Joannes, Aquila theologica carmine epico celebrata. Graecii 1660. 8.

Euryalus Niso, amicus fortunatus laureatae sapientiae Graecensis Athenaei. ib. 1661. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

APFALTRER Ernestus, Germanus Carniolus Labaci illustri Baronum stirpe (quae eodem saeculo tres praestantes viros: Henricum, Ernestum et Leopoldum Societati dedit) 19. Junii 1707 natus et aet. 17. Societati adjunctus, 4 vota professus et utriusque facultatis Doctor, Labaci primum, tum in Universitate Viennensi Cursum triennalem philosophicum docuit. Dein diversis in Collegiis SS. Canonum, Casuum, Controversiarum ac demum Viennae Theologiae dogmaticae Professor; tum Seminarii Passaviensis, Labacensis, et Convictus Graecensis Regens; a 1732 Theologus Excellentissimi Vicarii Apostolici, dein Superior Residentiae Marburgensis, ac demum Rector Collegii Labacensis, Soproniensis et Styriensis, quo in munere pie obiit Styrae 14. Oct. 1767. aet. 66.

Edidit latine:

Scriptores Universitatis Viennensis ordine chronologico propositi. Pars I. Saeculum I. ab origine Universitatis ad annum 1463. Viennae Kaliwoda 1740. 8.—Continuati a Rechbach, Dolens et Jos. Carl ad annum 1664.

(Bibl. Carniol. Paintner.)

APFALTRER Leopoldus, Germanus Grunhofii in Carniolia ex eadem Baronum familia 15. Oct. 1731 natus, aet. 16. Societatem ingressus, et audita Graecii Philosophia ac Theologia 4 vota, professus, Matheseos et Mechanicae experimentalis Clagenfurti ab anno 1766. Professor etiam soluto Ordine permansit, et Societatis Agriculturae in Austria interiore membrum, quippe his scientiis et animo et studio omni deditus.

Edidit germanice:

De vera relatione pratorum ad agros in Carinthia. Dissertatio a Societate agraria praemio coronata a. 1766.

Tabulae comparativae veteris mensurae in Carinthia et pretiorum ejus cum neo-austriacis.

Diss. de motu rhombi conici. Clagenfurt. 1772. latine.

Diss. de pressura fornicum ad muros laterales. Viennae Trattner 1782.

(De Locu. Mecsei. Ed. v. T. 11. Bibl. Carniol. Msc. Paintner.)

AQUILA Joannes, cujus: Laureata Nobilitas.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

ARATOR (Szántó) Stephanus; Hungarus, Dioecesis Jaurinensis, natus 1541, Romae alumnus Collegii Germanici in Societatem admissus aet. 20. absoluto Theologiae studio in Germaniam missus, Philosophiae curriculum bis docendo emensus est Graecii in Styria. Poenitentiarii munere Romae in Basilica Vaticana functus est quinquennio. Vir fuit, ut virtutibus, ita doctrinis omnibus apprime instructus, graecae et hebraicae gnarus, Fidei Catholicae adversus haereticos acerrimus propugnator, quos non raro publicis in Conventibus, ut Vara-

Digitized by Google

dini, etc. devicit. Proceribus Hungaris, ac in specie Stephano Bathoreo Polonorum Regi charus, cujus in fide constantiam adversus calumniatores apud Pontificem et Cardinales egregia oratione defendit; ubi etiam contulit ad Collegium adolescentum hungarorum erigendum, quod postea cum Collegio Germanico unitum est. Sanguinis pro fide fundendi semper cupidissimo id in morte solatio fuit, quod exul pro fide moreretur, Olomuci 1612, aet. 70, nuncupatis ante annos 20 quatuor votis. Fusius elogium dat Sotvell et Patrignani, quorum prius Cl. David Czvittinger Augustanae Confessionis Specimini Hungariae eruditae verbotenus fere inseruit.

Edidit Scriptum de causis invalescentium in Hungaria errorum.

Reliquit hungarice inedita:

Catechismus instar Romani multis controversiarum fidei capitibus locupletatus.

Testamentum Vetus ex collatione hebraici, graeci latinique textus hungarice redditum.

Denique in Msc. in Bibl. C. R. Vindob. servatur:

Confutatio Alcorani tribus libris comprehensa cum praefatione signata Olomucii 9. Nov. 1611 in 4. (Tomo III. Recens. Schwandtner. p. 322.

In Archivo autem Archiepiscopatus Strigoniensis:

Scriptum de ingressu hæresum.

(Sotvell. Gesta et Scripta Prov. Austr. Paintner.)

ARGENTI Joannes, Italus Mutinensis 1561 natus, aet. 22. Societatem adiit, et 4 vota professus, cum humaniores litteras et Philosophiam aliquamdiu docuisset, tria in Italia Collegia, ac Patavinum illo tempore rexit, quo agente Venetiis Doctore Cremonino, scholis clausis Sociis Parmam transeundum fuit. Missus ex Italia in Transylvaniam Viceprovincialem ibidem 1603. egit, cum Moyses Szekelius Clandiopolim occuparet, a civibus ea sibi lege patefactam, ut potestatem illis faceret, Societatis Collegium diripiendi, Patresque ejiciendi. At recepta non multo post a Caesareis civitate, e Polonia eo rediit Argenti 1604. Cum tamen tuto ei esse non liceret, cum Sociis aliquot periculoso itinere per Moldaviam remeavit Cracoviam; ubi cum aliquamdiu ad Italos concionatus esset, a Praeposito Generali Claudiopolim redire, ac Collegii Rectorem et Transylvaniae Viceprovincialem rursus agere jussus est. At utut gratus in adversarios, et innocentiam Societatis in Comitiis publicis bis demonstrasset, ejectus adhuc bis, non quiescentibus Calvinistis, sub Moyse Szekeli, Stephano Boczkajo et Sigismundo Rakoczio, Austriae provinciae 1611 praepositus est; etsi nec hic in turbis Pragensibus sine discrimine fuit. Anno proximo in Poloniam rursus et Lithuaniam cum autoritate Visitatoris concessit. Missiones in his regnis summo cum fructu instituit, et epistola ad Sigismundum III. Regem data Societatis innocentiam ab adversariorum calumniis vindicavit. Claudio Aquaviva mortuo 1615. Romam contendit, ubi in Comitiis absens 29 votis ad Generalatum postulatus est: at Mutio demum Vitelescho electo Argenti Mediolanensi primum, dein Polonicae Provinciae praefectus est; unde in Austriam Visitator remissus Bohemicam ab Austriaca provincia separavit, huicque per annos aliquot praefuit, donec aetate laboribusque fractus in Italiam remeavit, ubi Rector Collegii Mutinensis denique obiit 26. Nov. 1626. aet. 65. Vir non aliud, quam Dei Gloriam et Ecclesiae propagationem suam et Sociorum perfectionem ac animarum salutem sectatus, in se jejuniis, ciliciis et flagellis austerus, in laboribus et negotiis gravissimus, aequali prudentia, moderatione et constantia praeditus. Fusum ejus elogium dat Sotvellus et Patrignani.

Extat Epistola ejus ad Sigismundum III. Poloniae et Sueciae Regem de statu Societatis Jesu in Provinciis Poloniae et Lithuaniae. Cracoviae Andr. Detricovii 1613. et 16. 4. et cum insigni Auctario nempe: Proscriptionis Soc. Jesu ex Regno Bohemiae, Moraviae, Silesiae, Hungariae etc. et Duarum Actionum, quas in Transylvania in generali Ordinum Conventu pro restituenda ibidem Societate adversus Matth. Turoszai Arianorum et Mich. Tavnardii Calvinistarum Superintendentes habuit 1603. et 1607. Cracoviae Franc. Caesarii 1620. 8. Clement et Hossius addunt Editio-

Digitized by Google

nem Ingolstadii Elisabethae Angermer 1614. 4. — Catalogus Bruxellensis addit:

Apologeticus pro Societate Jesu, in quo pleraeque omnes calumniae, quae in Societatem Jesu a variis conjici solent, refelluntur. Coloniae 1616. 4.

(Sotvell. Clement. Walch. Hossius.)

ARGENTI Antonius, Tergesti 28. Nov. 1669 natus Societatem Viennae ingressus aet. 16. absolutis Studiis 4 votorum professus, 12 annis Goritiae Humaniores, et Philosophiam, Zagrabiae Theologiam moralem docuit, et 9 an. Historicum Collegii Goritiensis et praefecturam spiritus egit, ibique pie obiit.

Scripsit latine:

Memorabilia Orbis et Urbis Goritiensis in Saecula XXXII. Lustra IV. et integram Olympiadem, ab anno Mundi 2635. Urbis conditae I., ante Christum natum 4053 usque ad annum 5757 Urbis 3122. post Christum natum 1704. et menses septem. Labaci Magrin. 1704. 4.

Hic liber a quibusdam, sed probabiliter falso, adscribitur Patri Thullner.

(Grata et Scripta Prov. Austr. in Thullner.)

ARMINGER Franciscus Xaverius, Germanus, Wirtingae in Austria 25. Sept. 1752. natus an. 1771 Societatem Viennae ingressus, soluto Ordine Philosophiae et Theologiae privatim studuit et Sacerdos factus, ipsis 22 annis in Collegio Theresiano nobilem juventutem litteras humaniores docuit. Hoc munere solutus a 1797. erectis in Austria pluribus nosocomiis militaribus ipse se Stockeraviensi sponte et gratis devovit; at brevi lethali morbo correptus, aegre servata vita, restaurato Collegio Theresiano ab Imperatore Pro-Director constitutus est; at 1804. Collegio Patribus piarum scholarum tradito, vitam reliquam in cura animarum Viennae transegit; Denisio adeo semper charus, ut ei Bibliothecam suam legarit.

Edidit germanice:

Carminum species veterum Graecorum et Romanorum, quae Germani moderni imitati sunt. Viennae 1788.

Georgii Mezburg Institutio ad Mathematicam. E quarta Editione latina reddidit germaniae Tomum I. et II. (reliquos 4 Tomos alius) Viennae 1796 et 97. 8.

(Mac. Paintner.)

ARNOLD Angelus.

Cujus in Bibl. Caes. Vindobon. in Mscpto servatur latine:

Virtutis et honoris aedes in Heroibus, et Poematis XXV. deducta, nec non eruditis Praelusionibus illustrata. (Recens. Schwandtner. Tomo II. num. 1220.

ARNU Maximilianus, Germanus, Graecii in Styria 1. Martii 1671 natus aet. 18. Societatem ingressus, Tyrnaviae Poesim. Lincii Rhetoricam tradidit, dein tertiam Probationem agens zelum animarum, quo ardebat, in missionibus, quas peragebat, luculento testimonio comprobans mortuus est Judenburgi 28. Jul. 1703, Graecii Poesim docens edidit latine:

Secundum aetatis saeculum Tirnaviensis Apollinis S. Francisci Xaverii Scholae Poesos Patroni, a novem Musis Romanorum Pontificum novem Elogiis celebratum. Tirnaviae 1679. 8.

(Mac. Paintner.)

ÁRVAI Georgius, Hungarus, Agriae 26. Apr. 1697 natus, aet. 15. Societati adscriptus, et 4 vota professus, Philosophiae ac Theologiae Doctor, utramque Cassoviae, et Tyrnaviae pluribus annis docuit, Collegium Cassoviense et Quinque-Ecclesiense rexit. Cassoviae Cancellarium egit, et demum vir singularis probitatis et mansuetudinis, nullius sibi per vitam lethalis noxae conscius, laetus obiit Scepusii 5. Julii 1759 aet. 61.

Edidit latine:

Meditationes piae in singulos anni dies. Cassoviae 1721. 8.

Columen orbis christiani Joannes Hunyady, victoriis de Ottomanica potentia clarissimus, epico carmine celebratus. Tyrnaviae 1724. 12.

Acta illustria Heroum Hungariae oratiunculis expressa. Cassoviae 1723. 12.

Vindiciae Conceptus ilibati B. V. Mariae. Tyrnaviae 1727. 4.

Digitized by Google

Rosetum Stanislaianum, olim ad D. Ignatii S. J. Conditoris Mauresam plantatum ac enatum hodie ad D. Joannis Baptistae, adumbratum 25 Symbolis, dum S. Stanislao inter Divos relato litaret academicum ejusdem S. J. Collegium Tyrnaviae. Ibid. 1727. fol.

Selectae ex profanis Scriptoribus Historiae. Tyrnaviae Pars. I. 1734. II. 1735. 8.

Res litteraria Hungariae. Cassoviae 1735. 12.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Horanyi Mar. Paintner.)

ÁRVAI Michael, Hungarus, Cassoviae 1708 natus, et Societatem Trenchinii aet. 16. ingressus, absolutis studiis, cum humaniores litteras aliquot annis docuisset, sacras Missiones anno uno obiisset, duobus Agriae ad populum dixisset, Ordini valedixit, in quo, quamdiu fuit, edidit latine:

Celebriores Hungariae Reges cum praeclaris Principibus collati, Carmine elegiaco.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Horanyi.)

ASINGER Christianus, Graecii Magister Poesim docuit, pieque obiit Schemnizii 2. Martii 1673.

Edidit latine:

Schola Philosophorum septem Graeciae Sapientum oraculis erecta. Graecii Widm. 1665. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. ubi tamen nomen ejus rursus deletum.)

ATTLMAYR Sigismundus, Germanus, Tyrolensis Ananiensis 25. Dec. 1673 natus, et aet. 16. in Provinciam Austriacam receptus, solemni professione emissa, cum Philosophiam et Mathesim aliquamdiu docuisset, Clarissimos Bavariae Principes Clementem et Theodorum, illum Septemvirum Coloniensem, hunc S. R. E. purpuratum Principem, utrumque insignibus Infulis conspicuum, ad litteras et pietatem christianam instituit. In Provinciam redux Lincii Philosophiam, Mathesim Viennae et Graecii explanavit; dein 13 annis in domo professa Ministrum egit. Translatus Clagenfurtum, ut Collegii regimen capesseret, omnium sibi animos devinxit et aegros ex aliis provinciae domiciliis submitti enixe petiit. Demum Judemburgi Praefectus spiritus, vir priscae simplicitatis ac tenerae pietatis obiit 28. Nov. 1749 aet. 76.

Edidit latine:

Panthera Styriae acu depicta, seu Styriae Ducum compendiosae Vitae, carmine epigrammatico illustratae. Graecii 1699. 8.

Problema stereometricum cum Dialogo. Graecii Widmanstad. 1710. 4.

Principia Geographica.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

AUER Antonius, Germanus, Radkersburgi in Styria 7. Jun. 1729 natus et aet. 16. Viennae in Societatem adlectus, et Viennae philosophicis, Tyrnaviae theologicis studiis imbutus Oratorem sacrum, Catechetam et Missionarium in diversis Germaniae et Hungariae locis pluribus annis magno zelo fructuque egit. Sublato Ordine eadem officia Militiae praestitit et brevi Superior Castrensis per Croatiam factus, bello turcico interfuit; et a Vicario Apostolico Caesareo Castrensi Henrico Szerens, Episcopo San. Hippolitano insigni Canonicorum suorum decoratus, obiit Quinque Ecclesiis 1800 aet. 51. Edidit germanice:

Catecheticae et practicae Conciones militares. Tomi III. Graecii 1788. 8.

Oratio eucharistica habita in Veteri Gradisca seu Berbis per Laudonum expugnata. Viennae 1789. 8.

AUGUSTI Antonius, Germanus Tyrolensis in valle Ananiensi 24. febr. 1658 natus, et aet. 16. Societati in Provincia Austriaca se dedit, et 4 vota professus, Philosophiae ac Theologiae Doctor, utramque Viennae ac Graecii multis annis docuit, et Sodalitatem Marianam Viennae incredibili industria administravit. Rexit dein Collegium Passaviense, Provinciae Praesidis Socium bis egit, et Rectoris Collegii Viennensis munus aggrediens, cum pridie medicinae loco, quam petiit, improviso casu ei venenum propinaretur, ex hoc altera die 3. Dec. D. Xaverio sacra promto hilarique animo obiit 1766, aet. 48.

Laus posthuma Caroli V. Lotharingiae et Bassi Ducis defuncti serenissimis manibus miscellanea penna impensa. Graecii 1691. Widm. 12.

Epigrammatum Centuriae tres. 1692. 12.

Digitized by Google

Epigrammata in Historiam Evangelicam de Christo et B. V. Maria. Graecii 1692. 12. Recusa Viennae in Parte II. Analectorum Poetic. 1757. 8.

Quaestiones sanctae Theologicae ex Historia Ecclesiastica petitae. Viennae. Voigt. 1699. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Paistuer.)

AVANCINUS Nicolaus, Germanus Tyrolensis in dioecesi Tridentina 1612. natus et act. 15. Graecii in Styria in Provinciam Austriacam receptus, in eaque 4 vota professus, Rhetoricam primum, tum Ethicam et Philosophiam ac denique Theologiam moralem ac scholasticam decennio Viennae praelegit studiisque ibidem annis 13 praefuit. Rexit dein Collegium Passaviense, Viennense, Graecense ac Provinciam Austriae universam. Missus est etiam a Provincia Romam ad Congregationem Procuratorum, et redux Visitatorem Provinciae egit, ea ubique sapientiae, prudentiae, eruditionis ac exquisitae virtutis relinquens vestigia, ut demum 1682. rursus Romam ad electionem duodecimi Praepositi Generalis delegatus, gravissimis Patrum congregatorum suffragiis aptus haberetur, qui Assistentis Germaniae munus pro dignitate sustineret. Quo in magistratu eam gubernandi peritiam ac dexteritatem praesetulit, ut A. R. P. Carolus Noyelle graviter decumbens, si mors sibi oppetenda esset, eum Vicarium Generalem denominarit. At sex diebus ante Generalis obitum, 6. scilicet Dec. 1686. praereptus et ipse act. 74. ad meliorem vitam, maximo sui desiderio relicto. Elogium ei perelegans chronographicum ab ipso Leopoldo I. Caesare factum refert Leop. Gruber e piis scholis in Specimine Bibl. Germ. Austr. Parte II. Etsi vero ut pietate ita in omni doctrina, in humanioribus litteris tamen cumprimis excelluit. Opera ejus philologica, theologica, historica, latina omnia sunt:

Nucleus Rhetorices. Norimbergae Ender. 1666. 12.

Tyrannis Francisci Sbarrae. Viennae 1671. 8.

Orationum Partes III. de Deo, Christo, B. V. Maria, Sanctis, Panegyres, Epicedia, Prolusiones aliaeque Exercitationes oratoriae. Viennae Jo. Jos. Kürner 1656. et 60. 12. Amstelodami Jo. Bleau. 1661. Coloniae 1665. 75, 80, 92, 1704. et 16. in 8. et 12. Antverpiae, 1693. 12. Speciatim:

Sapientia Coelorum terraeque potens seu Panegyricus ad solemnes Exequias Ferdinandi III. Rom. Imp. ab Universitate Viennensi celebratas. Viennae 1657. fol.

Hecatombe quinquaginta Odarum in totidem Psalmos Davidis. Viennae Cosmerovii 1651. et 55. 12; et rursus sub titulo:

Psalterium lyricum seu Paraphrasis primae Quinquagenae Psalmorum Davidis ad Horatii modos cantata. Viennae Leop. Voigt. 1696. 12.

Poesis lyricae Libri IV et I Epodon. Viennae Cosmerovii. 1659, 69, 70, 76, in 12. Coloniae 1717. 8.

Poesis dramaticae Pars I. Viennae Math. Cosmerovii. 1655. II. ib. Kürner 1669. III. ib. Cosmerovii. 1671. IV. Pragae typ. Univ. 1679. 12. et Duderstadii. 1679. V. Tragoediae. Coloniae 1675. 8. et Romae. Omnes quinque Coloniae Friessen. 1679. 12. Amstelodami. 1711. 12.

Pietas victrix, seu Flavius Constantinus Magnus. Tragoedia. Viennae Cosmerovii. 1659. fol. sine nomine.

Assertiones Theologicae de Deo Uno et Trino. Viennae Cosmerovii. 1652. 16.

Assertiones Theologicae seu Quinquaginta Conclusiones ex universa Theologia explicatae. Viennae idem. 1652. 12.

Tractatus de Incarnatione, Gratia, Fide. Viennae 12.

Vita et Doctrina Jesu Christi ex IV Evangeliis collecta et in meditationes per singulos anni dies distributa. Viennae Cosmerovii. 1665. et 67. 8. Amstelodami 1767. Antverpiae. 1674. — Recognita ab alio S. J. Sacerdote. Coloniae. 1678, 1715. et 60. 8. Tyrnaviae 1679. et 1764. Parisiis. 1695. Venetiis. 1740. etc. — Germanice per Joachimum Häring S. J. Viennae 1667. 8. Duderstadii 1672. Coloniae Fromart 1711 et 51. 8. Augustae. Vol. II. 1820. 8. — Gallice per P. Desruelles S. J. Parisiis 1694

Digitized by Google

et 1723. 8. — Hungarice per Andream Illyes Ep. Transylv. 1690. et 1759. 8.

Imperium Romano-Germanicum, seu Elogia Quinquaginta Caesarum Germanorum, Leopoldo R. J. ab Universitate Vienn. oblata. Viennae Cosmerovii. 1663. 4. c. fig.

Vita et Virtutes Serenissimi Archiducis Austriae Leopoldi Guilielmi pace belloque inclyti. Antverpiae. 1665 fol. et Partes II. ibid. eod. 4. c. fig. Coloniae Friessen. 1665. 12. — Gallice per Henricum Bek S. J. Insulis. 1667. 4. — Manuscriptum etsi succinctius servatur in Bibl. Caes. Vindob. Tomo III. Recens. Schwandtner p. 239. n. 12.

Ex italico in latinum traduxit: Scipionis Sgambati S. J. Compendium Vitae et Miraculorum S. Francisci Borgiae. Viennae Cosmerovii. 1671.

Deus solus seu Confoederatio inita ad honorem solius Dei promovendum autore Jos. Anturino S. J. e gallico traducta. ib. 1673.

Relatio de Obitu P. Avaucini in Msc. servatur in Bibl. Caes. Vindob. Tomo III. Recens. Schwandtner. p. 239. n. 12.

(Sotwell. Propylaeum. Georgi. Witt. Vogel. Pergen. Szecheny. Gesta et Scripta Prov. Austr. Paintner.)

B.

BABAI Franciscus, Hungarus, Quinque-Ecclesiis in Comitatu Tolnensi nobili genere 12. Martii 1742. natus et Societati 1764. adnumeratus, absolutis studiis, Praefectus Bibliothecae Catecheticae Tyrnaviae 1773, obiit hectica consumtus in natali solo 1777.

Edidit latine:

Hungariae Reges, a S. Stephano ad Mariam Theresiam usque, eorum Genealogia, acta item illustria et fata compendio metrico deducta. Tyrnaviae 1773. 8.

Hungariae Palatini, Propolatini et Locumtenentes Regii, bello paceque clarissimi ab anno 1001. ad 1776. compendio metrico deducti. Tyrnaviae. 1775. 8.

Archiepiscopi Strigonienses de utraque Republica praeclare meriti, compendio metrico deducti ab anno 1001. ad 1776.. Tyrnaviae 1776. 8.

Epigrammatum miscellaneorum sacrorum et profanorum Libri III. Tyrnaviae. 1777. 8.

(Horanyi. Szecheny.)

BADLAHAR Joannes, Hungarus, Igrániensis 1647. natus, act. 19. Societatem ingressus Cassoviae docuit Poesim et Rhetoricam et mortuus est Leutsoviae 27. Nov. 1700.

Edidit latine:

Trias Orationum panegyricarum. I. de S. Maria sine labe originali concepta. II. de assumta in coelos. III. de B. Stanislao Kostka aestu divini amoris extincto. Cassoviae. 1692.

(Paintner.)

BÆRENKOPF Ignatius, Hungarus, Comaromii 13. Julii 1741. natus, act. 17. nomen dedit Societati et absoluta Philosophia Tyrnaviae, Theologia Viennae, in Collegio Nobilium Viennensi, tum in Tyrnaviensi praefectum egit. Soluto Ordine totum se Theologiae, Jurisprudentiae et Philologiae dedit, filiorum primum Comitis Steph. Illésházy moderator, dein a Primate Hungariae Principe de Bathyani Ecclesiae Collegiatae Posonii Canonicus nominatus est, qui ejus eleganti et erudito stilo multum usus, et in duobus Comitiis comitem esse voluit. Ob praeclara merita a Leopoldo II. mitra cum titulo Abbatis Gissingensis donatus, dein a Posoniensi ad Metropolitanum Capitulum Strigoniense translatus et Praepositus S. Thomae de monte Strigoniensi creatus, an. 1808. dignissimus habitus est, qui reddita Pestiensi Universitati facultate theologica hujus Director ac centralis Seminarii junioris Cleri Praeses cum titulo Episcopi nominaretur.

Edidit latine sine nomine:

Vindiciae Coelibatus Ecclesiarum Occidentis (sub nomine Flaminii Cephalii C. E. P. C.

Digitized by Google

i. e. Coll. Eccl. Poson. Can.) contra quosdam nuperos scriptores. Augustae Vindel. 1787. 8.

De Dominio Nobilium Hungariae deque cladis ad Mohacsum causa, cum Appendice in Regis Colomani Decret. L. I. Cap. 15 et 16. Vindiciae contra Adam. Franc. Kollar. Posonii. 1790. 8.

De Jure coronandarum Reginarum Hungariae Disquisitio. Posonii. 1792. fol. quid scil. juris Archiepiscopi Strigonienses, quid Episcopi Vesprimenses in hac S. functione, habeant. Posonii 1792. 4. — Reflexiones apposuit, Ecclesiae Vesprimensis jus vindicans, Lud. Csapodi Can. Vesprim. — Opera haec pulchre recenset Cl. Horanyi.

Methodus recte gubernandi parochiam et dirigendi animas in S. Tribunali. Tyrnaviae. 1803. 8.

Lucubrationes plures nondum editae sunt.

(Horanyi. Cat. Bud. Szechenyi. Paintner.)

BAKAI Emericus, Hungarus, natus 1676. et aet. 20 Societati insertus Tyrnaviae coeptum theologicum cursum, ob intestinos motus cum aliis exul, Viennae in Collegio Pazmaniano absolvit. At brevi post Claudiopoli Humanitatem docens praematura morte sublatus est 4. Aug. 1713. aet. 37.

Est ejus latine:

Fundatores Academiae Claudiopolitanae. 1713. 8.

(Paintner.)

BAKOWSKI Joannes, Polonus, natus 1672. et in Provinciam Austr. receptus, ab anno 1706. Missionarius in China, unde relegatus, Manilae in Insulis Philippinis pie obiit circa 1731. cujus latine:

Epistola ad R. P. Gabrielem Hevenesi S. J. Rectorem Collegii Vien. Ebora. 26. Febr. 1723. de differentia morum Lusitanos inter et Germanos tam Ecclesiasticos quam saeculares; germanice in Stöcklein. Parte V. n. 102.

Epistola Cantone scripta 9. Apr. 1723. de adventu navis ostendicae et favore Viceregis erga Christianos. — Germanice ibidem P. VIII. n. 200.

(Geta et Scripta Prov. Austr.)

BALASSA Paulus, Hungarus, illustri Baronum familia natus, Societatem circa annum 1660. adiit, Philosophiam ac Theologiam partim Graecii partim Tyrnaviae excepit, et hic amoeniores litteras ante et post Sacerdotium susceptum docuit; at justas ob causas valere jussa Societate Canonicus primum Ecclesiae metropol. Strigoniensis, electus demum Episcopus Rosontensis et diu Vicarius generalis obiit Tyrnaviae 2. Oct. 1705.

Edidit adhuc in Ordine, Rhetoricam docens, latine:

Emblemata carmina Baccalaureis Philosophiae oblata. Tyrnaviae. 1669. et iterum 1675.

Meditatae Manubiae in applausum DD. Neo-Magistrorum oblatae, queis sententiae quaedam prosa explicantur. Tyrnaviae 1676. 12.

Genealogia Familiae Balassaianae stilo lapidari. Tyrnaviae. 1700. 8.

Succus prudentiae opera Gabrielis Hevenesi e Senecae Cordubensis Philosophi operibus omnibus collectus, recusus cum eleganti dedicatione ad Com. Nic. Illyeshazy et Comitatum Trenchiniensem. Tyrnaviae 1701. 8.

(Paintner.)

BALÁSY Franciscus Xaverius, Viennae Rhetor in Tyrocinium Trenchinii susceptus est 1762, et dum tolleretur Ordo, Comaromii Rhetoricam docuit, cujus latine:

Prospheneticon, cum universa Studiorum Academia ritu solemni inaugereretur, nomine Magistratus Budensis dictum. Budae. 1780. 8.

(Teleki.)

BALDT Josephus, Hungarus, Albae regiae 7. Jan. 1751. natus, et aet. 15. in Societatem adsumtus, audita Cassoviae Philosophia, Budae Grammaticam docuit, et soluto Ordine Sacerdos factus, Grammaticam Quinque-ecclesiis per plures annos professus, demum in Universitate Pestana Exhortatorem S. egit, ibidemque pie obiit 8. Jan. 1804 aet. 53. Est ejus latine:

Oratio, dum Sodales in Congregationem Marianam adsumerentur. Posonii 1773.

Carmen honoribus Ill. ac Rev. D. Pauli La-

Digitized by Google

dislai e Comitibus Eszterházy, Quinque-ecclesiarum Episcopi, dum solemni cum apparatu Urbem Pestanam ingrederetur V. Kal. Jun. 1781. ib. 4.

(Paintner.)

BALOGH Alexander, Hungarus, in Soproniensi oppido Kapuvár natus, Societatem 1761. ingressus, patriam juventutem, quam in humanioribus excoluit, extincto Ordine Jaurini sacris initiatus, erudire ipsis 19 annis perrexit, amplamque tum Bibliothecam, tum Naturalium, imprimis Mineralium collectionem, eruditae Societati Hungariae, cujus erectionem dudum optavit, destinavit. Collegit etiam multa vocabula ad augendum Dictionarium hungaricum. Latina aeque ac patria lingua excultus utriusque specimina stilo poetico typo dedit. In Physica ac Philosophia non minus versatus est. Demum Abbas B. M. V. de Monostor, et Praepositus S. Adalberti et infulatus Canonicus Jaurinensis ibidem pie obiit.

Sunt ejus latine:

Idyllion halicenticon Ill. ac R. D. Joanni Szili de Felsö-Szopor, Sabariensi Episcopo inaugurato, a Rhetorica Jaurinensi dicatum. Jaurini 1777. 4.

Augustae Theresiae, Regi Apostolico, ob translatam Budam universarum Scientiarum Academiam Eucharisticon sacratum ab A. B. in instauratione hujus Universitatis. Jaurini 1800. 4.

(Horanyi. Paintner.)

BALOGH Joannes, Transylvanus, Udvarhelyini 29. Sept. 1677. natus, Philosophiae Tyrnaviae Doctor 1690. Societatem ingressus, etsi tantum Adjutor in sacris formatus, insigni humilitate affirmare solitus, malle se in Societate infimo gradu, quam extra eam splendidissimis in dignitatibus collocari, integer semper animo, et zelo animarum ardens, Capellanus castrensis, dum militi aegroto adsistit, pestifera febre correptus piissime obiit in Siek castello Transylvaniae 14. Aug. 1710. aet. 33.

Conscripsit Opusculum selectis controversiis refertum.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

BALOGH Josephus senior, Transylvanus Radnosiensis 31. Jul. 1701. natus, absoluta Claudiopoli Philosophia 1723. in Societatem receptus, propugnata Cassoviae Theologia, Ethicam ibidem et Philosophiam explanavit. An. 1742. Valachorum Praesuli Fogarasiensi in Transylvania Theologus adsistens gentem illam, schisma tunc meditantem Ecclesiae Romanae ita rursus conciliavit, ut ab ipsa Augusta laudem tulerit. Quinquennio hac in functione peracto; Missioni, Paroeciae et Seminario Vásárhelyini in annum decimum praefuit, ubi denum pleuritide in peripneumoniam desinente pie obiit 10. Mart. 1756. aet. 55.

Est ejus:

Praerogativa Philosophiae, ex naturae et artis testimonio probata. Cassoviae 1737. 12. ubi de 4 elementis, cum appendicibus de Curationibus sympateticis. — latine.

Optima pars, celebrata dictione in funere Mariae Mikes, Com. Antonii Comis conjugis. Claudiopoli 1744. fol. hungarice.

(Paintner.)

BALOGH Josephus junior, Hungarus e Comitatu Castriferrei 14. Oct. 1715. natus, audita Cassoviae Philosophia et Theologia, Capellanum castrensem novennio egit, dein Concionator hungaricus Jaurini, et diversis adhuc munuis functus, pie obiit Ginsii 26. Maji 1771. aet. 56.

Traduxit ex idiomate gallico in hungaricum Sermones celeberrimi Galliae Praeconis P. Bourdaloue, sed morte praeventus non persolvit.

(Paintner.)

BALOGH Valentinus, cujus latine:

Filius mortis, seu S. Franciscus Borgia e Duce Gandiae Generalis III. S. J. a S. P. Clemente X. inter Divos relatus, dum ab Universitate Cassov. celebraretur, panegyrico adumbratus. Cassoviae 1671.

(Paintner.)

BANDEZ Ludovicus, Germanus, Graecii in Styria 24. Aug. 1654. natus, aet. 18. Societati adnumeratus, et 4 vota professus tum humaniores litteras cum laude docuit, tum S. Praeconem diversis in locis Graecii etiam ac Viennae magno cum fructu egit.

Digitized by Google

Ludi theatrales, quos Viennae in Domo professa coram Aula Caesarea exhibuit, adeo placuerunt Imperatori, ut pretioso ab eo dono honoraretur. Demum ad Caesarea castra in Italiam translatus, nihil a piis seu Sacerdotis seu Religiosi officiis remisit et lethali correptus morbo, cum receptu in salubrius coelum saluti consulere potuisset, in statione tamen sua fidus Christi miles permansit, pieque obiit in castris 28. Julii 1702. aet. 48. Scripsit:

Passio Christi, Magistra luctantis ad coronam Christiani, centum mysteriis ac totidem monitis fructuose ruminandis illustrata.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

BANDIAN Joannes Nepomuc. Germanus, Viennae in Austria 3. Maji 1724. natus et aet. 16. an. 1740. Societatem ingressus, nuncupatis 4 votis, ab anno 1756. diversis in locis Concionatorem strenuum egit, et soluto Ordine obiit 1779.

Edidit germanice:

Sermo panegyricus S. Vincentio Ferrerio in Templo Patrum Praedicatorum dictus. Cremsii Ant. Praxl 1761. 4.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

BARANYI Paulus, Transylvanus Jaszberénii 23. Jan. 1657. natus, aet. 17. Societati adlectus et 4 vota professus, in Transylvaniam missus est, ubi sub alieno vestitu et sub nomine Ladislai Barany 14 annis degit, juventutem institnit, Catholicorum Curatorem egit, et haereticorum multos ad Ecclesiae unionem reduxit. Redux Pestini quinquennio, et altero Tyrnaviae Concionatorem et Operarium sedulum egit, dum viribus fractis Tyrnaviae Seminario S. Adalberti praeficeretur, ubi, cum simul diebus Dominicis ad Hungaros diceret, demum meritorum plenus piissime decessit 8. Dec. 1729. aet. 72.

Edidit hungarice:

Viaticum spirituale imaginibus aeri incisis ornatum. Claudiopoli 1690. 12.

Compendium Biblicum cum Chronologia rerum memorabilium utriusque Testamenti. Claudiopoli 1695. 12.

Paradisus animae. Udvarhelini 1700. 4.

Catechismus Valachicus. Albae Juliae 1702. 8.

Imago vitae et mortis, seu Conciones funebres. Partes II. Tyrnaviae. 1712. et 19. 4.

Paradisus animae ex multis Hortis spiritualibus collectus. Tyrnaviae 1720. 4.

Diarium Sanctorum e latino P. Grosez S. J. Tyrnaviae. 1723. 8.

In Transylvania degens Tomum bene magnum Orationum, Meditationum, Controversiarum et doctrinae catecheticae vulgavit,

Concionum etiam Dominicalium justum Tomum paravit.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Propyl. Bibl. Univ. Graec. Horanyi. Szechenyi. Pointner.)

BARBIERI Carolus, Germanus, Viennae in Austria 14. Maji 1716. natus, aet. 15. an. 1731. Societati insertus, et 4 vota Professus, Philosophiae Graecii Doctor, hanc et Theologiae diversas partes diversis in locis docuit, dein in Collegio Tyrnaviensi ac Viennensi Minister, ac Cremsii Rector fuit et soluto Ordine obiit 1778.

Edidit latine:

Exercitationes drammaticae. Graecii Widm. 1748. 8. vario carmine et prosa.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

BARBO Antonius, Germanus, Zobelspergae in Carniolia 31. Jan. 1661. illustri prosapia natus, spretis spebus amplissimis, Societati se addixit aet. 16 an. et 4 vota professus ac Philosophiae Doctor, tam hanc quam Theologiam diversis in locis docuit, et demum Leobii Rector, pauperum singularis pater, pie obiit 19. Sept. 1706. aet. 45.

Edidit latine:

Austriaci Martis Gloria, seu Trophaea Serenissimi Ducis Marchionis Badensis. Graecii Widm. 1692. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

BARBOLAN Joannes, Germanus, in Eisenertz Styriae oppido 2. Nov. 1659. natus, aet. 15. Societatem ingressus, 4 vota professus et Philosophiae Doctor, cum hanc Graecii, Theologiae diversas partes diversis in locis docuisset, Collegium Sty-

Digitized by Google

renso rexit, unde ad Aulam Caesaream evocatus, Elisabethae Augustae Gynaecaeo 13 annis a S. Confessionibus fuit; dein Neostadii Rector, ac ibidem Residentiae pluribus annis Superior, in munere hoc pie obiit 20. febr. 1767. aet. 72.

Edidit latine:

Litigia poetica carmine elegiaco. Viennae Schwendmann 1726. 8.

Ortus et progressus Aedium Religiosarum Viennensium. Viennae id. 1727. 8.

Amicitia vindicata ex Mathiae Noldii Panphilia potissimum desumta. Labaci 1732. 12.

Successio genealogica S. R. I. Principum. Labaci. 1732. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Aust. Bibl. Theres. Carniol.)

BARDARINI Josephus, Italus, Flumine in Illyria natus 8. Oct. 1708, aet. 15. in Provinciam Austriacam cooptatus, et 4 vota professus, Philosophiae et Theologiae Doctor utramque diversis in locis docuit; tum Laureti quadriennio Illyrorum Poenitentiarius; dein Theologiae tum Viennae tum Graecii pluribus annis Professor; subin Rector Collegii Goritiensis, Fluminensis, ac demum Graecensis, post sublatum Ordinem S. Caes. Maj. Capellanus aulicus et Canonicus Fluminensis obiit ibidem 5. Nov. 1791. aet. 83. vir magnae eruditionis, qui etiam praeter linguas mortuas italicam, illyricam, germanicam, bohemicam, croaticam, et gallicam locutus est.

Edidit latine:

Theologicorum Dogmatum Libri II. de Peccatis et Gratia. Graecii Widmanstadii. 1754. 4.

Eorundem de fide Liber I. ib. 4.

De Bello Silesiaco ab ejus initio usque ad pacem 1763. Hubertsburgi conciliatam Libri XIV. Flumine 1782.

Dissertatio critica de Cathedra Romana, ipso praeside defensa Graecii.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Caballero Suppl.)

BARMET Ignatius, Styrus Graecensis, Tyrnaviae 1692. Poesin docuit, Viennae Theologiae studuit, et ibidem in domo professa 1705. obiit. Sunt ejus latine:

Exercitationes poeticae, carmine elegiaco. Tyrnaviae. 1692. 8.

(Paintner.)

BARNA Joannes, Hungarus nobilis in Comitatu Jaurinensi 1670. natus, quam sibi virtute et scientia ad summas dignitates ecclesiasticas paravit viam, cum jam Abbas infulatus et Canonicus Vacensis esset, adeundo Societatem interclusit, in quam 1758. susceptus, Concionatorem et Operarium sedulum, Budae potissimum, egit, ubi etiam Sodalitatem SS. Trinitatis erexit, et autoritate apostolica stabilivit ac demum Szatmarini pie obiit 3. Martii 1741. aet. 61. Edidit:

Christi schola. Tyrnaviae. 1714. 12. hungarice.

De Cultu SS. Trinitatis. Partes III. Tyrnaviae. 1727. 12. latine.

SS. Trinitatis Almae Congregationis Budensis 1725. erectae Privilegia, cum Praefatione longa ad Bar. Szeletzky. Tyrnaviae 1730. 12. latine.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Hornyi. Paintner. Bibl. Saechen.)

BARTAKOVICS Josephus, Hungarus nobilis in haereditario vico Szalakuz Comitatus Nitriensis 19. Mart. 1722. natus, aet. 18. Societatem amplexus, Cassoviae gradum Professorum non minus quam facultatis philosophicae et theologicae obtinuit; Philosophiam ibidem, Linguam graecam, Eloquentiam, Historiam, Controversias et Jus Pontificium docuit, simulque Verbum divinum idiomate qua Slavico, qua Hungarico disertissimus Orator explanavit ac demum pie ibidem obiit 15. Apr. 1763. aet. 41. In Memoria trium insignium ex hungarica Societate Jesu Virorum, Tyrnaviae a Franc. Kazi 1749. typis vulgata et ipse carmine heroico celebratur.

Edidit latine:

Metallurgicon seu de Cultura fodinarum auri et argenti Libri II. Carmen cum Indiculo Vocabulorum quorundam ad Anrariam Argentariamque spectantium. Partes II. Tyrnaviae. hung. lat. et. germ. 1748. 8.

Moyses. Dramma ligatum nuper ab Academicis actum. Tyrnaviae. 1749. 8.

Digitized by Google

Simon Machabaeus. Drama. Tyrnaviae. 4.
Ad pios Manes et incorruptum Corpus P. Adami Fitter. Carmen heroicum.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Hornyi. Paintner. Bibl. Szerben.)

BASSAR Bartholomaeus, Germanus, Locopoli in Carniolia natus, jam Sacerdotio insignitus et Summi Pontificis Scriba, Societatem 1718. in Provincia Austriaca adiit, et 4 vota professus, constanter Concionatorem Carniolicum, in specie in Ecclesia Cathedrali Labacensi tanto plausu fructuque egit, ut patriae Chrysostomus vulgo diceretur. Obiit Labaci ab aegris militibus infectus 10. Mart. 1738.

Edidit carniolice:

Conciones juxta Exercitia S. Ignatii. Labaci Reichart. 1734. 4.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Bibl. Carniol. Paintner.)

BATTIG Andreas, Italus, Salcanensis e Comitatu Goritiae natus 16. Oct. 1636. et 1660. absoluta Theologia Societatem ingressus, 9 linguarum peritus, ac 4 vota professus, Capellanum castrensem primum, tum mercatores in Orientem comitatus Constantinopoli sedulum operarium, dein in Provincia 18. annis Concionatorem trium linguarum egit; ac demum Antistiti Tergestino a consiliis, eique adeo acceptus fuit, ut post mortem ejus tria a singulis suae dioecesis Presbyteris sacra persolvi jusserit; ibidem pie obiit 17. Junii 1702. aet. 66.

Edidit latine:

Laus Sapientiae ex S. Codice depromta et lyrico carmine deducta. Graecii Widm. 1671. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Paintner.)

BAUTSCHER Martinus, Carniolus, vixit circa medium Saeculi XVII. vir apprime religiosus et laudatus a Valvasor in Cron. Carn. Edidit germanice:

Panegyricus in honorem Leopoldi Augusti cum terras haereditarias lustraret. Labaci. 1660.

Reliquit in Msc. latine:

Historia rerum Noricarum et Forojuliensium seu Annales Norici ab anno 1331. usque ad Ferdinandum II. Libris X. deducti.

(Valvasor in Bibl. Carniol.)

BAUTSCHNER Marcellinus, Germanus, Viennae Austriae 16. Jan. 1636 natus, et aet. 17. Societati adnumeratus, 4 vota professus, et Philosophiae Doctor, hanc et Theologiae diversas partes diversis in locis annis 15 docuit. Seminarii dein Ferdinandaei Graecii annis 11 praeses, domum hanc patrocinio praesertim S. Josephi, quem singulariter coluit, plurimum promovit, pieque obiit Graecii 9. febr. 1695. aet. 59.

Edidit latine:

Heroes familiae Eszterhazianae, Odis 24 cum arbore genealogica hujus familiae, dicati Nicolao Eszterhazi, dum prima Philosophiae laurea decoraretur. Viennae Voigt 1674. 4.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Paintner.)

BAUZECK Adalbertus, Bohemus, an. 1556. insigni miraculo in Societatem vocatus est. Oranti enim in Templo Collegii Pragensis Puer Jesus in S. Hostia comparuit jussitque ibi esse, ubi est. Receptus a Petro Canisio primus e Bohemia in Societatem. Fidelis semper vocationi, tum in virtute tum in litteris eminuit. Viennae Theologiae Professor simul sedulum Operarium egit, et facultatis Decanus effecit, ne impii libri typis darentur, et ut Neodoctores orthodoxam fidem profiterentur; obiit Viennae deploratus ab omnibus 3. Maji 1571.

Cum Synodo Olomuciensi 1568. Theologi nomine interesset, assertiones de Obedientia, Unitate Ecclesiae, et honestate ac disciplina Clericorum proposuit et publice in Synodo propugnavit typis datas.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Paintner.)

BECCELER Ludovicus, Germanus, Viennae Austriae 31. Oct. 1710. natus et aet. 16. Societati adscriptus, 4 vota professus et Philosophiae ac Theologiae Doctor, utramque tum alibi tum Viennae et Graecii annis pluribus docuit. Subin Socius Provinciae Praesidis, Rector Collegii Lincensis, Graecensis, et Regens Collegii Nordici Lincensis, demum Bibliothecae in Domo professa Praefectus, soluto Ordine, Elisabethae AA. a confessionibus fuit, et pie obiit Viennae 18. Febr. 1782. aet. 72.

Edidit latine:

De Tranquillitate. Carmen. Graecii 1742. 8.

Digitized by Google

Fortitudo, Justitia, Clementia Mariae Theresiae Hung. et Bohem. Reginae in ternis Heroinis adumbrata. Graecii. 1743. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Paintner.)

BECKX Petrus Joannes, Belga, in Sichem in Belgio natus 8. Febr. 1795. jam Sacerdos Hildesheimii in Hannovria Societatem ingressus est 29. Oct. 1819. Cum anno 1825. Ferdinandus Dux Anhaltino-Cöthensis una cum Serenissima Consorte abjurata haeresi Parisiis in sinum S. Matris Ecclesiae catholicae reversus fuisset et in Ducatum redux catholicam in urbe Cöthensi Ecclesiam exstruxisset, per plures annos ibi officium Parochi gessit simulque arbitrum conscientiae Serenissimi Ducis egit. Post mortem Ducis permansit in Aula Serenissimae Viduae Juliae usquedum et ipsa Viennae in Austria piissime obiit. Anno 1847. electus est in Procuratorem Provinciae Austriacae et missus Romam ad Congregationem Procuratorum. Anno sequenti cum Societas in Austria per injuriam temporum dispersa fuisset, in Belgium rediit ibique Socium Provincialis et dein Rectorem Collegii Lovaniensis egit, donec a Praeposito Generali iterum in Austriam missus et post restitutam ibi Societatem primum Superior pro Hungaria et dein Provincialis Austriae renunciatus est. Anno 1853. postquam per Emin. S. R. E. Card. et Regni Primatem Joan. Szitowsky de Nagy-Kér Societas in Hungariam introducta et illius opera Domus Noviciatus Tyrnaviae solemniter aperta fuerit, ad Congregationem Generalem vigesimam secundam cum Electoribus denuo Romam profectus ibidem primo Scrutinio in Praepositum Generalem Societatis electus est.

Scripsit germanice:

Concio dicta 29ª Decembris 1832. occasione Jubilaei Saecularis Congregationis SS. Redemtoris. Viennae. 1838. 8.

Panegyris in honorem S. Alphonsi Liguori occasione illius Canonizationis Viennae habita in Ecclesia RR. PP. Congregationis SS. Redemtoris. Viennae. 1842. 8.

Concio habita feria secunda Pentecostes die quinta Junii 1843, in Capella ad S. Josephum, Patronum tutelarem pro aegrotis Mercatoribus. Viennae. typ. Mechit. 1843. 8.

Mensis Mariae. Viennae. Typ. Mech. 1843. 12. Libellus quinquies recusus nec non in linguam bohemicam, polonicam et italicam versus.

BEDEKOVICS Casimirus, Croata, Szigetzensis nobilissimo genere de Kumur 1. Martii 1728. natus aet. 16. Societati in Prov. Austr. adscriptus et 4 vota professus, Philosophiam ac Controversias Zagrabiae, Historiam sacram et profanam Tyrnaviae, Theologiam Zagrabiae et Jaurini pluribus annis docuit, ac soluto Ordine Canonicus Ecclesiae Cathedralis Zagrabiensis, et Collegii Croatici Vindobonensis Director, huic muneri repente immortuus est 4. Maji 1781. aet. 54.

Edidit latine:

Vindiciae illibati Conceptus Mariani. Tyrnaviae. 1753. 4.

Panegyricus D. Ignatio dictus. Tyrnaviae. 1754. 12.

Exercitatio Philosophica in primam Nevtoni regulam, quae sic habet: Causae rerum naturalium non plures admittendae sunt, quam quae verae sunt, et phaenomenis explicandis inserviunt. Zagrabiae. 1758. 4.

Considerationes de incertitudine scientiarum. Zagrabiae. 1759. 8. Jaurini. 1762.

Sermones ad suos in Theologia auditores. Viennae Trattner. 1769. et 70. 8.

Sensa Romanorum Pontificum (de Societate Jesu) Clementis XIV. praedecessorum cum animadversionibus circa ejusdem Breve datum 21. Jul. 1773. Amstelodami et Augustae Vindel. 1776. 8.

Hilaria Collegii Croatici ante cineres, seu Dramata de Josepho, S. Bernardo et Justino. Viennae. 1778. et 80. 8.

In Msc. reliquit: Historia Collegii Croatici, a Balthassare Napili Praeposito Ecclesiae Cathedr. Zagrab. fundati.

(Horanyi. De Locu. Szechen. Paintner.)

BEDNARI Michael, Hungarus, in Nagy-Tapoltsán Comitatus Nitriensis oppido 1682. natus, 4 vota professus et Philosophiae Doctor eandem pluribus annis docuit Cassoviae, pluribus Concionatorem egit, ac Convictus Trenschiniensis Praeses sancte obiit 13. Jan. 1728. aet. 54.

Edidit latine:

Digitized by Google

Philosophia morum Partes II. Cassoviae typ. Acad. 1715. et 16.8.
Stratagemata Martis Hungarici (ab an. 377 ad 1704) Tyrnaviae. 1716. 12.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Horanyi.)

BEK Henricus, vertit in Gallicum:
Nic. Avancini S. J. Vita et Virtutes Leopoldi Guilielmi AA. Insulis. 1667. 4.

(Paintner.)

BELLINUS Julius, Italus, in foro Julio Goritiae natus 1592. aet. 22. in Provincia Austriaca Societati adscriptus paucis annis in ea exactis, cum Theologiae studeret, obiit Goritiae 19. Nov. 1619. Edidit, prinsquam in Societatem veniret:
Vita et mors illustris adolescentis Francisci Liberi Baronis de Breiner. Graecii Widmanstadii. 1613. 4.

(Sotvell.)

BELLUSI Franciscus, Hungarus, Tyrnaviae 1653. natus, et aet. 29. in Societatem admissus, diversas scientias in patria docuit, et cum Albae Juliae Superiorem et Concionatorem hungaricum ageret, pie obiit 12. Aug. 1711. Est ejus latine:
Gaudium Europae in Domo Austriaca exortum, immortali nomini Josephi I. Imp. cum Augusta Regina Amalia pace et hymenaeo gloriosi inscriptum. Tyrnaviae. 1699. 4. prosa mixta carmine.

(Paintner.)

BELLUSI Stephanus, Hungarus, Tyrnaviae 1668. 29. Julii natus, aet. 16. Societati adscriptus, et excepta Graecii Philosophia, Theologia Viennae, 4 vota professus in Dacia, quo Caesareum Commissarium Comitem Jo. Honorium Seean conscientiae arbiter comitatus est, triennio ferventem Missionarium egit. Sed ob tenuem valetudinem redire coactus, et gravissimis doloribus diu exercitatus pie obiit in patria 29. Nov. 1708 aet. 42.

Edidit latine:
Fabulae poeticae X Elegiis comprehensae. Tyrnaviae typ. Acad. 1693. 8.
Funebris Comiti Apor et Emblemata in Templo Cibinii.
Funebris Leopoldo M. Caesari emblematis exornata 1705.
Denique Msc. reliquit, quo aeger jam nervose scriptum librum contra Societatem refutavit.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Paintner.)

BENE Franciscus, Hungarus nobilis Somloviensis 2. Julii 1730. natus, et 1745. in Societatem receptus, absolutis Tyrnaviae et Cassoviae severiorihus studiis 4 vota professus humaniores litteras aliquot annis diversis in locis docuit, et ab anno 1767. usque ad sublationem Ordinis Praefectum Tyrnaviae in Convictu Regio Archiepiscopali egit, et soluto Ordine obiit 1777. aet. 47.

Reddidit hungarice:
Momenta, ob quae deserta Confessione Augustana Princeps Hohenoviensis Fridericus Romano-Catholicam amplexus est. Partes III. Tyrnaviae 1773. 8.

(Bibl. Szechen. Paintner.)

BENDEL Franciscus Xaverius, Germanus, Graecii in Styria 25. Nov. 1713. natus, aet. 18. in Societatem admissus et 4 vota professus, Graecii Poesim et Rhetoricam, Lincii et Passavii Philosophiam, Zagrabiae Controversias, Clagenfurti Casus exposuit, et ab anno 1763. in Collegio Nobilium Theresiano Viennae Subminister, Praefectus studiorum inferiorum et Procurator domus, soluto Ordine in patria quietam senectutem vixit.

Edidit latine:
Prosopopeja illustrium Styriae Heroum. Partes II. Graecii Widm. 1746. et 47.8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

BENEKEN Antonius, Hungarus Ungváriensis an. 1717. in Societatem receptus, absolutis Graecii et Tyrnaviae philosophicis et theologicis studiis, linguae germanicae, hungaricae et slavicae gnarus, Belgradum missus, Concionatorem primo germanicum, tum domus moderatorem et operarium egit, sed concepto mox ex subsidio moribundis praestito lethali morbo victima charitatis cecidit 23. Jan. 1735.

Dedit typis latine:
Hungaria nova a veteri in jus vocata, carmine elegiaco. Tyrnaviae 1726. 8.
Castor et Pollux regios declinando titulos melioris regni haeredes inaugurati sive Divorum Aloysii et Stanislai genuina fictis sub coloribus icon ludis thea-

Digitized by Google

tralibus exhibita. Cassoviae typ. Acad. 1727. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Paintner.)

BENICZKI Franciscus, Hungarus Munkátsiensis, natus 3. Dec. 1679. et aet. 16. Societatem ingressus, juvenis jam Missionem Indicam petiit; quare absoluto Viennae tertio Theologiae anno, eandem Conimbricae complevit. At prolongata adhuc navigatione in Hungariam revocatus, Tyrnaviae Mathesim, Cassoviae Philosophiam, ejusdem Doctor creatus, tradidit; eique muneri vix coepto, vir ob singulares naturae et gratiae dotes longiori vita dignus, pie immortuus est 19. Febr. 1715. aet. 16.

Scripsit latine:

Laureatus Joannes Hunyadi, declamationum triade celebratus versu elegiaco, heroico et jambico. Tyrnaviae. 1705. 8.

Ephemerides Calendarii Tyrnaviensis pro anno 1709. Tyrnaviae typ. Acad. 4.

(Horanyi. Paintner.)

BENITZKI Michael, Hungarus, Munkátsini 21. Jan. 1679. natus, et aet. 16. Societati adscriptus audita Cassoviae Philosophia, et Theologia Viennae publice defensa, Moralem explicans Tyrnaviae, Romam evocatus est, ut in Vaticano Poenitentiarii munere fungeretur. Revocatus post quadriennium Tyrnaviae S. Scripturam primum, mox Speculativam exposuit. Sed asthmate laborans, ipso Paschatis die ad meliorem vitam transiit 31. Mart. 1720. aet. 45.

Sunt ejus latine:

Laureae Magistrales Doctoris Gentium orientalium D. Francisci Xaverii e S. J. Tyrnaviae. 1703. 8.

(Paintner.)

BENKÖ Nicolaus, Transylvanus, de Al-Torja e Sede Haromszék 27. Oct. 1724. nobili genere natus, a. 1741. Societatem ingressus, 4 vota professus, Philosophiae et Theologiae Doctor, Mathesim Tyrnaviae et Claudiopoli, hic et Philosophiam biennalem, Controversias et Canones Tyrnaviae, Theologiam Budae annis 8 usque ad abolitionem Ordinis tradidit, postquam in generali per Hungariam studiorum reformatione Academiae Regiae primum Tyrnaviae dein Posonii fixae Director datus, meritorum ergo primum Praepositus infulatus in Chuch, dein Canonicus Cathedralis Nitriensis factus, ibidem pie obiit 1801. aet. 77.

Edidit:

Celsissimus Princeps Nicolaus e Comitibus Csaki summus Hungariae Antistes inauguratus. Carmen. Tyrnaviae. 1752. 12. latine.

Oratio, cum Templum Aulicum, perfecta Domo Regia Budae ipso S. Theresiae festo solemni ritu consecraretur. Budae 1769. fol. hungarice.

Oratio, cum Budae Institutum Anglicanarum Virginum induceretur. Budae 1771. fol.

(Gesta et Scripta Prov. Aust. Horanyi. Szecheny. Paintner.)

BENUTIUS Daniel, Germanus, Imravomii in Moravia 21. Jul. 1654 natus, et aet. 15. Societatem ingressus, plures annos mansuetiores litteras diversis locis, ut et Viennae, ubi philosophica laurea decoratus, docuit, et in domo professa obiit 10. Aug. 1699. aet. 45.

Est ejus latine:

Felicia Josephi I. Apostolici Hungariae Regis auspicia, oratione soluta et ligata. Libellus Philosophiae Magistris oblatus. Viennae. 1688. 8.

Similem libellum obtulit iisdem Tyrnaviae. 1686.

(Paintner.)

BENYOVSKI Paulus, Hungarus, Benyoviensis in Comitatu Trentsiniensi nobili stirpe 25. Junii 1696. natus, et aet. 16. in Societatem adlectus, defensa publice insigni cum laude Philosophia et Theologia et utriusque Doctor creatus utramque Tyrnaviae, Viennae ac Graecii docuit; Posoniense dein Collegium rexit, et ad majora munia destinatus, vir singularis simul probitatis 4 vota professus, praemature obiit Posonii 28. Sept. 1743. aet. 47.

Edidit latine:

Hungaria Apostolica, sive 12 Clarissimorum Regum Hungariae Apostolica studia totidem oratiunculis comprehensa. Cassoviae. 1722. 12.

Laudatio panegyrica D. Ivonis. Tyrnaviae. 1723. 4.

Oratio de illibato SS. Virginis Conceptu. Tyrnaviae. 1724. 4.

Digitized by Google

Icon amici et adulatoris. Tyrnaviae. 1730. 12.

Recudi curavit D. Hieronymi Epistolas selectas. Tyrnaviae. 1739. 12.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Paintner.)

BERNARDI Petrus, Germanus, Viennae Austriae 4. Martii 1640. natus, et aet. 16. Societatem ingressus 4 vota professus, Philosophiae ac Theologiae Doctor, utramque Graecii et Tyrnaviae docuit tanta eruditionis fama, ut etiam a S. Praesulibus in gravissimis causis consuleretur. Non minori fama et fructu e praecipuis Provinciae cathedris ad populum dixit. Seminarium Ferdinandeum Graecii regens, juventuti etiam peste infectae inserviit. Demum Collegii Clagenfurtensis Rector piissime, ut vixit, obiit 12. Jan. 1695. aet. 55.

Edidit latine:

Primitiae laborum Honorum primitiis dedicatae. Viennae. 1669. 12.

Palladia Fontinalia, seu fons gentilitius Illustrissimae Familiae Rattkajanae lauro a Pallade coronatus. Graecii Widm. 1677. 8.

Clarissimorum Majorum Imagines, sive Septem viri Sapientes Graecensis Theologiae Patres elogiis adumbrati. Graecii. 1687. 8.

Theologia Epigrammatica. Graecii 1690. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Paintner.)

BERNOLAK Andreas, Hungarus, Szlanitzae 4. Oct. 1727. natus, et aet. 16. Societati adnumeratus, Philosophiae ac Theologiae Doctor, utramque scientiam pluribus annis locisque tradidit. Geometra Barsiensibus datus provinciam hanc triennio dimensus est, Philosophiam Tyrnaviae e principiis Newtoni docuit, ac denique soluto Ordine ad quietem Sanctorum abiit 21. Jul. 1788. aet. 61.

Sunt ejus latine:

Oratio de SS. Virginis immaculato Conceptu. Tyrnaviae. 1756. 4.

Panegyricus de S. Ignatio S. J. Fundatore.

Reliquit in Msc. Commentarios elegantissimos in S. Scripturam plurium manibus tritos.

(Paintner.)

BERSENYI Demetrius, Religiosus primum S. J. Cassoviae Theologiam audiens, Ecclesiasticum statum amplexus, et Canonicus Agriensis factus est.

Est ejus latine:

Quaestio judiciaria, an Judex, etiam in quaestione juris, tantum secundum allegata et probata debeat ferre sententiam. Bartfae. 1708.

(Paintner.)

BERTALANFI Paulus, Hungarus nobili genere in Comitatu Soproniensi 26. Jan. 1706. natus et a. 1725. in Societatem receptus, annis 17. Concionatorem hungaricum diversis in locis etiam pestiferorum saluti inserviens ac septennio in Domo professa Viennae egit; tum Patakini Superior, Cassoviae Procurator, ac demum Praefectus scholarum Comaromii pie obiit 15. Jan. 1763. aet. 57.

Scripsit latine:

Planctus ad magna tendentis et ad nihil certi in fine pervenientis mundi filii. Carmen. Viennae 1750. 8. Cassoviae. 1771.

Synopsis Vitae S. Stephani Regis, rhytmis comprehensa. Viennae. 1751. 8.

Panis quotidianus parvulis et adultis ad animae nutrimentum fractus. Libellus precatorius. Tyrnaviae. 1753. 62. Budae. 1779.

Prudentia christiana, seu Exhortationes ad providam et divino-christianam prudentiam. Tyrnaviae typ. acad. 1754. 8. hungarice.

Notitia duplicis status mundi hujus. Tyrnaviae 1757. 8. Liber geographicus oratorie scriptus. hung.

(Horanyi. Adelung. Bibl. Szerben. Paintner.)

BERZEVITZI Alexander, Hungarus, claris natalibus in Berzevitz 1674. ortus, Societati nomen 1691. dedit, et Philosophiae ac Theologiae diversas partes Cassoviae, Tyrnaviae et Agriae tradidit, ac diversarum Residentiarum Superior, Cassoviae 2. Dec. 1743. pie decessit.

Est ejus latine:

Gratiae immortales beneficentissimo Almae Episcopalis Universitatis Cassoviensis Senario Eucharistico elego persolutae. Bartfae. 1701. 8.

(Paintner.)

Digitized by Google

BERZEVITZI Franciscus, Hungarus, Munkátsini 3. Dec. 1679 natus, Societati se adjunxit 1695. et Theologiae in tertium annum auditor, ad Missionem Sinensem anhelans, Conimbricam missus est, ubi Theologiam absolvit. At quod navigatio in longum differretur revocatus Mathesim Tyrnaviae docuit et cursum philosophicum Cassoviae orsus pie obiit 1717. aet. 38.

Sunt ejus:

Ephemerides Calendarii Tyrnaviensis pro anno 1709. ib. 4.

(Paintner.)

BERZEVITZI Georgius, Hungarus, in Castello Berzevicz nobili genere 25. Julii 1657. natus, et aet. 15. Societati insertus, 4 vota professus et utriusque facultatis Doctor, post Poesim ac Rhetoricam Philosophiam aeque ac Theologiam Tyrnaviae ac Viennae pluribus annis docuit. Dein Collegium Cassoviense rexit, inque hoc munere peste infectorum se salvti exposuit, et in turbis illis hungaricis plurimas molestias pertulit, suis et exteris charissimus. Demum Hungaria tota exulare coactus Viennam concessit, ibique vir insignis sanctitatis et mortificationis piissime obiit 12. Dec. 1708. aet. 51.

Edidit latine:

Libellus Neo-Magistris Philosophiae oblatus. Tyrnaviae. 1687.

Tractatus de Deo uno et Trino. Tyrnaviae typ. Acad. 1701. 8.

Tractatus de Incarnatione ib. eodem 8.

Gladius Ecclesiae laureatus Theologicae veritatis tholo anathema appensus, h. e. Illustria gravissimorum Or. et Occ. Ecclesiae Theologorum pro Religione certamina ab iis olim suscepta feliciter, nunc eorum nomine, causa dicendique charactere brevibus adversus principes christiani nominis hostes actionibus adumbrata. Tyrnaviae. 1697. 12.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Horanyi. Paintner.)

BERZEVITZI Henricus, Hungarus, Hamburgi dynastiae Berzevitzianae in Comitatu Sárosiensi 1. Nov. 1692. natus, aet. 17. Societati adscriptus et 4 vota professus, post mansuetiores litteras Philosophiae ac Theologiae Doctor, utrumque Tyrnaviae, Graecii ac Goritiae pluribus annis docuit. Rexit Collegium Leutschoviense triennio et Trenchiniense, simul tyronum Magister, decennio. Vicerector dein Academiae Tyrnaviensis difficillimo belli civilis tempore, a Tökölianis captus, vinctus per castra circumductus et in custodia diu detentus, aerumnas omnes ipsumque e Regno exilium forti animo tulit. Exul 1708. Graecii dilectum sibi Mathesim praelegit, et redux Neosolii Patrum tertiae probationis Moderator magno sui desiderio relicto piissime obiit 20. Jun. 1713. aet. 61.

Edidit latine:

Arithmetica practica. Tyrnaviae typ. Acad. 1687. 12.

Apologia pro innocentia Societatis dum edicto Principis Franc. Rakoczi ex Hungaria proscriberetur. Tyrnaviae. 1706. 4.

(Horanyi. Paintner.)

BERZEVITZI Joannes, Hungarus, ex eadem progenie a parentibus acatholicis, sed memorati P. Henrici opera conversis, 4. Jan. 1692. natus, miles primum, tum nobili sponsae junctus, quam tamen cum prima nuptiarum die dimisisset, a Primate vinculo solutus, a. 1714. Societatem petiit, et Magno-Varadini Grammaticam docens domum hanc adflictam transcripta haereditatis suae parte non parum sublevavit. Absoluta Tyrnaviae Theologia plures annos in Missionibus, et 16 alios concionando hungarice et slavice in diversis Hungariae et Transylvaniae locis maximo cum fructu transegit. Dein Residentiis aliquot praefuit, et Claudiopoli Regens Seminarii pie obiit 22. Jul. 1750. aet. 58.

Edidit hungarice:

Errantis oviculae a Coelesti Pastore petita et obtenta manuductio, seu Blandum Jesu Christi cum anima de salute obtinenda sollicita colloquium. Cassoviae. 1731. 8.

(Horanyi. Paintner.)

BILETZKI Franciscus, Hungarus Munkátsiensis, Cassoviae eloquentiam 1690. docens edidit latine:

Nova foedera Palladis et Martis e Josephi I. Rom. Regis coronatione orta. Cassoviae. 1690. 8. carmine vario.

(Paintner.)

Digitized by Google

BIRÓ Georgius, Transylvanus, in Kézdi-Polyan 8. Oct. 1707. natus, et aet. 18. Societatem ingressus, omnem fere vitam docendo in diversis locis altiores scientias transegit, Collegio Unguariensi, Collegio generali junioris Cleri Tyrnaviae, Convictui nobilium et Seminario Clericorum Claudiopoli praefuit, ac ibidem 22. Apr. 1785. aet. 78 pie obiit.

Est ejus latine:

Oratio panegyrica D. Francisco Xaverio dicta. Tyrnaviae. 1735. 12.

(Poiatner.)

BIRÓ Stephanus, Transylvanus in Polyan 15. Apr. 1729. natus, et aet. 20. Societatem ingressus, 4 vota professus, et Philosophiae, ac Theologiae laurea insignis, Rhetoricam primum, tum Philosophiae totius cursum ac Controversias in patria, tum Eloquentiam et Historiam Cassoviae ac Tyrnaviae, dein Canones Budae ac Cassoviae, ac demum Theologiam dogmaticam quadriennio Claudiopoli docuit, ubi et fracta valetudine permansit, ac post solutum Ordinem pie obiit 1782.

Scripsit latine:

De arte amicitiae parandae, conservandae et dimittendae Libri III. carmine elegiaco. Viennae. 1738. et 39. 8. Claudiopoli 1750. 8.

Panegyricus D. Francisco Xaver. Tyrn. 1752. 12.

Item S. Francisco de Paula Ord. Minim. Fund. e gallico Lud. Bourdaloue. Cassoviae. 1763. 8.

Eucharisticon ob recuperatam valetudinem ad D. Aloysium. Elegia. Claudiopoli 1771. 8.

Oratio funebris Comitis Antonii Csaky Aerarii Regii Cassoviae Administratoris merita commemorans. 1773. 4.

Oda ad Josephum II. Rom. Imp. in campo Keresztes arma exerciturum. Claudiopoli. 1775. 8.

Carmen votivum de S. Aloysio. Claudiopoli 1780. 8.

Canticum Excell. Dom. Ladislao e Comitibus Kollonicz Episcopo Transylvaniae decantatum. Claudiopoli. 1777. fol. 1780. 8.

Opus aestheticum Angeli in carne et hominis coelestis D. Aloysii honoribus dedicatum. Claudiopoli. 1780. 8.

Maria Theresia Rom. Imp. Regina Hungariae oratione funebri celebrata. Cibinii. 1781. fol.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Horanyi, Bibl. Szechen.)

BISCHOFF Engelbertus, Germanus, in Ferri fodinis Styriae 12. Nov. 1654. natus, et aet. 17. Societatem ingressus, 4 vota professus et utriusque facultatis Doctor, Oratoriam artem Graecii, Philosophiam Viennae sexennio docuit; quo elapso Theologiae admotus, cum Polemicam semestri tradidisset, Serenissimis Archiducissis primum Praeceptor datus tanto successu, ut Archidux Elisabetha ex Historia Austriaca publice disputaret; tum Augustorum Josephi I. et Amaliae Confessarius fuit, illique mortuo, vir prudentiae magnae, consumatae doctrinae et perfectae virtutis, paucis post mensibus successit morbo acerbissimo heroica cum patientia tolerato, Viennae in domo professa 29. Junii 1711. aet. 57.

Edidit latine:

Laureatus Mars Austriacus. Graecii Widm. 1686.

Entheatus Triumphi Austriae dies, anno quo Caesar In fILIo, VIenna In gaVDIIs, trIVMphos egIt VtrIVsqVe.

Mutatio Dexterae Excelsi, seu fortunae bellicae in Austriam remigratio stylo lapidari cum emblematis. Viennae Cosmerovii. 1691. 4.

Folium Viennense Austriacis Victoriis laureatum. Viennae. 1693. 8. versu jambico cum figuris.

Omina Regiae Philosophiae de Augusto Philosopho Josepho I. Rom. et Hung. Rege. Carmen cum symbolis. Viennae id. 1693. 4.

Alma Universitas Viennensis in Divis Facultatum et Nationum Tutellaribus effigiata. Viennae Vogel. 1693. 4.

Placita politico-moralia. Viennae id. 1694. 4.

Philosophia Mariana Conclusionibus peripateticis illustrandis inserta et iconibus aeri incisis distincta. Viennae. 1694. 8.

Regium Majestatis et Amoris Epithalamium augusta inter omina Hymenaeo Austriaco

Digitized by Google

auspicatissima propositum et Augustis Neo - Sponsis Josepho I. Rom. Imp. et Wilh. Amaliae Duci Hanover. dicatum. Viennae Cosmerovii Vidua. 1698. fol.

Genethliacum Neonato AA. Leopoldo, Leopoldi I. Nepoti, Josephi I. filio, adornatum et symbolis exornatum. Viennae eadem. 1701. fol.

Funebris Effigies defuncti Imp. Josephi I. Viennae. 1711. Opus posthumum ab ingenii subtilitate, emblematum et symbolorum elegantia celebratum.

(Schier Specimen. Gesta et Scripta Prov. Austr. Paistaer.)

BIWALD Leopoldus, Germanus, Viennae Austriae 27. Febr. 1731. natus et aet. 16. Societatem ingressus, 4 vota professus Philosophiae Doctor Graecii Logicam et Metaphysicam anno 1, tum ab anno 1764 ad finem usque vitae Physicam cum raro claritatis dono tradidit. Quam vero simul vir pius et etiam de aeterna discipulorum suorum salute sollicitus fuerit, argumento sit, quod sub finem cujusvis anni scholastici ultimis feriis sextis, quibus omnes Sacramenta Poenitentiae et Eucharistiae suscepere, sermone egregio deliberationem cum eis de eligendo vitae statu instituerit. Institutiones vero ejus physicae ob facilem et planam methodum adeo probatae fuere, ut abolito Ordine Decreto Caesareo in omnibus terris Austriacis praelegi juberentur. Anno 1805. ob scientiam hanc raro exemplo jam 42 annis traditam ab Imperatore Francisco magno nummo aureo e catena aurea pendente decoratus est, quae ei, quod per valetudinem jam domo egredi non posset, in habitatione sua a Gubernatore provinciae praesente Corpore diplomatico et litterario appensa est. Ast decessit eodem anno 8. Sept. aet. 74. Monumentum cum effigie ei erectum in Bibliotheca Academica, a Fischero Viennensi elaboratum. Biographiam ejus edidit germanice Kunitsch Graecii 1808. 8.

Ipsius sunt latine:

Institutiones Physicae generalis et particularis. Tomi II. Graecii. 1768, 69, 74, 76, 86. Viennae 1779. et. 80. Norimbergae 1767. 8.

In Disputationibus publicis physicis utilissimas de hac scientia Dissertationes recudi et inter praesentes distribui curavit. Sunt hae latine:

Selectae ex Amoenitatibus Academicis Caroli Linnaei Dissertationes, ad universam Historiam naturalem spectantes, additamentis a se auctae. Graecii. 1764. et 66. 8.

Theoria Philosophiae naturalis, redacta ad unam legem virium in natura existentium auctore J. R. Boscovich S. J. ab ipso perpolita et aucta. Ex prima Editione Veneta cum Catalogo Operum ejus ad annum 1763. Graecii. 1765. 4.

Dissertatio de studii physici natura, ejus perpetuis mediis et cum scientiis reliquis nexu. Gracii. 1767. 4.

De objectivi Micrometri usu in Planetarum diametris metiendis. Exercitatio opticoastronomica habita in Coll. PP. S. J. Romae. 1765. Graecii 1768.

Jos. Reebman S. J. Dialogi de primis veritatibus, seu primis Philosophiae principiis. Graecii. 1770. 4.

De Incremento frugum Dissertatio ex mechanismo deducta a P. Joa. B. Zallinger S. J. Oeniponti. 1771. Cum Praefatione Biwaldi. Graecii. 1772. 8.

De Viribus materiae Dissertatio ejusdem c. f. Germanice:

Alpini Prof. Phys. in Acad. Petropolit. Sermo academicus de similitudine vis electricae et magneticae et: Dissertatio de novis quibusdam experimentis circa Electricitatem Tourmalini. e latino. Graecii. 1771. 8. c. f.

Experimenta cum novo mineralico corpore Platina ex Memoriis Academiae Berol. t. 13. ex gallico. Graecii 1773. 8.

Animadversiones in Extractum et Crisin Censoris Berolin. circa Systema Boscovich. Graecii. 1773. 8.

(Gött. Gel. Ana. Heinsius. Paistaer.)

BLASKOVICH Andreas de, Croata Ivanicensis 28. Nov. 1726. praenobili loco natus et aet. 18. Societati adscriptus, absolutis magna cum laude severioribus studiis 4 vota professus, Philosophiam, Theologiam moralem et Jurisprudentiam Ecclesiasticam Zagrabiae docuit. Dissoluto autem Ordine

Digitized by Google

ad amoeniores litteras, quarum jam ante insignis cultor erat, reversus, Historiam patriam praesertim tanta eruditionis fama excoluit, ut editis Operibus praeclarum sibi inter viros aetate nostra eruditos nomen pepererit; at quod dolendum, praematuro et fatali casu, Zagrabiae in cubiculo a latronibus inhiantibus peculio ipsius, quod tamen perexiguum fuit, interemtus est 13. Mart. 1797. aet. 71.

Edidit latine:

Historiae universalis Illyrici ab ultima gentis et nominis memoria Pars I. occasione recens erecti marmoris, ab Andantonieusi Pannoniae Saviae Republica Imperatori Trajano Decio olim dedicati concinnata anno Aerae christianae 1776, autoritate et approbatione Regii Senatus Universitatis Budensis. Dissertatio I. de Reipl. Andantianae existentia, situ etc. II. de Honorum vocabulis Decio tributis. III. de Aetate hujus Inscriptionis ex Chronologia Decii deducta. Zagrabiae. 1781. fol.

Pars II. occasione alterius marmoris reperti, Heremiae Etruscillae Augustae ab eadem Repl. dicati concinnata. Dissertatio IV. in Schitariavensis marmoris inscriptionem. V. de Urbe altera et finibus Reipl. Andantoniae, atque Urbium et Rerumpl. Pannoniae Saviae origine. VI. de Urbe tertia Reipl. Andantoniensis et variis decoribus Pannoniae Saviae. Zagrabiae 1781. fol.

Pars III. Dissertatio unica. Vetustas, eminentia, discrimen, et fines Pannoniae Saviae. Praesidum Pannoniae series et excellentia ab exordio suo ad Licinii et Constantini Aug. Imperium cum Supplemento Historiae et Monumentis Pannoniae. Zagrabiae. 1782. fol.

Pars IV. Historia universalis Illyrici de ejus Origine etc. Zagrabiae. 1794. fol.

Gedeonis L. B. a Laudon Vitae rerumque gestorum Compendium. Zagrabiae. 1792. 4.

Historiarum Illyrici ab ultima gentis et nominis memoria Tomi IV. Zagrabiae. 1793 et 94. fol.

In Msc. extant:

Dissertationes aliae quinque, res Pannoniae sub Imperio Romanorum illustrantes, Maximiliano Varhovacz Episcopo Zagrab. oblatae.

Dissertationes e Pannoniae Saviae superioris Martyrum palaestris.

De origine Ecclesiae et Synodis Sirmiensibus.

Sensa et autoritas duorum Scriptorum in Historia gentis Slavonicae, atque horum posterioris etiam de Origine Pannonum, qui ad Augusti aevum pertinuere, totidem libris explicata.

Epitome Historiae Fluviorum Pannoniae Saviae.

Pretiosa haec Msc. servantur in Bibliotheca Academiae Zagrabiensi cum ejus effigie.

Collegit etiam magnam vim nummorum, qui Sisciae et in Schitarjevo (Andantonio) copiose eruuntur. Sed et hos biennio ante funestam necem fur ei abstulit.

(Hornayi. Gött. Gel. Anz. 1781. 83 et 95. Bibl. Saechs. et Feller. Paintner.)

BOBER Joannes Nepomuc. Germanus, Godingae in Moravia 9. Apr. 1736. natus, aet. 16. Societatem adiit, et 4 vota professus, Viennae in Collegio Nobilium Theresiano, tum Tyrnaviae in Convictu Praefectus, dein per aliquot annos Concionator germanicus in Hungaria, soluto ordine vitam privatam Viennae egit, ac denique ibidem apoplexia ictus 29. Dec. 1815. aet. 79. obiit.

Edidit latine:

Anthologia Scientiarum et Artium. Viennae Franc. Grund. 1810. 8.

BOCABELLO Philibertus, Germanus, Clagenfurti in Carinthia 1616. natus, 1634. Societati insertus, et 4 vota professus, biennio Caesareis Ephebis Philosophiam tradidit; tum 11 annis in praecipuis Provinciae Cathedris ad populum dixit, dein 13 annis Ferdinandi III. et Leopoldi I. Caesarum aulicus Concionator summa omnium approbatione fuit, et Francofurti in coronatione Leopoldi controversias fidei grandi animarum fructu exposuit. Demum fractis viribus cum morti se pararet, ad B. Virginem auxiliatricem Passavium peregrinatus, dicto Sacro apoplexia ictus concidit, 26. Julii 1670. aet. 54.

Edidit germanice:

Oratio funebris dicta Serenissimo ac Reverendissimo Principi et Archiduci Austriae

Digitized by Google

Guilielmo Leopoldo, Ecclesiae Argentinensis, Passaviensis, Olomuciensis, Wratislaviensis Antistiti, quam inscripsit hoc nomine: Triumphus tinoris Domini in visione Ezechielis C. I. et 10. adumbratus, quo Rev. et Ser. hic Princeps in omni vita sua gloriose eminuit. In latinam ab ipsomet versa. Viennae. Cosmerovii 1642. fol.

Funebris Panegyricus Com. Michaeli Althanio. Viennae. 1648. id. 4.

Funebris Augusto Imperatori Ferdinando III. Viennae. id. 1657 fol.

Item Illustrissimae D. Comiti Annae Reginae Sinzendorfianae natae Jörgerianae. Viennae. 1658. id. 4.

Item Serenissimo Principi et Archiduci Austriae Carolo Josepho Episcopo Passaviensi, Olomuciensi et Wratislaviensi et M. Ordinis Teutonici Magistro sub titulo: Aquilarum Austriacarum genius. Lincii Greg. Kürner. 1694. fol.

Panegyricus Caesareae Pietatis in Dedicatione statuae B. V. Mariae Viennae am Hof a Leopoldo Caesare erectae. Vogel.

(Grois et Scripta Prov. Austr. Vogel. Paintner.)

BOEHM Ignatius, Germanus, Viennae Austriae natus et ibidem 1770. in Societatem receptus, sublato Ordine Sacerdos factus, Librorum Censor, et in Bibliotheca Caesarea Scriptor primum tum Custos. Collaboravit Jo. B. Rauschero in vertenda e gallico in germanicum Historia Ecclesiastica Berault-Bergeasteli.

BOEHMER Antonius, Germanus, Gesekii in Westphalia 7. Dec. 1664. natus, et aet. 17. Viennae Austriae Societatem ingressus, 4 vota professus, et tam Philosophica quam Theologica purpura decoratus, in Hispaniam ablegatus est, ut Carolo III. Regi a confessionibus esset, ubi Cinckii in castris praematura morte defunctus est 29. Aug. 1709, aet. 45.

Edidit latine:

Leopoldus I. Sol Romani Imperii in Leopoldino Austriae Zodiaco repraesentatus. Graecii Widm. 1690. 8.

Apophtegmata Rudolphi I. et reliquorum ex Domo Austriaca felicissimae memoriae Imperatorum e probatis autoribus collecta. Viennae Cosmerovii. 1695.

Germania gloriosa religione, sanctitate, sapientia. Viennae. id. 1699. 8.

Societas Jesu in Coelis triumphans sacris Ecclesiae honoribus in terris decorata Saeculo Christi XVII. anno ejusdem ultimo saeculorum memoriae commendata. Viennae. id. 1699. 4.

Germania gloriosa majestate, nobilitate aliisque status politici praerogativis. Viennae. id. 1700. 8.

Triumphus novem Saeculorum Imperii Romano-Germanici, elegantibus portis, ut ajunt, triumphalibus ornatus. Viennae. id. 1700. fol.

(Grois et Scripta Prov. Austr. Propylaeae Bibl. Un. Graec. Adelung.)

BOHUS Andreas, a. 1703. Tyrnaviae Philosophiae Doctor, Professor emeritus et Decanus, et jam 1715. Zagrabiae valetudinem curans, pie obiit Judemburgi 30. Maji 1720.

Scripsit latine:

Minerval laureatum, sive Placita Politico-Moralia e selectis Autoribus depromta. Tyrnaviae typis Acad. 1703. 12.

(Catalog. Prov. Austr.)

BOMBARDI Michael, Germanus, Ananiae in Comitatu Tyrolensi 13. Mart. 1683. natus, et aet. 17. Societati in Provincia Austriaca adjunctus, 4 vota professus et utri-, usque facultatis Doctor Lincii Mathesim, Viennae quadriennio totum Cursum Philosophicum tradidit; tum Lincii ac Viennae Casus quinquennio, et altero Graecii Theologiam dogmaticam docuit, et Lincii Rector pie obiit 16. Maji 1729 aet. 46, ob virtutum omnium ornatum ab omnibus deploratus.

Edidit latine:

Analecta Mathematica ex Mechanica, Statica, Hydrostatica et Centrobargia collecta, seu Varia Problemata et Quaesita ex earundem facultatum principiis resoluta; juncta Dissertatione physico-mathematica de terraqnei globi immobilitate non obstante continua centri gravitatis mutatione. Lincii Jac. Rödelmeyer 1714. 4.

Animadversiones historico-criticae in Philosophiam Rationalem et Moralem idiomate olim gallico a Renato Rapino S. J.

Digitized by Google

editae, nunc latinitate donatae. Viennae, 1717. 8.

Animadversiones historico-criticae in Philosophiam naturalem, transnaturalem et sanum usum Philosophiae, ex gallico Renati Rapini S. J. latine redditae. Viennae Voigt. 1718.

Undecim Graecenses Academici suo sanguine purpurati. Graecii Widmanst. 1728. 8. c. fig. Inter hos Jo. Ogilbertus, Steph. Pangraz, Math. Burnatius, Wolfgangus Hoffler, omnes e S. J.

Topographia magni Regni Hungariae cum Regnis et Provinciis annexis olim a quodam Soc. Jesu Sacerdote (Michaele Bombardi Viennae 1718. 4) conscripta, nunc studio cujusdam ex eadem Societate Sacerdotis (Jo. B. Terstzyanszki) emendata et aucta. Viennae Kaliwoda 1750 fol.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Denis B. G. T. I. p. 17. Bibl. Schmitmer. Szechen.)

BOMPLANIUS Ignatius, Italus, Anconae in Statu Pontificio natus 1583, aet. 27. Deo se in Societate dicavit, et nuncupatis 4 solemnibus votis, vir rarae eloquentiae, et in historia probe versatus, humaniores litteras et Rhetoricam annis 18. fere semper in Collegio Romano docuit, ac demum Linguam hebraicam tradidit septennio, obiitque 1. Januarii 1675, aet. 92.

Edidit latine:

Elogia sacra et moralia (Deiparae). Romae Jo. Petri Colinii 1631 et 61. 12.

Seneca christianus. Romae 1638.

Sermo de Rhetorica. 1662.

Prolusiones Rhetoricae et Orationes. Romae Ign. de Lazaris 1655. 12. Dilingae Bencard 1683. 12.

Historia Pontificatus Gregorii XIII. Romae Ign. Lazari 1655. 12. Dilingae 1685. 12.

Enchiridion rhetoricum ex Cipriano Soario et Aphtonio Sophista. Romae Steph. Caballi 1662. 16.

Modi varii et elegantes loquendi latine. Romae id. 1662. 16.

Historia christianarum rerum ab ortu Christi. Liber I. Romae Dragondelli 1665. 12.

Orationes de Principibus et Principatibus. Romae Varesi 1669. 24. Dilingae 1685. 8.

Subsidium Orationis latinae. Romae Dragondelli 1671. 12.

Fodina paradisi, seu Affectus sacri de Deo et attributis suis italice tacito nomine. Romae Varesii 1672. 24.

Orationes funebres de Philippo IV. Rege Catholico; de Anna Austriaca Galliarum Regina; de Cardinale Palotta, aliisque. Romae diversis annis.

Confecit etiam eleganti et nervosa brevitate:

Vitae Regum Hispaniarum, a principio usque ad nostra tempora.

Vertit in latinum suadente autore: Historia Concilii Tridentini Card. Sfortiae Pallavicini; et ad librum 16. pervenit. Msc. servatur in Bibl. Chisiana.

(Sotvell. Antonio Tiraboschi. Walch. Dict. hist. par Chaudon.)

BONANI Josephus, Italus (juxta alios Germanus Tyrolensis) Societatem in Provincia Austriaca ingressus, absolutis studiis e tertio probationis anno 1717. in Insulas Marianas concessit, ubi 23. annis strenuum Missionarium egit, singularis Deiparae cultor, et viribus fractis postremis annis libros pios in linguam indicam vertit Manillae in Philippinis, ubi etiam typo dati ibidemque meritorum plenus obiit 1768 aet. 69.

Sunt ejus:

Epistola ad R. P. Franciscum Molindes Rect. et Mag. Novit. ad S. Annae Viennae ex Praedio S. Francisci Borgiae prope Mexicum 13. Nov. 1717. de itinere suo Gadibus eo usque, et sepulchro Jo. Palafox Ep. Angelopol. 8. Ignatio donato et dicato. — Germanice in Stöcklein Parte VII. n. 172.

Epistola ad R. P. Sigismundum Pusch. Rect. Coll. et Univ. Graec. in Styria ex eodem loco 13. Nov. 1717, qua ei Relationem Fr. Jacobi Bravo S. J. de statu naturali, politico et religioso Californiae transmittit. — Germ. ibid. n. 171.

Epistola ad R. P. Jacobum Petinatti S. J. ex eodem loco 29. Nov. 1717, qua ei Epistolam R. P. Franc. Mariae Piccolo, Superioris Missionum S. J. in California

Digitized by Google

de novis populis ibi detectis et Missionarios petentibus transmittit. — Germ. ib. n. 173.

Epistola ad eundem Acapulco 25. Mart. 1718, qua iter suum Mexico eo usque describit. — Germ. ib. n. 174.

Epistola ad eundem Rect. Coll. Zagr. in Croatia, scripta in mari in facie Insularum Marianarum 16. Junii 1718, qua iter suum Acapulco ad has insulas usque describit. — Germ. ib. n. 150.

Epistola ad eundem ex Insula Rota 27. Maji 1719, qua Insulas 11 Marianas describit, et mortem 2 Missionariorum refert. — Germ. ib. n. 151.

Epistola ad R. P. Sigism. Pusch ex Residentia Agusan in Insula Rota 27. Maji 1719. de Martyrio P. Caroli Boranyo S. J. eodem loco 1685 pro Fide occisi. — Germ. ib. P. I. n. 8. p. 27.

Epistola ad R. P. Jac. Pettinati ex Insula Rota 24. Nov. 1720, de fructu Missionis ex institutione juventutis. — Germ. ib. P. VIII. n. 185.

Epistola ad R. P. Sig. Punto ex eadem 26. Nov. 1720, qua quaedam de his insulis et cadavera 2 Martyrum P. Borcenga et P. Strobach jam 1692. Seviliam, et illius hinc Viennam hujus Pragam transmissa esse refert. — Germ. ib. P. IX. n. 218.

Epistola ad P. Udalricum Bombardi S. J. ex eadem 27. Nov. 1720. de liberalitate Regis Hispaniae erga has insulas, et suis laboribus. — Germ. ib. P. VIII. n. 186.

Epistola ad P. Balthasarem Miller S. J. antehac Missionarium in China ex insula Rota 24. Nov. 1724. de misero statu hujus Missionis et ejectione ex eas insulas 32 incolarum ex terra australi. — germ. ib. P. XII. n. 300.

Epistola ad R. P. Udalr. Bombardi Rect. Coll. et Univ. Graec. ex Insula Mariana Guahan 20. Maji 1734. de Ara Deiparae in Templo erecta, Insulis Palaos detectis, et naufragio P. Victoris Walter. — Germ. ib. P. XXVII. n. 541.

Epistola ad eundem ex Agalha in Insulis Marianis 15. Dec. 1740, qua ei ob transmissam iconem B. V. Mariae Passaviensis gratias agit, Patris Charlon elogium et quaedam ex China etc. addit. — Germ. ib. P. XXXI. n. 618.

Epistola ad Dominum* Viennam ex eodem loco 1. Jan. 1744, de statu harum Insularum in genere. — Germ. ib. n. 619.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

BONAPERGER Josephus, Germanus, Kambaci in Suevia 8. Martii 1674. natus, et aet. 17. in Societatem in provincia Austriaca adscitus, 4 vota professus, raro exemplo 25. annis doctrinam christianam parvulis et rudibus tradidit. Reliquum fere tempus indefessus Operarius Graecii transegit, in visendis aegris et captivis assiduus, adeo ut nec autumnalem excursionem, nec in hortum quidem suburbanum sibi ire indulgeret. Gravi aliquando afflictus morbo, visa S. Ignatii imagine faciem ei prodigiose obvertentis mire recreatus est. Demum praescita mortis hora pie obiit Graecii 4. Apr. 1731 aet. 57.

Edidit:

Patrata Oberburgi per intercessionem S. Xaverii Miracula in unum collecta ab anno 1716. ad 1730. et idoneis testimoniis roborata.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

BORANGA (Borango) Carolus (ab Hispanis Jo. B. Perez de Caladajiel dictus) Germanus, Viennae Austriae patre Caes. Aul. Canista 29. Junii 1640. natus, et aet. 16. aegre ob debilem valetudinem in Societatem receptus, cum Sacerdos factus Viennae in Domo professa latinas classes doceret, et e ligneo ponticulo, quo e domo ad scholas itum, decidnus crus fregisset, votum concepit, Missiones Indicas, quas dudum unice quaesierat, obeundi. Itaque tandem Madritum missus, at quod Aula Hispanica exteris ad possessiones suas trans mare sitas aditum prohiberet, in Provinciam reversus, Curionem castrensem primum apud exercitum Caesareum in Hungaria, dein Regentem Convictus Nobilium Flumine egit. An. 1676. dissoluto a Rege Catholico vetito illo, mox ille cum magna cohorte, reliquorum Superior, Genua Gades concessit, ubi, cum pridie classis Indica solvisset, biennium, quo expectandum fuit, Missiones cum suis per Hispaniam obeundo transegit. Denique diversis navi-

Digitized by Google

bus conscensis, cum illa, qua ipse vectus, mox naufragium fecisset, spoliatus rebus omnibus ac infirmus Mexici advenit, et cum prima navi in Philippinas insulas et hinc in Marianas abiit, ubi vix linguam edoctus Residentiae in insula Guahan praefectus, apostolico zelo suo et cumprimis vitae sanctissimae exemplo conversiones plurimas fecit. At hinc in Insulam Rotam translatus, rebellione exorta post Patrem Strobach et ipse in Residentia sua Agusan 1685 a barbaris his pro Fide occisus est. Cadaver ejus Viennam allatum in crypta domus professae ante aram majorem in peculiari sarcophago servatur. — Vita ejus extracta ex Vita Ven. P. Didaci Ludovici San Vitores S. J. a P. Francisco Garzia hispanice scripta, a P. Ambrosio Ortiz italice, tum latine et demum a duobus Sacerdotibus S. J. germanice reddita; extracta ex Epistola P. Josephi Bonani a Jos. Stöcklein et inserta Mercurii P. I. n. 8. Est ejus:

Epistola ad P. Davidem Loys Provinciae Austriae ex Acapulco Portu Mexicano 27. Mart. 1681, qua desiderium suum prodit, ut in Insulas Marianas mittatur. — Germanice in Stöcklein P. I. n. 2.

BOROS Josephus, Transylvanus Csikiensi in Sede 24. febr. 1699 nobili stirpe natus et aet. 17. Societati insertus, 4 vota professus et Philosophiae ac Theologiae Doctor, vitam fere omnem Claudiopoli partim utramque scientiam docendo, partim juventutem in Seminario regendo transegit, ac pie ibidem obiit 14. Julii 1757 aet. 58.

Edidit latine:

Anthitheta Evangelica. Claudiopoli 1724. 8. Carm. eleg. et. iamb.

Philippicae sacrae seu Orationes doctissimorum et sanctissimorum virorum nomine in fidei ac pietatis hostes vibratae, Cassoviae 1729. 12.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Horanyi.)

BORS Georgius, natus in Transilvania 1754. docuit Grammaticam Ungvarini et absolutis studiis tertio probatus Agriae, suscepit apostolicas expeditiones in Transilvania et ab anno 1769 usque ad abolitionem Ordinis utilem operam navavit reducendis Socinianis ad veram fidem.

Reddidit hungarice:

Hevesianum aliquod opus. Claudiopoli 1761.

BORSOS Michael, Hungarus in insula Csalóköziana Posoniensis provinciae 28. apr. 1706. natus, aet. 22. Societati adscriptus 4 vota professus, et aliquamdiu concionatus, cum Procuratorem et Administratorem diversarum domuum pluribus annis egisset, pie obiit in Bozok 19. Jan. 1761. aet. 55.

Edidit latine:

Bidermanni Epistolas. Claudiopoli 1733.

Idea perfecti belli imperatoris oratorie adumbrata. Claudiopoli 1734. 12.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Paistaer.)

BORZA Michael, Hungarus Varallyae ad Szepusium 24. Sept. 1672. natus, et aet. 15. Societati adnumeratus, et 4 vota professus, Neosolio quidem in illis tumultibus expulsus, sed eo redux illud fere in fide orthodoxa conservavit, pluribus in Ecclesiae sinum reductis, quod ipsum dein excursionibus in pagos factis praestitit. Rexit postea ipsis 25 annis diversa Collegia et domos, pueros simul in doctrina Christiana instituens, et in reducendis haereticis indefessus, quorum uno anno 47 Christo lucratus est. Demum diuturno morbo afflictus obiit Turoczii 24. Julii 1752. aet. 76.

Edidit latine:

Metamorphosis sacra Balthasaris Ignatii Lojolae Mendez ex potentissimo Fessae et Marochi Rege primum Christiani dein Sacerdotis S. J. Elegiis epistolaribus adumbrata. Tyrnaviae 1699 typ. Acad. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

BOSSÁNYI Andreas, Hungarus Nagy-Bossánensis 13. Nov. 1673 nobili loco natus, aet. 16. Societatem ingressus, Missionarium primum fervidum egit, ab haereticis jam neci dandus, ni a militari praesidio servatus fuisset. Philosophiae dein Doctor creatus eam Tyrnaviae et alibi docuit. Tum Hungarorum Romae Poenitentiarius fuit. Redux Collegio Clericorum Tyrnaviae primum praefectus, tum Collegii Leutscheviensis et Cassoviensis Rector, Director Collegii Pazmaniani Viennae, Tyrnaviae Collegium generale ad mortem usque direxit, quam pie obiit 19. Nov. 1730. aet. 57. Edidit latine:

Vaticinium felicitatis Josephi I. Augusti

Digitized by Google

Romanorum Hungariaeque Regis in Hungarici Sceptri coronis exhibitum. Tyrnaviae typ. acad. 1698. 8.

Gaudia inter luctus, seu Incrementa et vicissitudines Societatis Jesu in Hungaria. Tyrnaviae 1708. 12.

Responsa Matris Philosophiae Filio Philosopho recens manu missa data ad quaesita ejus futurum vitae statum complectentia. Tyrnaviae 1710. 12.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Horanyi. Paintner.)

BOSSÁNYI Wolfgangus, Hungarus, Szenderoviae in Comitatu Nitriensi praenobili stirpe 21. Jun. 1669. natus, et aet. 18. post longam cum parentibus luctam, qui eum rebus profanis destinarant, Societati se dedit, et 4 vota professus, et utraque Doctoris laurea donatus, Tyrnaviae et Cassoviae pluribus annis Professor, nec non diversis in locis S. Praeco, Strigonii Rector et Seminarii Mariani Tyrnaviae, Convictus Nobilium Cassoviae Regens, hic demum pie obiit 31. Aug. 1726. aet. 57.

Edidit latine:

Tripartitum Jus philosophicum, actibus Logicae principia tradens. Tyrnaviae 1706. 12.

Axiomata philosophica seu CLXX Proverbia Aristotelis succincte explicata ordine alphabetico. Tyrnaviae 1707. 12.

Sacculus distinctionum, sive Philosophicum ABC, continens ordine alphabetico distinctiones in Philosophia usitatissimas succincte explicatas. Tyrnaviae 1707. 12. ab Horanyi summopere laudatum.

Curiosum Quare per Quia Aristotelicum resolutum. Tyrnaviae 1708. 12.

Theologia Polemica, praecipuas Fidei controversias complectens. Bartphae. 1715. Claudiopoli 1751. 12.

Hungarice:

Parentalia Magni Curiae Judicis, Georgii Erdödi senioris, a quatuor primis Magnatum Virtutibus, Religione, Providentia, Fidelitate et Zelo gloriae in Domum suam laudati. Tyrnaviae 1714. fol.

Laudatio funebris Comitis Ignatii Kohari, speculi innocentiae aetatis anno 16. praemature mortui. Tyrnaviae 1720. fol.

Laudatio panegyrica D. Stephano in monte Panoniae dicta. Posonii 1723. 4.

Plures praeterea funebres.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Horanyi. Szechea. Paintner.)

BOSSICART Nicolaus, Gallus, Societatem Tornaci 1760. ingressus, et hinc in provinciam Austriacam translatus, audita Olomucii quadriennio Theologia ultimis annis quatuor ante sublationem Ordinis Viennae Austriae in Collegio Nobilium Theresiano Praefectus, Professor linguae gallicae et Catechista fuit, et priori munere etiam sublato Ordine ibidem pluribus annis functus est, dein Bruxellas reversus pie obiit.

Edidit gallice:

Elementa Architecturae civilis et militaris in usum nobilis Juventutis traducta e latino Joannis Bapt. Izzo S. J. Partes II. Viennae Kurzbeck 1772. 8.

Epitome Studiorum Oeconomicorum Academiae Theresianae, e germanico Theodori Kronstein S. J. 1777. 8.

Iudicium de Academiis Viennensibus sc. Theresiana et Sabaudica. 1780. 8.

(Denis Bibl. Gassell. J. Z. q. 27. Ersch. Paintner.)

BOUJART Franciscus Xaver. Lotharingus Barrensis natus 29. Jan. 1729 Societatem in Provincia Gallo-belgica Tornaci 1750. ingressus, Professor Grammaticae Leodii, et ab anno 1766. in Provincia Austriaca Praefectus et Professor linguae gallicae Viennae in Collegio Nobilium Theresiano usque ad suspensionem non Ordinis solum sed et Academiae hujus fuit. Post ejus restaurationem septuagenarius jam in eodem Professor Botanices fuit, in qua excelluit et inter alios plurimos etiam Principes a Schwarzenberg instruxit. Insignem herbarum collectionem Universitati Budensi cessit, et demum in Domo infirmorum et decrepitorum Presbyterorum saecularium pie obiit Viennae.

Edidit gallice;

Oda ad Suam Majestatem Imperatricem Reginam ob restitutam ei valetudinem. Viennae Trattner 1767. 8.

Dux Juventutis; libellus precatorius in usum Collegii Theresiani. Viennae Trattner 1773. 8.

Brevis adumbratio studiorum oeconomicorum Academiae Caes. Reg. Theresianae. Viennae 1775. 8.

Digitized by Google

Oda oblata Celsitudinibus Regiis Archiducibus Ferdinando et Beatrici in eorum in hanc Urbem adventu. Viennae Trattner 1775. 4.

Oda in obitum M. Theresiae Augustae. Viennae. 1780.

Oda Celsitudinibus Imperialibus Paulo Petrovits et Mariae Federownae in eorum adventu Viennae. ib. 1781. 8.

Oda Suae Sanctitati Pio VI. occasione itineris sui Viennam. ib. 1782. 8.

Oda Celsitudinibus Regiis Francisco Principi Hetruriae, et Elisabethae Principi Würtembergiae in eorum connubio. Viennae 1788. 8.

In gallicum vertit:

Vera Summi Pontificis Imago opposita illi, quam novissimi magistri Viennae Austriae effinxerunt.

(Denis Bibl. Gurell. Erach. Ossoliński. Paintner.)

BREAN Franciscus Xaver. Germanus, Viennae Austriae 20. Dec. 1678 natus, aet. 16. Societati insertus et 4 vota professus, Oratorum sacrorum suo tempore in Provincia Princeps, Viennae primum in Collegio et Domo professa, octennio tum Caroli VI. Imp., a quo Francofurti auditus, Concionator aulicus in annum 22 fuit; dum ruptis saepe prae dicendi vehementia venis debilitatus, Caesareis Principibus, Mariae sc. Theresiae dein Augustae, ejusque sorori Mariae Annae Magister et conscientiae arbiter daretur; quo in munere sibi soli despectus et Virgineae Matris praecipuus Cultor pie obiit Viennae in Domo professa 16. Julii 1735. aet. 57.

Edidit latine:

Lustrum IV. Augusti Rom. et Hung. Regis Josephi I. Pii, Victoris, Felicis. Carmen Graecii editum sed impressum Viennae Jo. Schlegel 1703. 8.

Merita in Ecclesiam et S. Romanum Imperium ab hoc et illa novis meritis illustrata, dum ab Augustissimo et Invictissimo Romanorum Imperatore et Hispaniarum Rege Catholico Carolo VI. Em. et Rev. D. Hugo Damianus S. R. E. Cardinalis de Schönborn Ord. Teut. Eques etc. et S. Caes. Majestatis intimus Consiliarius, in Templo Aulico purpureo pileo insigniretur. Viennae Andr. Heyinger 1715. 4.

Adgratulatio Em. ac Rev. D. Julio S. R. E. Presb. Cardinali Piazza Episcopo Fanutino, Pontificio ad Aulam Caesaream Legato a latere, et Em. ac Cels. D. Hanibali S. R. E. Cardinali a Schrattenbach, Episcopo Olomuc. Duci ac S. R. I. Principi, dum ab Aug. Imperatore in Templo Aulico purpureo pileo insigniretur. Dicta et impressa Viennae Kürner 1712. 4.

Germanice:

Panegyricus S. Francisco Salesio. Viennae Schönwetter 1709. 4.

Funebris Aug. Imperatori Josepho I. dicta. Viennae Jo. Schlegel. Lincii Jo. Sedelmayr 1711. fol.

Eucharisticus Sermo ob liberatam a pesta Viennam. Viennae Heyinger 1714. 4.

Item ob Belgradum a Turcis recuperatum. Viennae 1717. 4.

Funebris Aug. Eleonorae Leopoldi M. Viduae in Templo Aulico dicta. Viennae 1720. 4.

Veritates Christianae coram Caes. Majestate in Concionibus propositae. Tomi III. quorum primus Conciones quadragesimales, reliqui duo dominicales continent. Viennae 1735, 39, 49. 4.

Veritates Christianae coram Aula Caesarea viginti annis in Parasceve propositae et perfectum Quadragesimale formantes. Viennae seorsim: collectim Coloniae 1739. Pragae et Herbipoli 1748. 4.

Praeparatio pro Adventu et Nativitate D. N. J. C. Viennae 1731. 8.

Triduanae animi Recollectiones ex Exercitiis S. Ignatii excerptae et ante Festa Natalitia aut sub finem anni propositae. Viennae 1731, 35. 8.

Libellus selectissimarum precum, praecipue pro S. Confessione et Communione cum variis Officiis et Litaniis. Viennae Trattner 1763. 4 et 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Jour. des Sav. 1746. Vogel. Walch. Bibl. Acad. Vien. Francisc. Wagn.)

BREUER Christophorus, Germanus, Weidhofii in Austria 29. Juli 1693 natus, aet. 18. an. Societatem ingressus docuit humaniora et aliquamdiu concionatus est Posonii, fuitque Procurator in domo professa, et Praeses Congregationis civicae Leobii et

Digitized by Google

Lincii; hic obiit 26. Maji 1741, et edidit sine nomine:

Germanice:

Via Crucis ad montem Calvariae. Lincii 1740.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. inter Anonymos.)

BREZANOCZY Adamus, Hungarus, Foldvensis 5 Nov. 1751. natus Cassoviae Rhetor 1768. in Societatem receptus, audita Cassoviae Philosophia, cum Ordine solutus.

Edidit latine:

Vindiciae systematis philosophici de origine civitatis contra systema antiphilosophicum J. Adami. Posonii 1801. 8.

(Paintner.)

BRUMATI Richardus, Italus, Goritiensis 16. apr. 1657. natus, et aet. 16. Societatem ingressus, Tergesti ac Flumine 22. annis Concionator, simul pro sua animi demissione inferiores duas scholas docuit, aeger adhuc e lecto ad scholam se proripiens, ac demum singularis B. Virginis cultor Sabatho ac vigiliis ejusdem solis frugibus victitans, piissime obiit Tergesti 9. Martii 1719. aet. 62.

Reliquit multa erudito calamo scripta.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

BRUMOVSKI Franciscus, Germanus Neutischeiniiin Moravia natus 28. Oct. 1691, et 1708. Societatem ingressus, 4 vota professus, Concionator plurimum et Philosophiae Budae Professor, Carolinae demum in Hungaria disciplinae domesticae et oeconomiae curator obiit 14. Apr. 1735 aet. 44.

Edidit latine:

Fatales Ottomanicae lunae Ecclipses, seu quatuor insignes Victoriae adv. juratum christiani populi hostem ab Aug. Carolo VI. obtentae. Cassoviae typ. Acad. 1717. 8.

Imago primi Saeculi Martyrum Cassoviensium. Ibd. 1718. 12.

Gloria filiorum parentes eorum, sive Major Dei Gloria in Virgine sine labe concepta, sermone panegyrico defensa. Tyrnaviae 1721. 4.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Paintner.)

BRUNA Franciscus Xaver. Croata, Zagrabiae 14. Sept. 1745. natus, et 1762. Societati insertus, absolutis cum laude studiis Philosophiae et Theologiae Doctor Budae Socium in Specula Astronomica primum Francisci Weiss dein Francisci Taucher egit; tum Professor sublimioris Matheseos in Universitate Budensi, factus est, cui muneri 1817. aet. 72. est immortuus, Academiae Scientiarum Societatis Meteorologicae Manheimiensis Membrum.

Observationes ejus annuae astronomicae et meteorologicae observationum singularem praestantiam ab anno 1785. singulis annis Actis Academiae hujus insertae sunt.

(Horanyi. Paintner.)

BUCELLENI Octavius, Germanus, Savae gentilitio Carnioliae castro 11. Aug. 1674. illustri genere ortus, aet. 17. Societati adscriptus et 4 vota professus, Philosophiae et Theologiae Doctor utramque in Universitate Viennensi et Graecensi annis duo de triginta docuit. Tum novennio Ferdinandaei Seminarii Graecii Regens ultimo vero decennio in Collegio senio et morbis in patientiae palaestra exercitatus ibidem piissime obiit 16. Maji 1752. aet. 78. Soc. 61.

Edidit latine:

Dissertatio Academica de praecipuo Cartesianismi dogmate. Viennae 1709. 8.

Res memorabiles per decennium bello Austriaco-Hispano-Gallico gestae. Viennae 1710. 12.

Orbis eruditi anima, Virgo Philosophorum Princeps Diva Catharina. Oratio perorata ab Aug. Hirneys Logico. Viennae Sim. Schmid 1714. fol.

Consilia Sapientiae seu Axiomata Salomonis. Graecii 1718. 8.

Theses Theologicae de Peccatis, Gratia et Merito. Viennae Voigt 1723. fol.

Compendium Vitae D. Thomae Aquinatis Angelici Ecclesiae Doctoris. Viennae Voigt 1723. 8.

Denique Chronologiam sacram Ducatus Styriae per P. Sigismundum Pusch. J. S. ab origine ad Ottocarum II. perductam, ad excessum Leopoldi I. continuavit, et edidit Graecii 1730. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Paintner. Bibl. Acad. Vien. Theres.)

Digitized by Google

BUCZYNSKI Vincentius, Polonus, in pago Hirówce in Alba Russia 17. Martii 1789. natus, aet. 16. in Societatem admissus est. Absolutis studiis Doctor Theologiae creatus Professorem Philosophiae per 30 annos strenue egit partim in Russia, partim post expulsionem Societatis ex illo regno in Austria, tum in Collegio Tarnopolitano tum in Studio domestico Lincensi. Bis qua Procurator Procinciae Romam missus est et semel Provinviam Galicianam tanquam Visitator lustravit. Post dispersionem Provinciae Austriacae anno 1848. in Belgium missus in Collegio Lovaniensi per plures annos Professor Philosophiae et Theologiae compendiariae fuit; ibique 14. Dec. 1852. repentino morbo correptus obiit vir vere pius, simplex, innocens et regularis disciplinae usque ad finem vitae observantissimus.

Scripsit latine:

Institutiones Doctrinae Religionis, in quibus principia philosophica ad veritates Religionis applicantur. Viennae Typ. Mech. 1842. 8.

Institutiones philosophicae. Partes III. Log. Metaphys. Ethica. Viennae Typ. Mech. 1843. 8.

Polonice:

Instructiones de veritatibus fidei et obligationibus Christiani in linguam polonicam translatae ex libello gallico Principis Episcopi de Toul. Leopoli J. Piller 1842. 8.

Mensis Majus cultui B. V. Mariae dicatus ex germ. P. Petri Beckx S. J. Leopoli. J. Piller 1843. 12.

Exercitium devotionis erga S. Cor Jesu. Leopoli J. Piller 1844. 12.

Cultus novendialis ad S. Franciscum Xaverium. Leopoli. J. Piller 1844. 12.

BUDENSE COLLEGIUM. Fundatum 1685. a Leopoldo I. Rom. Imp.

Sermo de S. Aloysio Gonzaga apud PP. Servitas a Soc. S. J. Budae 1754. 4.

Odae cum Serenissimi Principes, M. Christina AA. et Albertus Ser. Dux Budam ingrederentur, a Coll. Bud. editae. Budae 1766. 4.

BUERDEN Ferdinandus, Germanus, Viennae Austriae 15. Nov. 1689. natus, et 1705. Societati adscriptus, vix absolutis studiis, Philosophiae Doctor. Viennae Poesim tradens, singularis Numinis eucharistici Cultor, obiit 26. Maji 1721.

Edidit latine:

Austria suorum influxu siderum beata, metro exposita. Viennae 1721. Kürner 12.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

BUERGER Bartholomaeus, Germanus, Strasburgi in Carinthia 24. Aug, 1672. natus, et aet. 18. Societatem amplexus, 4 vota professus, Concionatorem Graecii, Posonii, Jaurini et Schemnizii egit, ubi praeses domus et operarius simul praesertim infirmorum indefessus, pie obiit 2. Nov. 1716. aet. 44.

Edidit Magister Poesim docens latine:

Echo Mariana, seu Epistolae responsoriae ad Parthenios Sodalitatis Graecensis Coronae Stellarum 12. Graecii Widm. 1698. 8. carmine elegiaco.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

BUITUL Georgius, Hungarus, Karansebesiensis, juvenis Societati nomen dedit, per Daciam missiones sacras feliciter obiit, et in unendis cum Romana Ecclesia dissidentibus Athanasio Episcopo nationis Walachicae adjutor fuit, cui et ab eo dicatus:

Catechismus P. Petri Canisii S. J. in vernaculam linguam Walachicam transfusus. Claudiopoli 1703. 8.

(Horanyi. Palatner.)

BURKARD Guilielmus, Germanus, Purkumstadii in Franconia 17. Martii 1703. natus et aet. 18. Viennae in Societatem admissus, in eaque 4 vota professus, Philosophiae primum diversas partes Lincii ac Passavii, tum Clagenfurti Controversias tradidit; concionatus subin 12 annis Neostadii, Lincii, Posonii, Jaurini, Budae ac Viennae ad S. Annae et in domo professa; denique Congregationi civicae Lincii praefectus, vir singulari sanctitate ac speciali dono Exercitia S. Ignatii tradendi praeditus, uti ibidem maxime et concursu et fructu fecit, et piissime obiit 29. Dec. 1760. aet. 57. Edita ab eo praeter plura opuscula pia germanice:

Oratio panegyrica de S. Ursula ejusque Societate. Viennae Heyinger 1735. 4.

Digitized by Google

Sermo de SS. Corde Jesu. Viennae in templo S. Ursulae. ib.

Panegyris de S. Kiliano Francorum Apostolo. Viennae 1742. 4.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

BURKARDT Carolus, Germanus Franco, Viennae juri studens in provinciam Austriacam receptus, cum suscepto Sacerdotio Viennae aliquot annis humaniores litteras tradidisset, petita nequidquam missione Indica ad Castra caesarea in Imperium missus, cum 2 fere annis zelo maximo munus hoc obiisset, Heilbrunae a Principe Praefecto militiae, cui moribundo adstitit, lue contracta in Natali Domini coelo et ipse natus est a. 1734.

Edidit latine:

Ars scutaria. Carmen. Viennae Ghelen 1733. 8.

Dissertatio de Nobilitate Romana et ejus insignibus. Viennae Voigt 1734. 8. c. fig.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

BURKARDT Josephus, Germanus, Viennae Austriae 28. Febr. 1732. natus, et aet. 16. Societatem ingressus inque ea 4 vota professus, ab anno 1762. in Collegio nobilium Theresiano Viennae Praefectus, Concionator ac Poesios primum, tum Litteraturae elegantioris Professor, vir laboriosus ac Humorista eximius, Denisio amicissimus et summopere ab eo celebratus, vix abolita Societate et ipse pie obiit 26. Dec. 1773. aet. 41.

Edidit germanice soluta oratione:

Panegyricus de S. Domitiano ad S. Petri. Viennae Ghelen 1765. 4.

Panegyris de S. Leopoldo. Viennae 1765. 4.

Panegyris de Sanctis Tutoribus Comitatus Tyrolensis. ib. 1767. 4.

Sermo eucharisticus, dum ob restitutam M. Theresiae Augustae valetudinem grates Deo solemnes in Collegio Theresiano agerentur. Viennae Trattner 1767. 4.

Ligata:

Oda, cum Cels. ac Emin. Principi Christophoro e Com. Migazzi Archiep. Vien. et Protectori Collegii Theresiani Cardinalitia dignitas conferretur, nomine Collegii. Viennae Kurzbeck 1761. 4.

Hymnus ad S. Julium in ejus annuo festo. Viennae Schulz 1763. 4.

Poemata plura in Patriota Austriaco, Scriptura hebdomadaria. Viennae Schulz. 1764. 8.

Jubilum Collegii Theresiani in Coronatione Josephi II. Regis Rom. Viennae 1764. 8.

Oda in Connubium Josephi II. cum Josepha Bavara.

Triumphus M. Theresiae, cum post recuperatam feliciter valetudinem prima vice in Collegio Theresiano compareret. Viennae Trattner 1767. 8.

Oda ad Comitem Franciscum Zichy, cum ex Collegio Theresiano discederet. Viennae Trattner 1768. 8.

In Obitum Archiducis Austriae M. Theresiae. Viennae Trattner 1770. 8.

E gallico in germanicum vertit:

Regii Aulici Concionatoris Perisseau S. J. Conciones selectae, tomi II. Augustae Vindel. Veith 1765. 8.

Joannis de la Roche Sermones panegyrici de diversis Sanctis. Tomi II. Augustae. Veith 1771. 8.

Ex anglico:

Spenze Polymetis cum Tyndali Epitome. Cum Hofstättero.

Spenze de Concordia Operum Poetarum cum Operibus Artificum. Pars I. et II. Viennae Kurzbeck. 1773. 8. Ultimus ejus labor. Cum eodem.

Sub directione ejus discipuli ejus in Collegio Theresiano edidere germanice:

Renati Rapini S. J. Comparatio Homeri cum Virgilio a Comite Ant. de Wildenstein. Augustae Veith 1766. 8.

Ejusdem Comparatio Thucydidis cum Livio a Comite Carolo Zichy. Augustae Veith. 1767. 8.

Dissertatio de Poematibus pastoriciis, a Josepho L. B. a Penkler. Augustae Veith 1767. 8.

Joannis Caesaris Rousseau de la Parisières Episcopi Nemausini Sermones translati a Jo. B. Comite ab Auersperg, Canonico Olom. et Passav. Partes II. Augustae Veith 1767. 8.

Metamorphosis Hungariae e latino P. Petri Schetz S. J. a Com. Carolo a Zichy. Viennae Trattner 1768. 8.

Digitized by Google

Oda, cum Archidux Maximilianus inter Equites Teutonicos referretur; a Prospero Comite a Sinzendorf. Viennae Trattner 1770. 8.

Prosae et Versus de Artibus ab Auditoribus artium liberalium primi anni publice lecta in Collegio Theresiano. Viennae Kurzbeck 1772. 8.

Epitome publici Tentaminis ex Historia Artis, praeter Sermonem de Notitia Artium relate ad Nobilitatem. Viennae Kurzbeck 1773. 8.

Fructus Juventutis Collegii Theresiani. Labores Nobilium Juvenum prosa et versu ipso Professore editi. Tomis II. Viennae Kurzbeck 1773. 8.

(Desis BG. Paintner.)

BUSAEUS Theodorus, Belga, Noviomagi natus 1542. et Petri Canisii propinquus, aet. 18. Societatem ingressus, et 4 vota professus (alius ab altero ejusdem nominis, qui eandem Provinciam Austriacam Vicarius Praeses lustravit, et in Congregatione Generali VII. 1615. Romae Assistens Germaniae electus est) primus Graecii Poesim et Oratoriam tradidit, 25. annis doctrinam christianam exposuit, et Sodalitiis Marianis pluribus annis praefuit. Viennae D. Stanislaum Kostka discipulum habuit. Ipse vero innocentissimam vitam suam sancte finivit Novaedomi 21. Martii 1609. aet. 67.

Est ejus:

Oratio perelegans in Academiae inauguratione dicta Graecii, et in Msc. servata.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Propylaeum Bibl. Us. Graec.)

BUTTOLO Antonius, Germanus, Clagenfurti in Carinthia 4. Junii 1696 natus, et aet. 16. Societati accensitus, 4 vota Professus, et Philosophiae Doctor, cum Viennae et Graecii linguam sacram tradidisset, Concionatorem 20 annis diversis in locis egit, ac demum in patria Congregationis civicae praeses pie obiit 20. Oct. 1760. aet. 64.

Edidit germanice:

Panegyricus D. Domitiano Viennae in Templo S. Petri dictus, et ib. impressus Schilger 4.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

BZENSKI Rudolphus, Hungarus, Szakoltzae 27. Oct. 1691. natus, aet. 15. in provinciam Bohemicam cooptatus et hinc in Austriacam translatus, 4 vota professus, multa praeclare in Dacia ad Fidei Catholicae incrementum et animarum salutem egit; et acerbissimis articulorum doloribus per plures annos vexatus, pie obiit Claudiopoli 13. Jun. 1715. aet. 64. In historia Daciae versatissimus, et a Nic. Schmitt. Sam. Timon et Sochero, qui eo multum usi, laudatus, edidit latine:

Bipartita Historia Transylvaniae, et Societatis Jesu in eo militantis, quam Syllogismaeam vocat Ecclesiae Transylvanicae. Claudiopoli typis Academicis.

De Origine et progressu Cultus et Lacrymis prodigiosis Claudiopolitanae Iconis B. V. Mariae. Ibd.

Reliquit plura Msc. inter quae:

Epistola de Missionibus in Transylvania Claudiopoli 1711. scripta, in Bibliotheca C. R. Vindobon. Tomo III. Recens. Schwandtner. num. 2096 servatur.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Paintner, qui etiam Opus primum inter Msc. refert.)

CALLES Sigismundus, Germanus, Viennae Austriae 12. Sept. 1696, natus, et aet. 15. Soc. adscriptus, 4 vota professus ac Philosophiae Doctor, Humanista et Historicus egregius, Professor Repetentium Linguae tum latinae tum graecae Leobii annis 11, tum octennio in Universitate Vindobonensi Historiae Professor, demum partim in Domo professa partim ad S. Annae Viennae Historiographus, in postrema hac Domo pie obiit 3. Jan. 1761 aet. 65.

Edidit latine stilo nitidissimo:

Deliciae sacrae. Carmen. Graecii Widmanstad. 1726. 4. carm. elegiaco.

Digitized by Google

Elegia de Pace et bello.

Oratio panegyrica in solemnibus Exequiis Caroli VI. Rom. Imp. a Caes. et Acad. Collegio S. J. celebratis. Viennae Kaliwoda 1740. fol. et 8. Opus eximium.

Oratio gratulatoria Josepho a Trautson Cardinali et Archiepiscopo Vien. oblata a Provincia Austr. S. J. dum S. Purpura ornaretur. Viennae 1756. fol.

Annales Austriae ab ultima aetatis memoria ad Habspurgicae Gentis principia deducti. Pars I. Res Austriae veteris sub Romanis Austrasiae Germaniaeque Regibus, ac Imperatoribus, ac praecipue Babenbergicae Stirpis in Austria Marchionibus gestae. Subjunctis ubique Scriptorum monumentorumque veterum testimoniis notisque. Pars II. Res aetatis mediae sub Babenbergicae Stirpis Ducibus usque ad Habspurgicae Gentis principia gestae. Subjunctis, ut prius. Viennae Kaliwoda 1750. fol.

Series Misnensium Episcoporum, cum ex aliis documentis, tum praesertim ex litterarum, contractuum ac donationum Misnensis Ecclesaie breviario manuscripto restituta et illustrata. Ratisbonae et Viennae 1752. 4. — Msc. servatur in Bibl. Caes. Vindob.

Annales Ecclesiastici Germaniae ex antiquis Sacrae Augustaeque Historiae Monumentis collecti, et cum rebus Summorum Principum perpetua serie deducti. Tomus I. De Christianae Religionis tenuibus ad Rhenum et Danubium initiis, rebusque per sex priora a Christo nato Saecula gestis. II. De Religionis Christianae inter Rhenum, Albim et Danubium propagatione, rebusque per Saeculum VII. et VIII. gestis. III. De Religione Christiana in Saxonia firmata, et hinc in Moraviam et Bohemiam, illinc in Daniam et Sueciam propagata, rebusque Saeculo IX. gestis. IV. De Religione Christiana intra Albim et Oderam propagata, vexata a Slavis Hungarisque, sed demum in Poloniam et Hungariam illata, rebusque Saeculo X. in Germania gestis. V. De Christiana Religione Principum Praesulumque sanctitate dimidium Saeculum et ultra florente, tum fatali dissidio inter Sacerdotium et Regnum misere perturbata, rebusque Saeculo XI. in Germania gestis. Tomi VI. Pars I. De Christiana Religione Pomeraniae illata, sed inter Slavos septentrionales propemodum oppressa, et de rebus Saeculi XII. Parte priore in Germania gestis. Viennae Austriae Leop. Jo. Kaliwoda 1756 — 69. fol.

In Bibliotheca Caes. Vindobon. Tomo II. Recens. Schwandtner. n. 1032 in Msc. servantur Annalium Ecclesiaticorum Tomi VIII. Voluminibus 4 in folio, proin duo Tomi inediti — ut et Series Episcoporum Misnensium partes editae. n. 1555.

Praeterea ibidem servantur nondum edita:

Chorographia Austriae fol. n. 1571.

Genealogia Austriaca a Rudolpho I. Caesare—continuata ad M. Theresiam Aug. usque ab Antonio Steurer S. J. fol. n. 1358.

Genealogia antiquorum Marchionum Austriae fol. n. 1372.

Praeter ipsos Annales Austriae editos Tomis II.

Collectanea varia ad eosdem fol. n. 1374.

Ad Annales Ecclesiasticos Dissertationes praeviae n. 1375. Collectanea ad eosdem. n. 1376. Fragmenta ad Tomum I. IV. et VI. et Tomi VI. Pars posterior, etsi in multis deficiens. Tomi IV. fol. n. 1377.

Adversaria ad Historiam Germanicam praecipue Austriacam spectantia, ex diversis Autoribus collecta ab anno Christi 175 ad 1700 fol. n. 1602.

Adversaria ad Historiam Episcopatuum Germaniae pertinentia, ex variis Autoribus excerpta et chronologice digesta fol. n. 1603.

Collectanea varia ad Historiam Monasteriensem Germaniae. fol. n. 1604.

Annales Ecclesiastici Germaniae ex sacra profanaque Historia collecta. Volumina IV. in uno fasciculo. fol.

Annalium Austriacorum fragmentum a Libro X. ad XVI. inclusive. fol.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Paistner.)

CANDON Henricus, Germanus, in Austria Superiori in Oppido Spital natus 25. Junii 1801, absolutis Studiis factus

Digitized by Google

Sacerdos Saecularis per 11 annos in cura animarum laboravit Lincii et in Ried. Anno 1838. receptus est in Societatem et peracto Graecii tyrocinio et repetitis Studiis per aliquot annos Concionatorem egit Graecii, Lincii et Leopoli in Galicia, quo missus fuerat ad supplendum Concionatorem germanicum. Tempore dispersionis Provinciae Austriacae an. 1848. migravit in Galliam et curam Germanorum Parisiis et Argentorati habuit. Transiit postea qua Missionarius in Westphaliam, donec 1851 in Galiciam remissus denuo Leopoli munus Concionatoris in se suscepit.

Scripsit germanice:

Vita B. Francisci de Hieronymo. Graecii. 1841. 8.

CALO Daniel, Italus, Tergesti in Istria 24. Mart. 1612. natus et aet. 29. Societati in provincia Austriaca adscriptus, Ethicam christianam diversis in locis 12 annis docuit, et sex annis Viennae, Goritiae et Flumine ad Italos est concionatus, in intricatissimis conscientiae casibus consultus, virque religiosissimus obiit Goritiae 7. Apr. 1691. aet. 79.

Vertit e latino Hermanni Horst S. J. in italicum:

Virtutes Annae Eleonorae Imperatricis, Ferdinandi II. Conjugis. Viennae 1636. 12.

Reliquit in Msc. Tractatum de Malitia peccati venialis praelo dignissimum.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

CAMPELIUS Valentinus, Pragae graecam et hebraicam linguam tradidit, et in eadem urbe ingenti omnium luctu peste sublatus est 1583, linguarum fere omnium europaearum gnarus, et vitae religiosae exemplar. Reliquit multa scripta manu propria exarata.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

CANAL Josephus, Germanus, Graecii in Styria 9. Martii 1734 nobili genere natus, aet. 15. in Societatem receptus et 4 vota professus, absolutis Viennae cum laude severioribus studiis, in Collegio Nobilium Theresiano Viennae Concionator, et Praefectus juvenis Comitis de Migazzi, nepotis Eminentissimi Archiepiscopi Viennensis, ac Canonicus jam tum Olomucensis, quem etiam triennio per magnam Europae partem itinerantem comitatus est. Sublato Ordine ob eximium dicendi donum per Quadragesimam coram Augustissima Imperatrice est concionatus, et Beneficiatus ad S. Petri munus ordinarii Concionatoris per plures annos maximo tum plausu tum fructu est prosecutus, dum ab imperatore Josepho II. Parochia aulica Patrum Augustinianorum ei committeretur. At brevi novum onus Directoris Instituti pauperum in Urbe non solum sed et suburbiis ei insuper concreditum est, quod ad mortem usque summa omnium satisfactione sustinuit, in praemium laborum Canonicus Ecclesiae Metropolitanae anno postremo ante mortem nominatus, quam deploratus ob insignem facundiam et morum suavitatem ab omni statu subiit 30. Jan. 1799. aet. 65. Etsi vero omnes ejus Conciones typis imprimi essent meritae, editae tantum sunt sequentes:

Sermo eucharisticus ob restitutam M. Theresiae Augustae valetudinem coram Cancellaria aulica Transylvanica habitus ad S. Petri. Viennae Schulzin 1767. 4.

Sermo de S. Kiliano E. et M. Apostolo Francorum habitus ad S. Dorotheae. Viennae Trattner 1768. 4.

Sermo de S. Joanne Nepom. coram Cancellaria Aulica bellica apud PP. Augustinianos. Viennae Johnin 1769. 4. ib. 1775.

Sermo in festo septem Dolorum B. V. Mariae habitus in Collegio Theresiano. Viennae Trattner 1770. 4.

Sermo de Corde B. V. Mariae habitus ibidem. Viennae Trattner 1770. 4. uterque petente Nobili Juventute editus.

Conciones Tres de Instituto Pauperum neo-introducto parochianis suis praelatae. Viennae Kurzbeck 1783. 4.

(Scriptura menstrua Augustana. Denis Bibl. Garell.)

CAPENIDES Albertus, Polonus, natus 1574, Societatem adiit 1592, Brunae in Provincia Austriaca, et Philosophiae Doctor creatus Graecii 1614, Ethicam docuit, Graecii et Viennae humanioribus scholis praefuit, et felicissimae venae poeta

Digitized by Google

annis plurimis Archiduces Austriae Graecii degentes, ludis theatralibus magno plausu excepit. Obiit Millestadii 12. Sept. 1645. aet. 71.

Reliquit:

Dramata, quae Manuscripta in pluribus praegrandibus voluminibus in Bibliotheca Graecensi asservatae sunt.

Scripsit etiam Annuas Provinciae ab an. 1631. ad an. 1734.

(Propyl. Bibl. Univ. Graec.)

CARINA Josephus, Dalmata, Buccarensis 12. Oct. 1712. natus, et aet. 16. in provinciam Austriacam receptus, absolutis Graecii altioribus studiis, Goritiae ipsis 20 annis amoeniores litteras, Philosophiam ac Theologiam docuit, Operarium simul sedulum agens. Rector dein Tergesti et Goritiae, sublato Ordine demum obiit 1791. aet. 79. Sunt ejus latine:

Casus Conscientiae in usum Dioecesis Tergestinae. Tomulis IV. 8.

(Paintner.)

CARL Dominicus, Germanus, Weilharibii in Bohemia 4. Aug. 1632. natus, Graeciique in Societatem receptus, variis muneribus defunctus, traditis etiam altioribus disciplinis, pie obiit Jaurini 31. Jan. 1688. aet. 56.

Edidit latine:

Album Marianum. Clagenfurti 8.

(Propyl. Bibl. Univ. Graec. Gesta et Scripta Prov. Austr.)

CARL Josephus, Germanus, Viennae Austriae 30. Dec. 1706. natus, et aet. 18. Societatem ingressus, 4 vota professus, Philosophiae ac Theologiae Doctor Poesim primum ac Rhetoricam Viennae docuit, tum in Universitate hac integrum Cursum philosophicum praelegit, Controversias dein Graecii et Viennae ac denique Dogmaticam Viennae novennio tradidit. Tum in Collegio Theresiano anno uno Praefectus altiorum scholarum simul Nobilibus quibusdam Canones et Controversias exposuit. Regens dein Seminarii Clagenfurti, Rector Collegii Labacensis, Graecensis, ac Viennensis, Praepositus totius Provinciae, ac demum Praepositus domus professae sublato Ordine, vir apprime doctus, ac ad scrupulum usque tenerrimae pietatis, Parochus in Bockflüss in Austria obiit 7. Mart. 1776. aet. 70.

Edidit latine:

Panegyrici Mathiae Corvini Hungariae Regis. Tyrnaviae 1731. 12.

Scientiae Saeculi XVIII. ab Appoline coronatae. Viennae Kaliwoda. 1739. 8. Carmen.

Civicum Augustae Viennensium Armamentarium, colloquiis familiaribus illustratum. Viennae 1740. 4. Carmen.

Scriptores Universitatis Viennensis. Pars III. Saeculi III. Pars prior ab an. 1588 ad an. 1608. Viennae 1742. 8.

Assertiones Theologicae de Angelis et Actibus humanis. Viennae Trattner 1753. 8.

Recudi curavit Dialogos de figura Telluris Voll. II. Viennae 1742 et 43. 8.

Item Dissertationes theologicae de Indole, ortu et progressu et Fontibus sacrae Doctrinae Franc. Xav. Mauhard. Viennae 1750. 4.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Paintner. Bibl. pr.)

CASSOVIENSE COLLEGIUM fundatum 1633. a Ferdinado II. Rom. Imp.

Cujus:

Dissertatio pia et placida de Carne Christi in Persona Verbi. 1652. Latine. — Respondit Andreas Horvath Confess. August. (Szecheny).

Dialogus triplex ex Theologia Polemica ab Anonymo 8. J. n. 1. Amicus Sermo Honorium Lutheranum inter et Eusebium Catholicum, 2. Vulpinum Calvinistam inter et Veridicum Catholicum. 3. Christianum inter et Judaeum de negotio salutis. Cassoviae 1736. 8. hungarice. (Horanyi).

Statica de Varietate et proprietatibus Motus naturalis et artificialis cum methodo erigendi Machinas eisque utendi, latine.

Cosmographia. Partes III. Cassoviae 1736. 38. 41.

Prima S. Jo. Francisci Regis Solemnia. Cassoviae 1738.

Historia Coelestem Astronomiam et Chronologiam compendio exhibens. ib. 1741.

Dialectica seu Introductio in severiores Disciplinas. Cassoviae typ. Acad. S. J. 1744. 12. latine.

S. Ignatius Ecclesiae Dei Propagator. Panegyris dicta Nagybányae a Soc. S. J. Cassoviae 1745. 4. hungarice.

Digitized by Google

Alenipharmacum efficax contra venenatas animi aegritudines cujusvis hominis christiani. Cassoviae typ. Acad. S. J. 1757. 8. latine.

Musae Cassovienses Scholasticorum Religiosorum S. J. in Abitum R. P. Adami Horvath e S. J. Ministri suorum materno affectu amantissimi. Vota et lacrymae. Cassoviae 1766. fol. latine.

Applausus oblatus P. Ignatio Revitzky S. J. secundas Primitias celebranti. Cassoviae 1768. fol. latine.

CASTELLIZ Michael, an. 1766. Labaci in Societatem receptus, eaque soluta Presbyter saecularis factus, ab Episcopo Spirensi Bruchsaliam evocatus Subregentem ac Professorem Theologiae Dogmaticae aliquamdiu in Clericali Seminario egit; tum in Austriam redux Parochus in Höflein obiit.

Edidit germanice:

Conciones sex quadragesimales de Poenitentia. Augustae 1785. 8.

CHILESI Dominicus, Germanus, Viennae Austriae 28. Apr. 1630. natus, aet. 19. Societatem ingressus, et 4 vota professus, Operarius per totam vitam indefessus, et pro dirimendis conscientiae casibus undeque consultus, pauperum pater, pie obiit Styrae 14. Martii 1696. aet. 66. Edidit:

Spiritualis animae cura ex octiduanis S. Ignatii exercitiis extracta. Styrae 1695 Auinger 8.

Vita Ven. Matris Victoriae, quae Coelestinarum Monialium Ordinem condidit ex italico P. Fabii Ambr. Spinola germanice redddita. Lincii Mayr 1681. 8.

Item Vita V. M. Theresiae in condenda eadem S. familia Sociae. ib. 4.

Libellus Exercitionum sive Spiritualis animae cura ex Octiduanis S. Ignatii Exercitiis extracta, et diverso exercitantium statui, praecipue religioso accomodata. Styrae Fr. Auinger 1659. 12.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

CHOLER Ignatius, Germanus, Lincii in Austria 18. Martii 1684. natus, et aet. 13. Societatem ingressus, 4 vota professus, Philosophiae et Theologiae Doctor, utramque Tyrnaviae, Budae, Clagenfurti, Viennae, Graecii docuit, ac 1724 Viennae Decanus Philosophiae, insolito exemplo autoritate Pontificia et Caesarea D. Franciscum Panzel Hungarum Presbyterum saecularem cum ingenti solemnitate, quam in folio typis dedit, laurea poetica decoravit. Subin Lincii Rector, Viennae Praefectus studiorum ac Carolo VI. Caesari ad obitum usque a confessionibus fuit. Rursus ibidem Praefectus studiorum, Bibliothecarius et librorum Censor, ac inter haec per annum Missionarius ruralis in Dioecesi Passaviensi, demum viribus jam dudum labefactatis, sed nunc penitus fractis, vir summae doctrinae et indefessi laboris, nec minoris Religionis pie obiit Viennae 28. Maji 1750. aet. 66.

Vertit e gallico in latinum:

Gabrielis Daniel S. J. Iter per mundum Cartesii. Partes IV. Accedunt: Novae difficultates a Peripatetico propositae autori Itineris circa cognitionem brutorum cum Refutatione duplicis Defensionis Systematis Mundi Cartesiani. Viennae 1720 et 21. 12.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

CHOLLER Michael, Germanus, Austriacus Lincensis, prioris frater jam Sacerdos Societatem 1717. amplexus, Clagenfurti et Leobii ad populum dixit, dein Missionarius in regno Chili Americae Meridionalis, ibidem pie obiit sub finem anni 1742.

Ejus est:

Epistola ad R. P. Ignatium Choller fratrem suum, Theologiae Doctorem et Professorem Viennae, ex Kintschao in regno Chili 3. Jan. 1725. de itinere suo ex Europa in hoc regnum, et adventu in insula Kintschao apud Tschonos. — Germanice in Stöcklein P. X. n. 249.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

CHRAGLICH Josephus, Illyrus, Flumine 1696. in provinciam Austriacam receptus. Quinque ecclesiis et Posegae Concionator Illyricus, diversis dein muniis functus, Tergesti pie obiit 28. Mart. 1733.

Edidit latine:

Vindiciae illibati Conceptus Mariani. Tyrnaviae 1706. 4.

(Paintner.)

Digitized by Google

CIBINIENSIS RESIDENTIA in Transylvania coepta 1691.

Cujus latine:

Plausus genethliacus Leopoldo II. Archiduci Caroli VI. filio 1716. Viennae typis datus. Voigt. 4.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

CIRRHEIM (Cierhaimb) Ignatius, Germanus, Carniolus Labacensis, Societatem 1722. ingressus Viennae, audita Graecii Theologia ad Missiones transmarinas abiit, et ab anno 1730, Missionarius in Paraguaria, tamdiu perstitit, dum Societas inde secedere cogeretur. Redux in Provinciam 1771. Viennae ad S. Annae, tum in Residentia Alba-Regalensi Confessarium domus egit, et abolito Ordine obiit.

Sunt ejus:

Epistola ad P. Franciscum Graffhaiden S. J. Graecium ex Portu S. Mariae 19. oct. 1733, qua ei Epistolam P. Joc. Pauli de Contreras S. J. de novo populo Caesares dicto detecto transmittit. — Germanice in Stöcklein P. XXVII. n. 542.

Epistola ad R. P. Josephum Mayer Assist. Germ. Romae, ex missione S. Michaelis ad fluvium Uruguay 26. Aug. 1740, de fame et hinc orta lue in Paraguaria. Germ. ib. P. XL. n. 811.

Epistola ad P. Franc. Graffheiden ex missione S. Josephi 30. Sept. 1743, de rebellione Pamparum et statu missionum. Germ. ib. n. 812.

CITO Antonius, Italus Neapolitanus, 7. Jan. 1700. natus, aet. 15. in Soc. susceptus, et ex Neapolitana in Austriacam provinciam translatus, Judemburgi tertio probatus et 4 vota professus, per omnem vitam Viennae in domo professa indefessum nationis suae Operarium egit, Concionator et Praeses Congregationis italicae, simul Amaliae Augustae Josephi I. Viduae ad obitum usque a sacris Confessionibus fuit. Praecipuum autem fructum datis per plures annos nationi suae Exercitiis S. Ignatii tulit, ac demum soluto Ordine totus decrepitus in Collegio PP. Barnabitarum Viennae piissime decessit 26. Oct. 1777. aet. 77.

Edidit italice:

Vita et Virtutes Imperatricis Wilhelminae Amaliae. Viennae 1744. 8. Venetiis Recusae 1744. 8. Germanice redditae a Franc. Josepho Christiani olim a consiliis defunctae. Viennae Ghelen 1744. 8.

Veritates Christianae in Exercitiis spiritualibus propositae ab anno 1746 ad 1768. Partes XXII. Viennae 8. Quaedam etiam germanice redditae.

Instructio et Praeparatio ad bonam Confessionem generalem. Viennae 1759. 8.

Instructiones practicae propositae Domicellis occasione Exercitiorum spiritualium. Viennae 1765. 8.

Denique prodiit germanice:

Collectio instructionis practicae ad perfectionem christianam ex Exercitiis spiritualibus P. Ant. Cito S. J. per F. Car. Holzmann D. Phil. Viennae Kraus 1783. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Bibl. Acad. Vien.)

CLAGENFURTENSE COLLEGIUM fundatum a Ferdinando II. Rom. Imp.

Primum Saeculum Archiducalis Gymnasii Clagenfurtensis. Clagenfurti 8. latine.

Directiones Congregationis Venerabilium Sacerdotum sub invocatione S. Ignatii S. J. Fund. in Praepositura Eberndorfensi ejusdem Societatis erectae. Clagenfurti. Kleinmayr. 1703. 12.

Manuscripta Jesuitica hujus Collegii servantur in Bibl. C. R. Vindob. T. III. Recens. Schwandtner Lista X.

CLAUDIOPOLITANUM COLLEGIUM in Transylvania, fundatum 1581. a Stephano Batori Rege Poloniae et Principe Transylvaniae.

Cujus latine:

Allocutio ad novellos Studiosos Philosophiae in instauratione Academiae Claudiopolitanae. Ibidem 1698. 4.

Virtus post funera vivens, quae vere Magnatem fecit Regni: Comitem Stephanum Apor dictione funebri adornata a Soc. S. J. Claudiopoli 1706. 4.

Posthumi funebris honoris impensum piis manibus Illustrissimi Dom. Comitis Stephani Csaki de Keresztszeg supremum tributum, cum in Regia Principali Academici Collegii S. J. Basilica tumularetur. Claudiopoli typis Acad. 1720. fol.

Leo fortis Daciae sagitta lethi prostratus

Digitized by Google

gemitu patriae honoratus, seu Mors luctuosa Michaelis Com. Mikes de Zabola Gubern. Transylvan. lugubri dictione adornata a Soc. J. in Csikiensi aede. Claudiopoli 1721. fol.

Compendium Historicum. Claudiopoli 1733.

Rudimenta Geographiae ib. 1734.

Epitome Historiae Ecclesiasticae. ib. 1734.

Compendium historicum Veteris et Novae Germaniae. Partes II. ib. 1733 et 34.

Ortus et progressus Collegii Claudiopolitani. Ibd. Georgii Dorotzy. 1736.

Vera et diffusa descriptio Originis miraculose flentis et modo in Academico S. J. Templo Claudiopoli in Ara majori magna cum pompa positae Iconis gratiosae Marianae. Claudiopoli 1770. 12.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Bibl. Szechen. et Telek.)

COBAVIUS Andreas, Germanus, Carniolus Kischanensis, natus 1592. aet. 19. Societatem ingressus, in Philosophia et Theologia praestans, Rhetoricam et Mathesim Graecii docuit, rexit Collegium Judemburgense et Soproniense, et pie obiit Tergesti 1644. aet. 52.

Edidit latine:

Vindiciae Astronomicae Theaticae, pro Dionysio Exiguo contra eximios Chronographos de Aera vulgari Dionysiana. Viennae Gug. Gelbhaar 1643. 8.

Vita B. Joannis Dei, Fundatoris Fratrum Misericordiae ex italico; tacito nomine.

(Poistner.)

CONRAD Philippus, Germanus, Pöckae, in Styria 30. Apr. 1682. natus, aet. 24 Societati adjunctus, et 4 vota professus. 32. annis Clagenfurti, Labaci, Lincii, Posonii, Viennae, et hic quidem in Domo professa sexennio Dominicis, et quinquies per hebdomadam in quadragesima ad refertum ubique auditorem maximo et plausu et fructu dixit, Catholicis innumeris ad veram pietatem, haereticis ad veram fidem conversis. Obiit demum vitae simul religiosae exemplar Graecii 30. apr. 1758. aet. 76.

Extat ejus germanice:

Panegyricus S. Casimiro. Viennae Hayinger 1735. 4.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

CORNELI Joannes, Hungarus Szakolczensis in Societate humaniores litteras et disciplinas docuit, Academiae Cassoviensis Cancellarium egit et Polemicam Tyrnaviae tradidit. Defunctus est an. 1730. Multa post suum e vivis excessum reliquit ingenii monumenta, e quibus edita constant:

Fragmenta Historiae Hungariae ab anno 1663. ad an. 1678. deductae. Cassoviae 1680. 12.

Panegyrici Praelatorum et Magnatum Hungariae, qui Saeculo 17mo pro fide Dei et Regis laureata morte vitam terminarunt. Tyrn. 1708. 12.

Decennium Georgii Szechenyii. Tyrnaviae 1721. 12.

CORNERIUS Georgius, scripsit latine:

Promtuarium Devotionis Christianae. Passavii 1619. 8.

(Bibl. Wagner.)

CREMSENSE COLLEGIUM in Austria 1616. fundatum a Comite Adolpho Althan S. C. M. Consiliario intimo, Plenipotentiario in Hungaria sub tribus Imp. Rudolpho II., Mathia et Ferdinando II. et gestis contra Turcas insignis (quem etiam Collegium Znoymense et Iglaviense Fundatorem suum veneratur).

Edidit latine:

Symbola et Emblemata in Canonizatione SS. Aloysii et Stanislai. Cremsii Kopis 1727. 4.

Gratulatio sub schemate pastoritio musicis modulis decantato, quam in justam gratiarum actionem Reverendissimo Perillustri ac Amplissimo D. Godefrido Abbati Gottvicensi dignissimo Jubilari Sacerdoti obiit Collegium Cremsense S. J. ib. Praxel 1746. fol.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

CRONBERG Adrianus, Germanus, Lincii in Austria 30. Jan. 1664 natus, et aet. 16. in Societatem admissus, 4 vota professus, et Philosophiae Doctor Viennae creatus, Poesim ibidem, Philophiam Lincii, conscientiae quaestiones variis in locis tradidit, et pie obiit Zagrabiae 24. Nov. 1705. aet 41.

Edidit latine:

Digitized by Google

Fons sacrae Poeseos scaturiens affectibus, sive Christus nascens, moriens, resurgens, exercitiis poeticis propositus. Viennae Cosmerovii 1694. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

CRONSTEIN Theodorus, Varasdini in Croatia, vel ut alii volunt Marburgi aut Graecii in Styria nobili loco 13. Oct. 1720. natus, anno 1736. in Societatem receptus et 4 vota professus, vix tertio probatus, Viennam in Collegium Nobilium Theresianum venit, spatioque 23 annorum, quo in eo ab anno 1750. degit, ac praesertim postremis annis plurimum ad domus hujus splendorem litterarumque in ea florescentium vigorem non parum contulit; quippe qui in specie Cathedram Historiae naturalis et Oeconomiae induxit, et hortum oeconomicum delineavit perfecitque. Fuit primo Praefectus Juristarum, Exhortator Templi et per plures annos Praeses Congregationis de doloribus Mariae; tum Philosophiae partes omnes 9 annis tradidit; dein ab anno 1760 Minister domus, simul Praefectus altiarum scholarum, Professor Physicae experimentalis et Oeconomiae et Praefectus Musaei Mathematici, et ab anno 1770. usque ad sublationem Ordinis Rector domus, tum vero Praepositus in Zwettel obiit 1789. aet. 69.

Edidit gallice et germanice:

Adumbratio notionum oeconomicarum, quae in C. R. Theresiano Collegio Nobili juventuti propinantur. Viennae Kurzbeck 1773 et 75. 8.

Materia Tentaminis ex Statica, Mechanica et Motu composito. Viennae 1785. 8.

(Denis Bibl. Garell. Palatner.)

CRUXILLA Joannes Bapt. Italus, in Statu Veneto Tulmirini Alpestris Carniae oppido 23. Jun. 1622. natus, Societati Goritiae in provincia Austriaca 1639. annumeratus et 4 vota professus, ac Graecii 1655 Philosophiae laurea decoratus, Mathesim ibidem ac Philosophiam triennalem docuit: tum Theologiam morum Goritiae, Passavii, Clagenfurti praelegit, a pluribus sacris Praesulibus, in specie Antistiti Labacensi Principi Josepho a Zabatta tum conscientiae tum litium in sanctiori Senatu occurrentium arbiter delectus, ac demum vir muniis pluribus ac meritis, nec minus virtutibus omnibus veri Religiosi clarus pie obiit Clagenfurti 7. Febr. 1684. aet. 62.

Edidit latine:

Placita philosophica de ente logica cognoscibili, quae sub Auspiciis Serenissimi Caroli Josephi Archiducis Austriae, Magnorum Caesarum Fratris, Filii Nepotis, publicae disputationi proponit Georgius Sigefridus S. R. I. Comes a Dietrichstein. Graecii 1661. 12.

Philosophia quinquepartita ib. 1662. Utrumque opus Praeside autore gloriose propugnavit Ill. Comes Georg. Sigefridus a Dietrichstein a Leopoldo Augusto torque aurea donatus, dein Styriae Ducatus Capitaneus.

Laureata Nobilitas in Ill. D. Georg. Sigefrido S. R. I. Comite a Dietrichstein delineata. Graecii Widm. 1661. 12.

Chronographica Imago Nobilitatis Illustrissimae familiae a Dietrichstein a Caroli M. memoria. Graecii id. 1662. 8.

(Propyl. Bibl. Univ. Graec. Gesta et Scripta Prov. Austr.)

CSÁKÁNYI Emericus, nobilis Hungarus, Sabariae in Comitatu Sàrosiensi 4. Oct. 1631. natus, aet. 17. Societati insertus et 4 vota professus, cum docendo in scholis sermonibusque ad concionem dictis pluribus annis insigni cum fructu versatus esset, ob egregias animi dotes Regens primum Collegii Pazmaniani Viennae, cum a Turcis obsideretur tum Rector et Magister Novitiorum Trenchinii, et cum Socium et Monitorem Provinciae Praesidis egisset, rursus Rector Viennae ad S. Annae pie obiit 17. Maji 1703. aet. 52.

Edidit latine:

Heroa facinorum hebdomas. Tyrnaviae 1676. 8. carmine heroico.

Praxis fructuose meditandi religiosis potissimum tyronibus accommodata ex diversis collecta ascetis. Vindobonae Matth. Sischovicz 1694. 12. saepius recusa et germanice reddita.

(Horanyi. Palatner.)

CSAPODI Ladislaus, Hungarus, Petöfalvensis in Comitatu Nitriensi nobili loco

Digitized by Google

27. Junii 1724. natus, et aet. 16. Societati adnumeratus, Magister Tyrnaviae Poesim ac Rhetoricam, tum absolutis studiis 4 vota professus, Philosophiam Jaurini, in Collegio Nobilium Theresiano linguam hungaricam ac Budae Theologiam moralem docuit; dein plurium Collegiorum Minister sublato Ordine Sopronii sedulum operarium egit ibidemque pie obiit 1791. pauperibus ex asse haeredibus relictis.

Edidit latine:

Theresias. Carmen. Tyrnaviae typ. Acad. 1750.

Laudatio funebris Excell. D. Comitis Joannis Pálfy ab Erdöd, Regni Hungariae Palatini. Tyrnaviae 1751. 8.

Historia Thaumaturgae Virginis Claudiopolitanae. Ibid. 1753. 12.

(Gesta et Scripta Prov. Hung. Horanyi. Paintner.)

CSAPODI Ludovicus, Hungarus, praecedentis frater, nobili de Szaba Lövö genere, eodem loco 8. Oct. 1729. natus, et absoluta Tyrnaviae Philosophia, aet. 18. Societatem ingressus, propugnata Viennae summa cum laude Theologia ibidem Convictus ad S. Barbarae Subregentem et Collegii Pazmaniani Praefectum egit. Quatuor vota professus et Philosophiae ac Theologiae in Universitate Tyrnaviensi Doctor, primus illic Philosophiam e Newtoni principiis, tum Graecii Historiam, S. Theologiam morum et Jus Pontificium, ac rursus Tyrnaviae summa cum eruditione, soliditate et claritate Dogmaticam ultimo Societatis trecennio tradidit. Qua soluta ob praeclara merita a M. Theresia primum Examinator Clericorum ad Beneficia concurrentium, tum Canonicus Ecclesiae Cathedralis Vesprimiensis et Seminarii Clericorum Praeses, Abbas B. V. Mariae de Bocconio, ac demum a Francisco Imp. Praepositus major Vesprimiensis et Episcopus titularis Scopicusis nominatus est. Denique vir insignis aeque Philosophus ac Theologus, ut Scripta ejus testantur, omni virtute sacerdotali et religiosa, zelo animarum et in pauperes, quibus 10 millia florenorum legavit, liberalitate insignis, apoplexia ictus pie obiit Vesprimii 3. Jun. 1801. aet 72. parentante ei eleganti oratione Joanne Horvath dein Canonico Vesprim., Ludovico Zimanyi autem piarum scholarum memoriam ejus concinno carmine celebrante.

Edidit latine (praeter Laudationem funebrem C. Jo. Palffy Palatini 1751.) ita dictos Tractatus primarios theologicos:

De Gratia Christi Libri IV. Praemissae Dissertationes historicae de Pelagio, Semipelagianis, Luthero, Calvino, Mich. Bajo, Corn. Jansenio, Pasch. Quesnello et Congregationibus de Auxiliis Gratiae. Tyrnaviae typis Acad. 1769. 8.

De Religione revelata, ejus regulis et virtutibus praecipuis Partes II. cum Dissertatione de Autoritate Historiae Veteris et Novi Testamenti. Ibidem 1771.

De Deo et Divinis Ejus Attributis Libri III. cum Dissertatione praevia de communi naturae sensu. Ibid. 1772.

De Augustissimis Trinitatis et Incarnationis Mysteriis. Libri II. Ibid. 1772.

Reflexiones ad Disquisitionem de Jure coronandarum Reginarum Hungariae ab Episcopo Bärnkopf editam. Posonii et Pestini 1792. 8. Opus hoc Cl. Horanyi in Memoriis Novis summopere laudat aitque descriptum sua ipsius manu Cl. Georgio Pray misisse, qui typum ejus curavit.

(Horanyi. De Loco. Paintner.)

CSEFALVAI Paulus, Hungarus, Tyrnaviae 20. Jan. 1715. natus, et. aet. 16. Societati insertus audita in patria Philosophia et Theologia, Praefectus in Collegio Theresiano Viennae, Professor Repetentium Jaurini, Socius Magistri Novitiorum Trentschinii, aliisque muneribus functus pie obiit Jaurini 1760. aet. 45.

Est ejus latine:

De immaculato Virginis Conceptu Oratio. Tyrnaviae 1743. 4.

(Paintner.)

CSENY Franciscus, Transylvanus, Maros-Vásárhelini natus, adolescens Societatem adiit, et in Principatu patrio pluribus annis partim juventutem in latinae linguae fundamentis instituit, partim ad concionem hungaricam magno ardore eo usque dixit, dum morborum agmine oppressus vitam in natali solo poneret an. 1676. Coepit hungarica civitate donare Meditationes P.

Digitized by Google

Lud. de Ponte, absolutas a P. Jac. Wenner S. J.

(Horanyi.)

CSEKE Stephanus, Hungarus, in provincia Castri ferrei 30. Nov. 1628. natus, et aet. 20. in Societatem admissus, per plures annos diversis locis Rhetoricam, Philosophiam et Theologiam morum docuit, et in Aula Rakoczíana, ubi octennio omnibus charus degit, pie obiit 28. Mart. 1679. aet. 51.

Est ejus latine:

Corona Sopho-Basilica S. Stephani Proto-Regis Hungariae, et S. Stephani Proto-Martyris. Tyrnaviae 1662. 8. primum stilo lapidari, alterum carmine heroico.

Symbolum Philosophorum. Tyrn. 1663. 8.

(Pointner.)

CSELES Martinus, Hungarus in Valla rosea prope Tyrnaviam 28. Oct. 1641. natus, et aet. 16. Societati adlectus, 4 vota professus Philosophiae ac Theologiae Doctor, Philosophiam Tyrnaviae, Theologiam morum, Jus Pontificium, S. Scripturam ac Theologiam dogmaticam Graecii, Viennae ac Tyrnaviae tradidit. Tum per aliquot annos Romae Poenitentiarius Pontificius fuit, qua occasione Bibliotheca Vaticana usus, multa ex ea indultu Summi Pontificis exscripsit. Redux in patriam Collegio Jaurinensi, ubi simul Patres tertiae probationis instruxit, et Posoniensi praefuit, et Celsissimi Principis Georgii Széchényi Archiepiscopi Strigoniensis Confessarium et Theologum egit. In subsecutis turbis hungaricis tum a Tököli tum a Rakoczi excitatis vicaria Provinciae Austriacae Praesidis autoritate Socios in Regno hungarico gubernavit, et a factione Rákóczíana primo Ujvarini, dein Nitriae, ac denique in arce Munkátsiensi per annum detentus summas miserias invicto animo pertulit, ac demum pie obiit Patakini 14. Jan. 1709. aet. 68. ob insignem linguae patriae copiam et elegantiam Cicero hungaricus appellatus.

Scripsit latine:

Elucidatio historico-chronologica de Episcopatu Transylvaniae. Romae fol.

Descriptio Amplitudinis Episcopatus Sirmiensis.

Decennium Georgii Szechenyi Archiepiscopi Strigon. posthume editum Tyrnaviae 1725. 12.

Reliquit in Manuscripto Collectionem Historico-Ecclesiasticam ex Tabulario Vaticano depromtam et in XII Tomos distributam, ex qua P. Hevenesi Indicia Sanctitatis Hungaricae eruit — et Vitam Georgii Szecheny Archiepiscopi Strigon. sex Collegiorum S. J. fundatoris.

Misit etiam Roma Viennam Msc. Melchioris Inchoffer e S. J. celebris Annalium Ecclesiae Hungaricae Scriptoris ad horum continuationem.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Horanyi. Adelung. Feller. Pointner.)

CSEPELÉNY Franciscus, Hungarus, Jaurini 1676. natus et aet. 15. in Societatem admissus, 4 vota professus et utriusque facultatis pallio ornatus, ob eximiam virtutem absoluta vix Philosophia in Daciam missus est, ut hic sub vestitu alieno juventutem doceret; altiores vero litteras Cassoviae et Tyrnaviae tradidit. Tum Trentschinii septennio Collegii Rector et Novitiorum Magister; dein Posonii et Cassoviae Rector; demum pie obiit Budae 27. Maji 1737. aet. 61.

Edidit latine:

Septemviri ductae Tyrnaviam Coloniae Sapientiae, seu Grata eorum memoria, quorum stat beneficio Universitas Tyrnaviensis. Tyrnaviae 1711. 4.

Senae Senis Universitatis Tyrnaviensis Divis Indigetibus erectae Arae. Tyrnaviae 1712. 4. stilo lapidari et lyrico.

Discursus politici de variis Reipl. gubernandae modis. Tyrnaviae 1712. 12.

Ecclesia toto Terrarum Orbe de idololatria, haeresi, schismate, in ortu et progressu, a primis initiis ad nostra usque Tempora triumphans. Partes II. Tyrnaviae typ. Acad. 1717. 12.

Oratio funebris Illustrissimae Comiti Illyésházianae dicta. Tyrnaviae fol. hungarice.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Horanyi. Pointner.)

CSERNOVICS Franciscus, Hungarus, 1680. natus, et Quinque-ecclesiis in Societatem receptus, 4 vota professus et Philosophiae Doctor, eandem Claudiopoli et

Digitized by Google

Tyrnaviae docuit, ac Udvarhelyii Superior primum, tum Claudiopoli ac demum Cassoviae Rector pie obiit 4. Febr. 1736. aet. 56.

Edidit latine:

Magni Manes Transylvaniae Principum. Claudiopoli 1722. 12.

Columen Orbis Christiani Joannes Hunyady victoriis de Ottommanica potentia clarissimus, epico carmine celebratus. Tyrnaviae 1724. 12.

Propugnaculum Reipl. christianae, Religione conditum, Hungarorum virtute quinque saeculis defensum, nunc ethice adumbratum. Tyrnaviae 1724. 12.

Propugnaculum Reipl. christianae in Hungaria iniquis casibus proditum, et sibi virtutibus paternarum aemulis, glorioso heroum sanguine et Magnorum inprimis ex Austriaca Domo pietate redditum, restitutum et ethice adumbratum. Tyrnaviae 1725. 12. — Sunt tamen, qui utrumque opusculum Antonio Mindszenti tribuunt.

Ortus et progressus Almae Archiepiscopalis Soc. Jesu Universitatis Tyrnaviensis ab initio ejus ad annum 1660. Continuavit Tolvai. Partes II. Tyrnaviae 1725. et 28.

Epistolae Heroum et Heroidum Hungariae Cassoviae 1725. 8.

(Horanyi. Beskó. Bibl. Szechenyi. Teleki. Aponi. Paintner.)

CSERNIGAI Ignatius, Germanus, Clagenfurti in Carinthia 7. Julii 1721. natus, et aet. 16. in Societatem receptus, absolutis studiis 4 vota professus Poesim et Rhetoricam Viennae pluribus annis tum in Collegio Theresiano tum in Academico tradidit. Dein Polemicam Clagenfurti docuit, Graecii Decanus linguarum fuit, demum Millestadii Superior, sublato Ordine ibidem Parochus factus obiit.

Edidit:

Vindiciae prisci Saeculi. Carmen. Tyrnaviae typ. Acad. 1748. 8. latine.

Oratio funebris Benedicto Ord. Cisterc. Abbati Vietringensi in Carinthia dicta Clagenfurti 1763. fol. germanice.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Paintner.)

CSETE Stephanus, Hungarus, nobili genere Sellyae in Comitatu Nitriensi 25. Dec. 1648. natus, et aet. 19. Societatem ingressus, e primis Societatis Patribus in habitu Clerici saecularis Transylvaniam ingressus est, et sub nomine Stephani Vizkeleti 19 annis inter ipsa vitae pericula in animarum salute procuranda desudavit. E Dacia redux 8 annis in duobus Cathedralibus Ecclesiis Tyrnaviae et Jaurini admirabili populi frequentia alter Cicero hungaricus dictus, est concionatus et turbulentis illis temporibus Viceprovincialis munus per Hungariam decennio egit. Extremis annis Sopronii Convictum rexit, ac demum ibidem pie obiit 18. Martii 1718. aet. 70.

Edidit latine:

Duodecim Stephani Heroes Hungariae. Tyrnaviae 1681. 4. stilo lapidari.

Gratulatio de obtenta Palatini dignitate Princ. Paulo Eszterházy.

Litterae invitatoriae P. Sigismundi Wiszkeleti Archidiaconi, dum Academia S. J. Claudiopolitana, fundata a Rege Bathorio, Societati post quartum exilium in Transylvania tandem confirmata, an. 1698. restauraretur. Ibidem.

Reliquit in clauso scrinio Lucubrationes pias, 28 annorum laborem, scheda superposita unum rogans, ne post mortem ejus in manus cujusdam proselyti veniant. Continent universim Conciones 1611, quas P. Joannes Gyalogi S. J. in 35 Tomos ordinavit, e quibus cum Elogio Autoris edidit:

Panegyrici Sanctorum Patronorum Regni Hungariae Cassoviae 1754. fol. editi per P. Gyalogi S. J. hungarice.

Per Hungariam, et Transylvaniam habiti ad populum Sermones sacri. Opus Dominicale, ex posthumis Autoris lucubrationibus editi a Jo. Gyalogi S. J. Pars hyemalis et verna, addita tomo II. Autoris vita. Claudiopoli 1750. et 51. fol. latine.

Reliquae sunt in Msc. et quidem:

Volumen I. In Dominicas per Adventum et in Natalem Domini. Conciones 51.

II. In festa Circumcisionis et Epiphaniae. 53.

III. In sex Dominicas post Epipha-

Digitized by Google

niam, Septuagesimae, Sexagesimae et Quinquagesimae. 71.

IV. In Dominicas per Quadragesimam. 74.

V. In Dominicam et ferias Resurrectionis. 72.

VI. In Dominicas post Pascha. 49.

VII. In Pentecosten et ferias, et Dominicam SS. Trinitatis. 64.

VIII. In 13 Dominicas priores post Pentecosten. 75.

IX. A Dominica 14. ad 19. inclus. 63.

X. A Dominica 20 ad ultimam. 66.

XI. Festi Sermones de Sanctis. 86.

XII. Mariae Sacri. Tomus I. 47.

XIII. Tomus posterior. 46.

XIV. Funebres Transylvaniae. 57.

Hi sermones omnes in Transylvania ab a. 1681. ad 1708. dicti.

XV. Anni 1701. Tomus I. in Dominicas Adventus, Quadrag. Paschales cum aliquot panegyricis Sanctorum. 35.

XVI. Posterior in Ascensione, Theophoria et 24 Dominicis Pentecostes. 29.

XVII. Anni 1707. Dominicalis Cursus usque ad sextam post Pascha. 30.

XVIII. Dominicae reliquae hujus anni cum aliquot panegyricis. 30.

XIX. Anni 1707. Cursus prior domenicalis. 30.

XX. Anni 1707. Cursus posterior cum quibusdam festis. 34.

XXI. Tomus prior in festa Domini et B. M. V. 27.

XXII. Posterior in festa Sanctorum. 28.

Sermones, qui in his 8. Voll. continentur dicti Tyrnaviae.

XXIII. Anni 1702. in 9 Dominicas, 26 festa cum funebribus. 44.

XXIV. Anni 1703. in 12 Dominicas, 25 festa SS. et funebres. 42.

XXV. Anni 1704. in 13 Dominicas et 19 festa solemnia et 14 funebres. 46.

XXVI. Dominicae et Panegyres. 51.

Sermones, qui habentur in his 4 Voll. dicti Janrini.

XXVII. Judicia et Tribunalia Christi patientis per Quadragesimam. 17.

XXVIII. Christi judices suos judicantis et condemnantis Judicia per Quadragesimam. 18.

XXIX. Poenitens Christianus in Quadragesima propositus. 25.

XXX. Viaticum æternitatis sive Christianus ad mortem bene dispositus juxta artem bene moriendi. 22.

XXXI. Ars bene orandi, sive Oratio dominica explicata. 23 et 33.

XXXII. Salutatio Angelica et humana explicata autore Deo ab aeterno componente, Angelo in tempore perorante, Maria Virgine approbante, mancipiorum maximo peccatore scribente. 25.

XXXIII. Festi dies in Transylvania, Parasceves, Transfigurationis, Ascensionis et Theophoriae. 58.

XXXIV. In Transylvania in festa Sanctorum et SS. Crucis. 85.

XXXV. In Transylvania Panegyrici funebres illustrioribus exequiis habiti. 30.

(Horányi. Bibl. Szczhen. Pauinaer.)

CSIBA Stephanus, Hungarus, 28. Oct. 1673. nobili genere natus et aet. 19. Societati adjunctus, 4 vota professus, Philosophiae et Theologiae Doctor, illam Tyrnaviae, Theologiam morum et S. Scripturam Cassoviae exposuit, ibidemque pie obiit 9. Aug. 1719 aet. 46.

Extat ejus latine:

Tyrnavia nascens, sive Bela II. Rex Hungariae cognomento coecus, Tyrnaviae conditor, grata Camoena celebratus. Tyrnaviae 1706. 8.

Tyrnavia crescens, sive Quinque Hungariae Antistitum, de Urbe hac Academica literisque praecipue meritorum, gloriosa memoria, panegyrice celebrata. Ibid. 1707. 12. Sunt hi Petrus Pázmán Card. fundator Academiae, Georgius Lippai, Archiepiscop. Strigon. Collegii generalis junioris Cleri fundator, Georgius Szelepchényi, Seminarii B. V. M., Joannes Telegdi, Archiepiscop. Coloc. Convictus Nobilium, et Ferdinandus Pálfi, Ep. Agr. Scholarum Academicarum conditor.

Dissertatio historico-physica de admirandis Hungariae aquis. Tyrnaviae 1713. 12.

Digitized by Google

Dissertatio historico-physica de Montibus Hungariae. Tyrnaviae 1714. 12.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Hornyi. Bibl. Szechen. Paintner.)

CSIBA Michael, Hungarus nobilis, in insula Csallóköz 27. Sept. 1699 natus, aet. 19. Societati adscriptus et 4 vota professus, cum Concionatorem multis annis egisset, pluribus etiam domibus praefuisset, religiose obiit Szattmarini 1. Febr. 1754. aet. 55.

Edidit latine:

Exercitationes poeticae 1. de Clade Georgi Rákóczi junioris. 2. Strena Deo nato. Carmine epico. Claudiopoli typ. Acad. 1727. 12.

Allocutiones oratoriae. Ibid. 1728.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Hornyi. Paintner.)

CSUSSEN Georgius, Hungarus, Jaurini 15. Aug. 1727 natus, Societatem ingressus 1743. 4 vota professus, Posonii Concionator matutinus, dein in Collegio Theresiano Viennae Praefectus, tum Szakolzae Professor Graecae repetentium, praemature obiit Trenchinii 7. Apr. 1764. aet. 37.

Sunt ejus latine:

Dissertationes binae de Coloniis Romanorum in genere, et de Coloniis Romanorum in Pannonia. Tyrnaviae typ. Acad. 1753. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

CZOBANCKI Josephus, Hungarus, Papae oppido Vesprimiensis provinciae 14. Maji 1727. natus, et aet. 20. Societatem ingressus, auditis Tyrnaviae severioribus scientiis, per diversa loca concionatus. Residentiis pluribus praefuit, ac soluto Ordine Parochus primum in Dozmat, dein in Cellis parvis Marianis animarum curam agens obiit.

Est ejus hungarice:

Concio honori D. Stephani Hung. Regis, sumtibus Magistratus Alba-Regalis. Budae 1769. 4.

(Paintner.)

DALLER Leopoldus, natus 1635. et aet. 15. Societati insertus, ultra 20 annos fervidus Concionator, et Posonii praesertim ac Sopronii haereticorum insectator zelosissimus, a quibus et multa pertulit, pie obiit Neostadii 21. Oct. 1690. aet. 55.

Reliquit plures Tomos Concionum sedulo elaboratarum.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

DANETZI Georgius, Hungarus, Krompachini 22. Apr. 1655. natus, et Viennae 1673. a Collegio Pazmaniano in Societatem receptus absoluta et propugnata Tyrnaviae Philosophia, Viennae et Graecii Theologia, vir magnae spei, qui jam Posonii germanice et hungarice ad populum dixit, ibidem cum vix Rhetoricam docere coepisset, morbillis correptus pie obiit 25. Nov. 1685. aet. 30.

Edidit latine:

Magnus Indiae Patriarcha et Apostolus Xaverius, Ecclesiae Thaumaturgus. Tyrnaviae 1679. 8.

Sacra Corollariorum Trias, Superis, Supremo orbis Monarchae et Inferis devota. Tyrnaviae 1680. 12. Carmine lyrico et epigrammatico.

(Paintner.)

DANIEL Josephus, Germanus, Cremsii Rhetor 1724. in Societatem receptus, audita Tyrnaviae Philosophia et Theologia Graecii, 4 vota professus et Philosophiae Doctor Cassoviae Cursum philosophicum triennalem, Mathesim Claudiopoli, Viennae in Universitate ac domesticos, universim annis 10 docuit. Dein Cremsii Praefectus scholarum fuit, ubi usque ad abolitionem Ordinis haesit.

Digitized by Google

Edidit latine:

Principia critica Eusebii Amort cum Praefatione. Cassoviae 1746. 12.

(Wittmann.)

DANNHAUSER Franciscus Xaver. Germanus, Oeniponti in Tyroli 27. Julii 1699. natus, et aet. 17. in Societatem in Provincia Austriaca adoptatus, 4 vota professus et Philosophiae Doctor, eandem Graecii aliquot annis docuit. Tum Concionatorem Viennae et Lincii egit, et zelo suo nondum satisfaciens, petita nequidquam Missione Indica Schemnitzii in Hungaria primum Orator S. et Operarius, dein ad castra in Silesiam missus, omnia officii tam difficilis munia ex asse implevit, ac demum ab infirmo milite peste correptus pie obiit Nissae 9. Junii 1741. aet. 42.

Edidit:

Deipara Ducatus Styriae Consolatrix in propinquo colle Graecensi sub cura RR. PP. S. Pauli Eremitarum. Graecii 1735. 8.

(Gesta et Scrip. Prov. Austr.)

DARÓCZI Georgius, Hungarus, Baranyi 28. Apr. 1699. natus et aet. 17. in Societatem receptus, cum diversis in locis litteras tum humaniores, tum altiores docuisset, et ad populum e S. Cathedra dixisset, domos etiam quasdam rexisset, pie obiit Sopronii 10. Oct. 1756. aet. 57. ipsa die octava Ignatianae Ascescos.

Edidit latine:

Ludi Epigrammatici. Claudiopoli typ. Acad. 1725. 12. Augustae Vindel. 1738. 8.

Dacia septicollis. Claudiopoli 1735. 12.

Ortus ac progressus Collegii Soc. Jesu Claudiopolitani ab anno 1579. Claudiopoli 1736. 12.

Epitome chronologica Rerum Hungaricarum et Transylvanicarum e D. Stephano ad annum 1736. Claudiopoli 1737. fol.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Benkö. Bibl. Bölcv.)

DEBIEL Ludovicus, Germanus, Viennae Austriae 20. Sept. 1697. natus, aet. 20. Societatem ingressus, in eaque 4 vota professus, vir insignis eruditionis et Provinciae Austriacae decus, defensa eximia cum laude Philosophia et Theologia et utriusque Doctor creatus, linguam hebraeam primum Graecii tum Viennae, ibidemque Physicam et Metaphysicam, Theologiam polemicam et moralem, ac denique ab anno 1738. ad 1743. Dogmaticam docuit. Socius dein Provinciae Praesidis biennio, et a 1747. primus neoerecti a M. Theresia Augusta Collegii Nobilium Viennae Rector electus est, quo in munere difficultates summas non minori constantia ac prudentia superavit. Biennio post Rector Collegii Lincensis; an. 1752. Praefectus generalis studiorum Viennae, et ab anno 1760. ad obitum usque Cancellarius Universitatis Graecensis fuit. Ursit summopere studia, et a promovendis ad gradum theologicum singularia omnino specimina exegit, quemadmodum eos totum Testamentum Vetus in lingua hebraica, Novum in graeca, ut exponerentur, adegit. Vir demum erga se rigidus, in confessionibus infimae praesertim plebis excipiendis assiduus, pro Instituto suo neque propriae perfectionis studium neque alienae salutis curam a litterarum studiis unquam sejunxit et piissime obiit Graecii 2. Nov. 1771. aet. 74.

Edidit latine:

Metamorphosis Styriae. Carmen. Graecii 1722. 8. Viennae 1755. 8. et in Kleinii Analectis.

Benedicti Ariae Montani Biblia latina. Pars I. Viennae 1743. 8.

Testamentum Vetus hebraicum cum intercalari textu latino ad literam reddito. Tomi IV. Viennae Trattner 1743—47. 8.

Testamentum Novum graecum cum intercalari textu latino ad literam reddito. Viennae Kaliwoda 1740. 8.

Assertiones theologicae de Fide, Spe et Charitate. Viennae Kaliwoda 1740. 8.

— De Jure et Justitia. Viennae Heyinger 1741. 8.

— De Deo Uno et Trino. Viennae 1742. 8.

— De Incarnatione. Viennae 1742. 8.

— De Sacramentis in genere et in specie. Viennae Jahn 1743. et 44. 8.

In Msc. reliquit Specimen reformandi in Universitate Vindobon. Studii Juridici jussu Augusti.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Welch. De Bure. Paintner.)

DEHNIG (Dehn) Reinoldus Ruthenus, Regiomontanus a parentibus haereticis 1624. natus, Romae ab Athanasio Kir-

Digitized by Google

chero S. J. ad fidem Catholicam conversus, et absoluta Goritiae Philosophia Viennae in Societatem receptus, mox P. Simoni Wagnereckio in lustrandis veteribus Bibliothecae Caesareae Graecis autoribus adjutor datus est, cujus mortui lucubrationes prosecutus, typo dedit. Audita Theologia 4 vota professus vitam reliquam partim ordinandis instruendisque Bibliothecis, partim tradendo suis linguam graecam consumsit, et plurium linguarum latinae, teutonicae, flandricae, gallicae, italicae, hebraicae gnarus, in graeca autem ita versatus, ut a praestantissimis viris consuleretur, ob eruditionem sacram ab ipso Bollando in Actis Sanctorum laudatus, religiosae perfectionis exemplar pie obiit Graecii 8. Apr. 1670. aet. 46.

Edidit latine:

Syntagmatis historici, seu Veterum Graeciae monumentorum de 3 Sanctorum Anargyrorum Cosmae et Damiani nomine paribus Partes duae, potissimum ex Manuscriptis a Clarissimo viro Leone Allatio Roma transmissis, cum interpretatione latina R. P. Simonis Wagnereckii S. J. Ea, quae ab hujus obitu imperfecta remanserant, absolvit, notis illustravit, praefatione apologetica opus munivit. Viennae. Math. Cosmerovii 1660. 4.

Praeter Graecos Autores in latinum translatos paratum habuit Tomum selectissimarum Eruditionum, Romae pro typo approbatum, quem mors autoris luci subtraxit.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Prov. Paintner.)

DELL Christophorus, Clagenfurti in Carinthia 13. Maji 1630. natus, et aet. 20. in Societatem assumtus, 4 vota professus, Philosophiae et Theologiae Doctor, illam Graecii, hujus diversas partes ibidem tum Viennae et Clagenfurti tradidit. Ob summam praesertim in Jure Pontificio doctrinam Episcopus Seccoviensis Jo. Ernestus Comes de Thun eo Consiliario suo, ut et conscientiae arbitro usus est. D. Virginis Cultor praecipuus et Congregationum ejus fervidus Praeses, intercessione ejus a lethali morbo prodigioso quodam modo curatus est, ac demum pie obiit Graecii 27. Maji 1683. aet. 63.

Edidit latine:

Arx honoris super montem Sapientiae. Graecii 1659. 12.

Synopsis universae Philosophiae. Viennae 1671. 12.

Trivium Nobilitatis, in quo Jo. Wolfgangus L. B. a Frankenburg Austriacae Nobilitati in Ducem proponitur, cum primus ex Ephebeo Leopoldi Caes. universam Philosophiam in Universitate Vindobon. propugnaret. Viennae typ. Hacque 1671. 8.

Theatrum Gloriae, in quo Jason aurei velleris spolio illustris. Ibid. eod.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Paintner.)

DEMETER Franciscus Xaver. Hungarus, Neosolii 19. Jun. 1740. natus et aet. 15. Societatem ingressus, absoluta Philosophia Cassoviae, Tyrnaviae Theologia ultimo triennio Felsö-Banii Concionatorem germanicum egit, et soluto Ordine Tyrnaviae primum Montanisticam docuit, tum nationalium et trivialium scholarum per districtum Neosoliensem Inspector, ideoque mitratus Abbas de Triszkay creatus et Episcopo Neosoliensi Francisco Comiti Berthold a latere, ibidem obiit 1789. aet. 49.

Est ejus:

Oratio Panegyrica D. Joanni. Tyrnaviae 1768. 4. latine.

Specimen Artis montanisticae a Josepho L. B. de Seeberg ex ejus praelectionibus F. X. D. Posonii 1775. 8. germanice.

(Paintner.)

DENIS Michael, Germanus, Schardingae in Bavaria 27. Sept. 1729. natus, humanioribus ac philosophicis studiis Passavii excultus, in Provinciam Austriacam receptus est aet. 18. ejusque singulare ornamentum evasit. Tyrocinio Viennae posito humaniores litteras Graecii et Clagenfurti triennio docuit, et absoluta Graecii Theologia tertio probatus Judemburgi, anno uno Posonii ad populum dixit. Hinc Viennam ad Collegium Nobilium Theresianum evocatus in eo ad sublationem Ordinis usque et ultra ipsis 25 annis haesit, et 4 vota professus, amoeniores litteras ad annum

Digitized by Google

1773. incredibili solertia, tota fere publicae privataeque instructioni impensa, tradidit. A M. Theresia Augusta ob excellentem Ossiani versionem aliosque litterarios labores jam tunc annua 300 florenorum pensione donatus est. Post mortem docti viri Josephi Khellii inspectio celebris Bibliothecae Garellianae circedita est, in qua etiam nobili juventuti ad abolitionem usque hujus Collegii, quae anno 1784. contigit, lectiones ex Bibliographia et Historia litteraria dedit. Jam anno 1779. ab Imperatrice Consiliarius Caesareus nominatus, postea etiam alter Custos Bibliothecae Aulicae, an. 1791. primus, simulque Consiliarius actualis Aulicus a Josepho II. Augusto creatus est. Fuit unus e raris illis viris, qui magnos spiritus dotes cum virtute et pietate junxit. Admiranda praecipue in eo singularis memoria, pulchri certus sensus, et facilitas peculiaris in condendo omnis generis carmine seu latino seu germanico fuit. Horatium pene integrum memoria tenuit, et dubium quodvis de cujusdam syllabae latinae quantitate allegatione loci e Scriptore classico sustulit. Excellenti suae memoriae etiam magnam dexteritatem in addiscendis peregrinis linguis debuit: praeter germanicam enim et latinam etiam graecam, hebraicam, anglicam, gallicam et italicam penitus calluit. Traductio Ossiani et Odae ejus, ut et caetera Opera, quae cumprimis magnam ejus in Historia litteraria eruditionem testantur, immortalem ei nominis gloriam pariunt. Non admirandae minus in eo dotes animi quam ingenii fuere. Eminuit singularis comitas et suavitas, quae omnium ei tum amicorum tum discipulorum amorem conciliavit, quamque ipsi ejus domestici experti sunt. Sed ejus in amicos non minor teneritudo fuit, quam testari cumprimis P. Franciscus Xaver. Wittmann, inseparabilis ejus comes potuit; aeque affectus Societati fuit, in qua 26 annis vixit, cui vel in brevi suo Epitaphio eidem confecto testimonium tulit, multum se boni in ea didicisse et percepisse. Universim vero charitas ejus tam delicata fuit, ut vel memoriam infortunii non ferret, quin et animalculi patientis misereretur. His dotibus veram virtutem et pietatem junxit; in Societate eductus, hos a litterarum studio nunquam separare, vocationis suae officia summa semper cura ad amussim persolvit; nunquam ille aut Missam dicere, aut horas canonicas recitare intermisit; postremis vero annis probitatem suam editis etiam asceticis Operibus probavit. Ultimam denique infirmitatem, etsi plurium mensium, singulari patientia tulit, mortemque appropinquantem, 88. Sacramentis maxima cum aedificatione perceptis, heroica fortitudine excepit 29. Septembris 8. Patrono suo sacra an. 1800. aet. 71. Tanta vero ejus aestimatio, vel dum viveret, etiam apud exteros fuit, ut nullus peregrinantium praesertim ex orbe litterato, Vienna discederet insalutato Denisio.

Opera ejus juxta Catalogum chronologicum, quem ipse contexuit; et a quo fas non est recedere, haec partim latina partim germanica sunt:

Poemata Ossiani. Tomi III. Viennae Trattner 1768. et 69. 8. germanice.

Carmina Sined Bardi (nomen ejus anagrammaticum). Viennae 1772. 8. germ.

Fructus juventutis Collegii Theresiani (labores discipulorum ejus prosa et versu). Tomus I. et III. Viennae Kurzbeck 1771. et 73. 8. germ.

Specificatio systematica Papillionum circum Viennam repertorum (junctim cum P. Schiffermiller). Viennae Bernardi 1776. 4. germ.

Introductio ad Cognitionem Librorum. Pars I. Bibliographia. Pars II. Historia Litteraria. Viennae Trattner 1778. 4. Aucta adnotationibus Bingii. Tomi II. 1782. 4. germ. — Extracta gallice in Esprit des Journaux 1779. et 80.

Memoratu digna Bibliothecae publicae Garellianae. Partes II. Viennae Bernardi 1780. 4. Praemittitur Catalogus omnium Scriptorum in Collegio Theresiano editorum. germ.

Historia Typographiae Viennensis usque ad annum 1560. Partes II. Viennae Wappler 1782. 4. germ.

Relatio Controversiarum de antiquis Documentis. Manhemii, Francofurti et Lipsiae 1783. 8. germ.

Poemata Ossiani et Sinedi. Editio II. multum aucta. Tomi V. Viennae Wappler. 1784. 8. germ. — Acc. Additamentum

Digitized by Google

editum a Jos. de Retzer. Viennae 1784. 8. germ. et latine.

Supplementum Annalium Typographicorum Michaelis Maillaire. Partes II. Viennae Kurzbeck 1789. 4. additis 6311 libris cum pluribus Indicibus.

S. Augustini Sermones inediti admixtis quibusdam dubiis e membranis Saec. XII. Bibl. Caes. Vindob. summa fide descripsit, illustravit, indicibus instruxit. Viennae Trattner 1792. fol. lat.

Poemata Ossiani et Sinedi. Editio III. ultima splendida cum Effigie Autoris. Tomi VI. Viennae Alberti 1792. 4. germ.

Supplementum ad Historiam Typographorum Viennensium. Viennae Trattner 1793. 4. germ.

Codices Manuscripti Theologici latini, aliarumque Occidentis Linguarum Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Volumen I. Partes III. Viennae Trattner 1793, 94. 95. fol. Volum. II. Pars I. ib. id. 1799. fol.

Historia Vitae Jo. Henrici de Kerens Episcopi San-Hyppolitani. Jenae 1793. 8. germ.

Carmina quaedam. Viennae Alberti 1793. 4. lat.

Suffragium pro Joanne de Spira, primo Venetiarum typographo. Viennae Trattner 1794. 8. lat.

Rememorationes. Opus Aestheticum. Viennae Trattner 1794. 8. germ.

Introductio ad Cognitionem Librorum. Editio correcta et aucta ab ipsomet Autore. Partes II. Viennae Trattner 1795. et 96. 4. germ.

Monumenta Doctrinae Christianae Fidei et Morum. Partes III. Viennae Rötzel 1795. 8. germ. Continent e quovis XVIII Saeculorum Opus quoddam insigne insignis cujusdam Scriptoris e latino versum. S. Thomae Aquinatis Expositio Symboli Apostolici seorsim Lucernae 1801. 8.

Juvenalis de vera Nobilitate cum necessariis elucidationibus. Comiti de Saurau dicatus. Viennae Alberti Vidua 1796. 4. Traductio germanica.

Considerationes pro Christianis salutis suae studiosis. Viennae Grosser 1796. 12. germ.

Protrepticon inclytae Nationi Hungaricae. Viennae Alberti 1796. 4. lat. — germanice per Fr. Saulenfeld. Viennae 1796. 4.

Delineatio Monumenti in honorem Archiducis Caroli cum inscriptione latina. Viennae Alberti 1796. 4.

Fructus lectionis. Partes II. Viennae Rötzel 1797. 8. germ.

Occupationes cum Deo, collectae jam Saeculo XII. Viennae Rötzel 1799. 8. e latino germanice redditae.

Extractio ex Psalmis Davidicis pro indigentia temporis. Viennae Rötzel 1799. 8. germ.

Praeter haec ab ipsomet ordine hoc chronologico recensita seu latina seu germanica Opera sunt adhuc ejus latine:

Poema Pio VI. P. M. Viennae Peregrino oblatum 1782. lat. et italice.

Pius VI. Josephi II. Hospes. Viennae 1782. 8. lat. et. ital.

Adami Francisci Kollarii ad Petri Lambecii Commentariorum de Bibliotheca Caesarea Vindobonensi Libros VIII. Supplementorum Liber I posthumus. Edidit, praefatus est, Indicem addidit et recensionem quorundam a Kollario praemissorum graecorum Manuscriptorum. Viennae 1790.

Prodromus ad Bibliothecam Hungaricam Francisci Comitis Szechenyi. 1799. 4.

Mantua, carmine elegiaco. 1799. 4.

Fatum Jesuitarum. Posonii 1799. 4. Carmen.

Pro usu Bibliothecae confecit Indicem Librorum Rabbinicorum in ea contentorum hebraice cum interpretatione latina 1786.

Germanice:

Imagines poeticae plerorumque eventuum bellicorum ab anno 1756. in Europa. stilo ligato. Viennae Kurzbeck 1760. 8. De his ipse ait Bibl. Garell. T. I. pag. 20: Specimen, cujus editionem benevoli mihi amici persuasere. — Additamentum ib. 1761. — Reimpressae Augustae Vindob. Wagner 1768. 8. inscio Autore.

Opus insigne Providentiae in Connubio Josephi Principis haered. Austriae et Elisabethae Parmensis. Carmen. Viennae Kurzbeck 1760. 4.

Collectio Poematum breviorum ex recentioribus Germanicae Poetis in usum ju-

Digitized by Google

ventutis. Viennae Kurzbeck 1762. 8. ib. 1772 et 76. 8. — Reimpressa et aucta Parte II. et. III. Aug. Vind. 1766. 8.

Epistola poetica ad D. Klopstock. Viennae 1764. 8.

Adumbratio Bibliographiae pro Tentamine publico in Coll. Theres. Viennae 1774. 8.

Adumbratio Historiae litterariae similiter. Viennae 1776. 8.

Hymni Ecclesiastici, in Ecclesiis sub Divino Officio recitari soliti, ad meliorem stilum redacti, aut penitus novi. Viennae 1779. 83.

Calpe (Gibraltar) ab 11. ad 18 diem octobris. Carmen Bardicum. Editum ab herula hungarica. Viennae 1782. 8. — anglice a Will. Samson.

Carmina funebria veterum Poetarum pastoralium translata et dicata Bornio. In Magazin litterar. Gemingenii. Viennae 1785,

Rara mutatio Psittaci albi. In laboribus physicis concordium amicorum. Viennae Tomo I.

Germanorum amor erga Rhythmos in Hofstaetteri Magazin, Anno II. fasciculo 11. Dissertatio. s. n.

Plura Carmina et Prosae in Patriota Austriaco 1764, 65, 66. In Calendario Musarum Viennae et Lipsiae. In Antologia Germanorum. In Relationibus litterariis Trattnerianis.

Plura etiam Carmina seorsim edita: ut Festum Bardorum in die Theresiae; Josephi Itinera etc. quae dein inter Sinedi carmina relata sunt.

Italica in Bertola Idea elegantiorum litterarum etc.

Pars etiam ejus in Scriptura hebdomadaria mundi.

Opera posthuma sunt:

Aeones decantatae ultimis horis Saeculi XVIII. germanice. Ultimum ejus Carmen ab infirmo jam factum, nihilominus summam aetatis virilis energiam spirans. Editum ab Haska. Viennae Ant. Pichler. 1801. 8.

Dissertatio historico-critica de Thoma Kempensi vero autore libri de Imitatione Christi per Jos. Desbillons S. J. e latino germanice reddita.

Reliquiae posthumae litterariae. Editae a D. de Retzer. Partes II. Viennae Pichler 1801. 4. Continentur autem:

Parte I. Commentarii de ejus Vita. Liber 1. et. 2. ad annum vitae trigesimum, cum quibusdam ad ejus vitam pertinentibus. Dolendum, quod laborem hunc in infirmitate sua primum coeperit, tum ob elegantiam latini sermonis, tum quod brevem historiam litteratorum omnium tum a Societate, tum aliorum, quos novit plurimos, continuisset. — Germanice per alium sub titulo: Historia juventutis etc. Vitoduri 1802. 8.

Juvenalis Satyra de Nobilitate.

Oracula Germanorum seu Judicia de Versione Ossiani. germ.

Minutiae diversae poeticae. lat. et germ.

Brevis relatio certaminum de antiquis Monumentis.

Parte II. Plures Inscriptiones et Dedicationes. lat. et germ.

Carmina lyrica, elegiaca et epigrammatica. lat. et. germ.

Epistolae clarorum Virorum ad Denisium. Praeterea ipso dirigente a discipulis ejus edita sunt germanice:

Dies aestiva in quatuor Considerationibus poeticis ab Aloysio Comite Christiani. Viennae Trattner 1763. 8.

Consilia Amicitiae ex gallico traducta a Josepho Nobili de Gall. Viennae Kurzbeck 1767. 8.

Oda in Adventum Magni Hetruriae Ducis cum Conjuge sua, a Philippo Comite a Kolowrat. Viennae Trattner 1770. 8.

Opera ipsius praeter jam assignata ab aliis versa sunt:

Oda in Mortem M. Theresiae italice reddita ab Aurelio de Georgi Bertola inter Compositiones in mortem Augustae e germanico in italicum traductas. Neapoli 1781. 4.

Festum Bardorum die Theresiae, italico carmine redditum ab Abbate Ant. Feri Florentino. Servatur in Msc. in Bibl. C. R. Vindobon. T. II. Recens. Schwandtner. n. 1238.

Mortem Denisii cecinere Laur. Haska et Ant. Grueber. germ.

Digitized by Google

Elogia ejus in De Luca Austria erudita. In Fabricii Epistolis in itinere per Germaniam. Per alterum in universali Indice litterario, et in Memorabilibus ex Vitis distinctorum Germanorum.

Effigies ejus ante Tomum 13. Bibl. Univ. Germ. et ante Musarum Calendarium Lipsiae 1778. Viennae autem per Mansfeld, Adam et Kohl excusa, et Poematibus Ossiani et Sinedi praefixa est.

(Diarium Augustanum 1801. Meusel Lexic. Gött. Gel. Anz. Brun. et Bauder. Szrebeny. Paintner.)

DERKAI Georgius, Hungarus, Séllyae 24. April. 1608. natus et aet. 20. Societati insertus, aetatem fere omnem in arduis Missionum Dacicarum et Turcicarum laboribus consumsit, et Sociis in Transylvania annis fere 25 praefuit. Superior dein quarundam Residentiarum in Hungaria, et Rector Collegii Unguariensis, Tyrnaviae pie obiit 23. Sept. 1678. aet. 70.

Reddidit hungarice:

Via vitae aeternae: Declina a malo et fac bonum; Antonii Sucquet S. J. Tyrnaviae 1678. 4. cum figuris.

(Paintner.)

DESÖFFI Joannes Chrysost. Hungarus, claro de Cserneck genere ortus, et 1730. Societatem ingressus, altioribus absolutis studiis, et humanioribus aliquot annis traditis, Ordine rursus deserto 1754. Ecclesiastes, Abbas S. Mariae in Scepusio et Canonicus ibidem factus est. Dum in Ordine esset edidit latine:

Justa Funebria Excell. D. Stephani Desöffi. Cassoviae. fol.

(Paintner.)

DESPOTOVICH Joannes, Croata Csakatornae in insula Muraköz 18. Nov. 1638. natus, et aet. 18. Societati adnumeratus. 4 vota professus et Philosophiae ac Theologiae Doctor, Rhetoricam primum in tribus Provinciae Austriacae Universitatibus Graecii, Viennae ac Tyrnaviae, tum Viennae Philosophiam, Graecii Theologiam moralem anno uno ac duobus Scholasticam, eandemque altero biennio Tyrnaviae docuit. An. 1683. ob turbas exortas ex Hungaria emigrare coactus in Italia, Bohemia, Bavaria aliquamdiu moratus est, ubi Monachii D. Thomam explicuit. Rexit dein Collegium Zagrabiense annis septem, Tyrnaviense tribus ac Graecense in annum quartum; cumque Patres tertiae Probationis per aliquot tempus instruxisset, a Provincia Procurator Romam est missus. Redux Provinciae Praesidis Socius, tum Praeses ipse cum lustraret Provinciam, Clagenfurti pie obiit 4. Jan. 1711. aet. 73.

Edidit latine:

Apparatus emblematicus Sacrae celebritatis, qua D. Francisco Borgiae S. J. Praeposito Gen. III. a Clemente X. Sanctorum honoribus decorato Collegium S. J. Viennae applausit 1671. 4.

Quinque nova Ecclesiae sidera, de flumine magno exorta, sive quinque Beatorum Francisci Borgiae, Lud. Bertrandi, Phil. Benitii, Cajetani Thienaei et Rosae Peruanae, a Clemente X. in SS. catalogum nuper adscriptorum Elogia. Viennae 1671. 8.

Septem Martyres Theologiae Graecensis Heroes, elogiis et odis celebrati. Graecii 1673. 8.

C. coronaria et grandis litera, quam Collegium Graec. S. J. feliciter implevit in Augusto nomine Seren. Fundatoris Caroli, in debitam ejus memoriam centum lapidibus per totidem inscriptiones et elogia inscripta. Graecii 1673. 8.

Honoris torques aureus praemium Sapientiae. Viennae 1677. 8. prosa et carmine.

Hecatombe votiva Magni Viennensium Flaminis inaugurationi erecta, seu Lusus anagrammatici Centuria, Cels. ac Rev. S. R. J. Principi Com. de Trautson ad ejusdem solemnem inaugurationem. Viennae 1686. fol. nomine Collegii.

Saeculum Graecense cum versu saeculari chronistico.

Chronographica pro singulis anni diebus. Tyrnaviae 4.

Duodena Duodenarum Ibd. 8.

(Propyl. Bibl. Univ. Graec. Gesta et Scripta Prov. Austr. Paintner).

DESPOTOVICH Ladislaus, Croata Bosakovinensis, nobili pervetustaque domo natus 6. Jan. 1654, Philosophus in Societatem receptus aet. 20. defensa Graecii

Digitized by Google

Theologia, Philosophiam docuit Zagrabiae quinquennio, concionatus est sexennio, et Zagrabiae Seminarii Regens pie obiit 24. Nov. 1705 aet. 51.

Cujus latine:

Panegyris pro funere Comitis Emerici Erdödy, Tavernicorum Reg. per Hungariam Magistri dicta 1690. Tyrnaviae 4.

(Bibl. Szechen. Paintner.)

DÉVAI Joannes, Hungarus, Gyöngyösini 1. Febr. 1662. natus et aet. 18. Societati adscriptus, audita ob tumultus Turcicos Philosophia Pragae, Theologiam Tyrnaviae summa sui commendatione excepit propugnavitque, et Philosophiam Cassoviae docuit; an. 1699. restituta post saeculum Societate in Transylvania, quo jam prius ut tutius lateret in veste ecclesiastica concessit, primus rursus Philosophiam docuit, ac fractis mox viribus Tyrnaviae pie obiit 10. Nov. 1701. aet. 39.

Edidit latine:

Heroa Fama Serenissimi invictissimi Ducis Lotharingiae. Tyrnaviae 1688. 8. Carmine epico et lyrico.

Trias Virorum Illustrium de Collegio Acad. S. J. Tyrnav. bene meritorum. (Rudolphi II. Imp., Pazmani Card. et Nic. Eszterhazy) Tyrnaviae 1688. 8. stilo historico et carmine lyrico.

(Paintner.)

DIERNINGER Franciscus, Germanus, Waydhofii in Austria natus, et aet. 14. Lincii in Societatem admissus, absolutis studiis Ecclesiasten strenuum per omnem vitam Viennae Graecii, Passavii, Cremsii et in pluribus Hungariae locis egit, ac demum Leobii pie obiit 28. Sept. 1771.

Est ejus germanice:

Oratio panegyrico-eucharistica in nativitate Josephi AA. Principis haereditarii Sopronii in Ecclesia parochiali habita. Ibd. 1741. 4.

(Paintner.)

DIETRICHSTEIN Franciscus, Germanus, Viennae Austriae e Principum hujus nominis familia 22. Maji 1643. natus, pluribus jam Imperii Canonicatibus Passaviensi, Olomucensi et Ratisbonensi ornatus, et ad summas dignitates Ecclesiae designatus, audita Romae Philosophia et Theologia, ibidemque Sacerdotio initiatus spretis omnibus in Societatem se condidit Romae 2. Jul. 1666, et posito Romae ad S. Andreae tyrocinio in Provinciam Austriacam missus est, ubi 4 vota professus, et utriusque facultatis purpura donatus, cum utramque scientiam Viennae docuisset, Collegii Lincensis et Passaviensis Rector, tandem profundae humilitatis, paupertatis et mortificationis exemplar, Viennae in Domo professa suorum in spiritu praefectus, postremo anno coecus et surdus, piissime obiit 22. Febr. 1721. aet. 78.

Edidit latine:

Epinicion Imperatori Rudolpho I. Viennae 1676. Recusum ibid. Trattner 1755. 8.

Quinque rarae fortitudinis exempla carmine epico descripta. Viennae Cosmerovii 1676. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Paintner.)

DIETRICHSTEIN Fridericus, Hungarus, Posonii illustrissimis parentibus progenitus 18. Apr. 1634. et in Societatem receptus Viennae aet. 16. excultus severioribus disciplinis Concionator primum Viennae ad S. Annae et Jaurini, tum 9 annis Capellanus castrensis, dein Leobiensis Seminarii pluribus annis Regens, demum Praefectus spiritus Budae obiit 12. Jul. 1707. aet. 67.

Est ejus:

Ascesis Ignatiana cum variis precationibus. Reliquit in Msc. Tomos V. Concionum in Dominicas et Festa totius anni.

(Paintner.)

DILLHERR Adamus, Germanus, Viennae Austriae 24. Dec. 1631. natus, et aet. 17. Societati aggregatus, 4 vota professus, et utriusque facultatis laurea ornatus, in utraque Viennae et Graecii annis 17 docuit. Tum Lincii ac Clagenfurti Rector, et Convictus Viennensis Regens, demum acerbis pedum doloribus diu afflictus virtutum omnium religiosarum exemplar piissime obiit Lincii 20. Jan. 1699. aet. 68.

Redegit in Compendium Francisci Suarii S. J. Tractatum de Religione.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

Digitized by Google

DILLHERR Carolus, Germanus, Viennae Austriae 31. Dec. 1710. abillustribus parentibus natus, et aet. 19. Societatem ingressus, 4 vota professus et utriusque facultatis Doctor, Philosophiam omnem Graecii et Viennae septennio, Casus, Controversias et Canones Passavii, Viennae ac Graecii quadriennio docuit, et sexennio scholis altioribus Labaci praefuit. Rexit dein Seminarium Ferdinandeum Graecii, Collegium Labacense, Clagenfurtense, rursus Labacense ac Cremsense; at sublato Ordine pie obiit in Stein 2. Dec. 1778. aet. 68.

Extant ejus latine:

Dialogi physici de Corporum principiis, eorumque qualitatibus in genere. Viennae Kaliwoda 1748. 8.

De Universi Systemate, Corporum gravitate, fontium origine et planeticolis. Viennae idem 1749. 12.

Germanice:

Dialogi Tres jucundi et perutiles, inter militem et mercatorem fratres. Labaci G. Heptner 1763. 8. sine nomine.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Bibl. Carniol.)

DINARICH Stephanus, Illyrus, Flumine 21. Dec. 1668. natus, et aet. 23. Viennae Austriae in Societatem receptus, absolutis studiis Philosophiam et Theologiam Viennae ac Graecii docuit. Socius dein Provinciae Praesidis, his ipse Praeses fuit et Laureti 1704. Poenitentiarium egit. Ex Italia redux Eleonorae Augustae Leopoldi I. Viduae et Josephi I. ac Caroli VI. Matri, tum etiam Elisabethae Caroli VI. Conjugi a Confessionibus fuit, ac demum Viennae in domo professa pie obiit 19. Sept. 1734. aet. 66.

Dedit typis:

Vita et Virtutes piissimae Imperatricis Eleonorae Magdalenae Theresiae Palatino-Neoburgicae Ducis. 1720. 8.

(Paintner.)

DINHOFFER Gregorius, Hungarus, Kismártonii 4. Martii 1643. natus, in Societatem cooptatus aet. 18. 4 professus vota et Philosophiae Doctor, Poesim Graecii anno uno, et Controversias biennio, tum Viennae Dialecticam, Tyrnaviae Ethicam, Clagenfurti Philosophiam, Lincii Canones docuit, in Jure Pontificio adeo versatus, ut a summis saepe viris consularetur. Rexit dein Collegium Styrense, ac demum meritorum plenus ad vitam meliorem transiit Lincii 24. Martii 1699. aet. 56.

Edidit latine:

Gradus philosophici sanctioris Philosophiae ab admirando graduum cultore S. Alexio exhibiti, seu Acta S. Alexii per elogia et odas expressa. Graecii Widm. 1674. 12.

Inquisitio Criminalis ex Libro V. Decretalium T. I. de Accusationibus, Inquisitionibus et Denuntiationibus. Lincii Casp. Freyschmid 1695. 8.

(Propyl. Bibl. Univ. Graec. Gesta et Scripta Prov. Austr.)

DIRNER Tobias, Hungarus genere, Iglaviae in Moravia 1676. natus, et aet. 18. Societati adnumeratus, Theologiam Tyrnaviae coeptam, a popularibus patria exulare jussus, Viennae in Collegio Pázmániano terminavit. Redux Philosophiam Claudiopoli tradidit; tum Residentiae Udvarhelyni Superior, dein Poenitentiarius ad S. Petri Romae quinquennio fuit; redux Budae Theologiam de moribus explanavit, Convictui nobilium et Seminario praefuit, et Agriae demum Superior pie obiit 22. Dec. 1730. aet. 54. Est ejus latine:

Secundior Sapientia illustribus tum sacrarum tum politicarum virtutum exemplis illustrata. Claudiopoli 1714. 8.

(Paintner.)

DISTELBERGER Josephus, ad S. Floriani in Archiducatu Austriae 17. Junii 1708. natus, aet. 21. in Societatem cooptatus, et 4 vota professus, concionatus primum annis aliquot, tum altiores scientias diversis in locis praelegit, dein pluribus in Collegiis Minister, ac demum Praefectus spiritus Passavii, post sublationem Ordinis obiit.

Est ejus germanice:

Sermo sacer ad ingressum in Parthenonem S. Ursulae Viennae et susceptionem S. vestis nobilis herulae Codmontanae. Viennae 1743. 4.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

Digitized by Google

DOBNER Stephanus, Transylvanus, Devensis e provincia Hunyadiensi 24. Dec. 1594. natus, et aet. 15. Societati adscriptus, 4 vota professus, et utriusque facultatis Doctor, Romae quadriennio nationis suae poenitentiarius, redux Viennae Moralem, Tyrnaviae S. Paginas exposuit; tum Viennae Collegii Pazmaniani, dein Cassoviensis Rector, in hoc munere pie obiit 15. Mart. 1746. aet. 50.

Edidit latine:

Grati animi officium Stephano Bathorio Serenissimo Poloniae Regi et Carolo VI. Aug. Roman. Imperatori, Transylvaniae Principibus, et Maecenatibus, fautoribus depensum a Rhetorica Claudiopolitana, dum sc. Academia S. J. Claudiopolitana XXV., a quo instaurata est, i. e. Jubilaeum annum ageret. Claudiopoli typ. Acad. 1725. 12. Orationes duae.

Synopsis Juris Civilis definitionibus, distinctionibus et quaestionibus plurimis enucleans omnes titulos Institutionum Imperialium. Cassoviae typ. Acad. 1727. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Bibl. Szechen.)

DOBRA Ladislaus, Transylvanus 14. Oct. 1720. natus, et aet. 17. Societatem ingressus, audita Tyrnaviae Philosophia ac Theologia utramque diversis in locis docuit, ut et in pluribus Hungariae locis hungarice et valachice est concionatus. Demum Claudiopoli, ubi Dogmaticam ab an. 1762. tradidit, Praefectus spiritus fuit.

Edidit latine:

Oliva pacis e Diva Hungariae Patrona hereditariarum Domus Austriacae provinciarum votis praetexta. Claudiopoli 1746. 8. Carmine elegiaco.

In idola orbis terrarum Actio. Ibid. 1747. 12.

Oratio Ludovico de Batthyan Palatino Hungariae oblata ab Acad. S. J. Collegio Tyrn. gratulatoria. Tyrnaviae 1751. fol.

(Paintner.)

DOBRIZHOFER Martinus, Germanus, Fribergae in Bohemia 7. Sept. 1717. natus, et aet. 17. Viennae in provinciam Austriacam receptus, audita ibidem Philosophia post ferventes preces 1748. adhuc Theologiae Graecii studens, in Americam missus est, ubi, absoluta Cordubae in Tucumania Theologia, 4 vota professus, apud Abipones in Paraguaria 18 annis fervidum Missionarium egit. Redux 1767. post 2 annorum iter in Europam Viennae in domo professa impigrum Operarium se praestitit, Concionator simul in Sacello S. Theresiae et Congregationis tyronum opificum praeses. Quo tempore etiam Historiam Abiponum scripsit, quae, quod ab oculato teste viroque magni judicii et summae fidei concepta, merito opus classicum habetur, in qua etiam fabellam de Nicolao Rege insigniter refellit. Ob suavitatem sermonis, qua de rebus suis narrare consuevit, ab ipsa M. Theresia Augusta saepius est vocatus, qui ei, quae in terris illis egisset, vidisset, comperisset, enarraret. Denique vir apprime religiosus, simulque jovialis et in pangendo extemporaneo etiam carmine admodum versatus, Viennae in Nosocomio Fratrum Misericordiae pie obiit 17. Jul. 1791. aet. 74.

Est ejus latine:

Historia de Abiponibus, natione equestri et bellicosa Paraguariae, locupletata copiosis barbararum gentium, urbium, fluminum, ferarum, amphibiorum, insectorum, serpentium, arborum, plantarum, aliarumque ejus provinciarum observationibus. Tomi III. Viennae Kurzbeck 1783. 8. cum mappa geographica et 10 figuris. — e latino germanice reddita per A. Kreil, Professorem Univ. Pestin. 1784. 8.

Epistola latina, qua varias circa linguam Guaraniam et Abiponensem notitias impertit. (In Murr Journal T. IX. p. 98.)

Reliquit in Msc.:

Conciones germ. ab a. 1772 ad 79.

Conciones aliquot lingua Abiponica.

Praecepta linguae Abiponicae et Glossarium ejusdem.

(Paintner.)

DOBRONOKI Georgius, Hungarus, Alsó-Lendvae in Comitatu Szaladiensi nobili loco 1558. natus, 1610. Societatem ingressus 4 vota professus et utriusque facultatis laurea insignis, Philosophiam ac Theologiam aliquot annis docuit. Tum Rector Collegii Zagrabiensis, Tyrnaviensis, Jaurinensis, Soproniensis, ubique consilio, prudentia

Digitized by Google

et rebus gestis difficillimis licet temporibus se ita exhibuit, ut principibus duobus per Hungariam viris Pazmano Primati et Esterhazio Proregi summopere probaretur, quorum hic eum semper sibi adesse voluit, ille Successorem sibi exoptavit. Quod tamen munus ille ita exhorruit, ut vitam ante quam constantiam in vocatione sua amissurus videretur. Demum laboribus attritus et paralysi constrictus piissime obiit Tyrnaviae 21. Maji 1649. aet. 61.

Extant ejus praeter alia:

Phrases latino-hungaricae. Tyrnaviae typ. Acad. 1607. Reimpressae ibidem et Cassoviae.

In Msc. reliquit:

Historia de Ingressu S. J. in Austriam et Hungariam.

Historia S. J. Hungariae et Transylvaniae inter Msc. Hevenesi; utroque multum usus P. Socher.

Historia Collegii Soproniensis.

Conscriptio Sacerdotiorum XXV. i. e. Beneficiorum a Civibus Sopron. erectorum, e quibus hodierna Ecclesia Collegiata conflata.

Actuum Academicorum Collegii S. J. Tyrn. Tomus XVII. an. 1630. inchoatus.

Elogium breve Petri Pazmani etc.

(Gesta et Scripta Prov. Aust. Horanyi. Adelung. Paintner.)

DOELLER Georgius, Germanus, Afflentiae in Styria 30. Jul. 1726. natus, aet. 17. Graecii in Societatem receptus, et 4 vota professus, ab anno 1759. non interrupta serie Passavii, Clagenfurti, Viennae ad S. Laurentii, Cremsii, Sopronii ad populum dixit, et ibidem abolito adhuc Ordine Concionator Dominicalis et Operarius indefessus, ad annum usque 1791. quo ibidem pie decessit, aet 65.

Edidit germanice:

Panegyris S. Joanni Nepomuc. Viennae 1768. 4.

Concio funebris Rev. Dno. Georgio Primes Abb. et Parocho Sopron. dicta et impressa ib. 1777. 5.

(Bibl. Sueehen. Paintner.)

DOLAR Nicolaus, Germanus Carniolus praestans Compositor musicus edidit: Musicalia varia. Viennae 1665. fol.

(Bibl. Carniol.

DOLENZ Carolus, Germanus, Graecii in Styria 14. Oct. 1703. natus, et aet. 17. Societatem ingressus, 4 vota professus, Philosophiae et Theologiae Doctor, Poesim et Rhetoricam Viennae in Universitate docuit; ibidem ac Graecii Cursum philosophicum bis sexennio absolvit; tum Graecii Casus et Canones, Tyrnaviae S. Scripturam, Cassoviae Dogmaticam explicuit; ac Budae Praefectus altiorum scholarum et Congregationis Marianae Praeses pie obiit 12. Oct. 1751. aet. 48.

Edidit latine:

Hispaniae veteris Geographia, carmine didactico exposita. Viennae Voigtin 1737. 8.

Exercitationes Rhetoricae a Viennensi Rhetorica in Theatro exhibitae. Viennae Heyinger 1738. 8.

De Immortalitate animorum Dialogi autore Jo. Dominico Pulignа S. J. latine redditi. Viennae 1740. 8.

Scriptores Universitatis Viennensis ordine chronologico propositi. Saeculum II. Pars prior a 1465. ad 1641. Viennae 1741. 8.

Dialogi physici de Plantis ex opere gallico P. Nat. Regnault excerpti et in latinum traducti. Graeciii 1743. 12.

Dialogi physici de structura corporis humani ex opere gallico Natalis Regnault S. J. excerpti et in latinum traducti. Graecii Widm. 1744. 8. Viennae 1749. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Bibl. Carniol.)

DOLFIN Franciscus, Germanus, Viennae Austriae 24. Aug. 1697. natus, et aet. 18. in Societatem ingressus, 4 vota professus et Philosophiae Doctor triennio in Universitate Viennensi docuit, simulque Catechistam Ecclesiae egit. Tum per 18 annos Missionarius vagus per diversas dioeceses, ac celeberrimi P. Ignatii Querk primum Socius, dein solus in Archidioecesi Viennensi tanto zelo laboravit, ut seu concionando seu alia munia apostolica obeundo fructum plurimum retulerit, ruricolaeque Viennae vicini multis adhuc post annis eum confessuri accederent. Fuit dein per plures annos Rector Collegii Annaei Viennae, simulque Magister Novitiorum, verus pater et ad vitam religiosam dexterrimus institutor. Praeterea toto hoc tem-

Digitized by Google

pore, et adhuc absolito Ordine Exercitia spiritualia S. Ignatii cum singulari dono et fructu non explicando in Mauer, loco recreationis hujus Collegii, quem ipse hunc in finem magnis sumtibus instruxit, etiam bis in anno Dominis tum nobilitate tum munerum dignitate insignibus dedit, ac demum meritorum plenus piissime obiit Viennae 3. Aug. 1775, aet. 78.

Edidit latine:

Quatuor Saecula laureata Austriacorum Caesarum, Pietate ac Clementia, dein etiam belli pacisque artibus illustrium, in felici somnio Scipionis Habspurgici Rudolphi adumbrata. Carmen. Viennae 1731. 8.

Metamorphosis Austriae sive Relatio fabulosa de Ortu et Progressu Austriae. Viennae Schwendman. 1732. 8.

Computus Ecclesiasticus excerptus ex Institutionibus philosophicis Cl. Edmundi Purchotii Senon. Viennae Voigtin 1735 8.

Germanice:

Libellus anno saeculari Congregationis SS. Angelorum tutorum.

Libellus continens varios virtutum actus, preces et institutiones ad pietatem. Viennae 1735. 8.

Concio de B. Corde Jesu in Templo Ursulinarum Viennae dicta et impressa ibid. 1735. 4.

Denique Exercitia ejus spiritualia trium hebdomadum seu octo dierum Novitiorum plures ex ore ejus excepta conscripsere.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Paintner.)

DOMIN Josephus Franciscus, Croata Zagrabiae 28. Jan. 1754. natus, aet. anno 15. Societatem Viennae ingressus, sublato Ordine Philosophiae ac Theologiae in patria summa cum laude studuit, Sacerdos factus et Philosophiae Doctor creatus, Physicam theoreticam et experimentalem, Mechanicam et rem rusticam ipsis 20 annis Jaurini, ubi primus in Hungaria publicum globi aerostatici experimentum instituit, Zagrabiae, Quinque-Ecclesiis ac demum in Universitate Budensi, cujus et Decanus et Rector magnificus creatus, docuit, maximeque se celebrem vi electrica ad morbos curandos feliciter adhibita reddidit, adeo, ut ab Academia Neapolitana et Florentina in laureatorum Academicorum numerum datis diplomatibus cooptaretur, quae tamen insignia vir apprime demissus solerter semper occuluit, dum post mortem ejus detegerentur. Ob haec ejus merita primum ab Episcopo Zagrabiensi Canonicus Charmensis, dein a Rege an. 1800. Canonicus Ecclesiae Cathedralis Zagrabiensis, Archidiaconus de Vaska et ob singularem pietatem, eruditionem ac prudentiam ab Episcopo suo juniori Clero regendo admotus, sed et aeque laudabiliter ab utroque ad munia civilia adhibitus est, dum postremis annis affecta valetudine ac praesertim podagra multum laborans, domi se continere cogeretur; etsi nec tum unquam otiosus, sed ad finem usque vitae pro viribus bono tum Religionis tum status se impendisset; humilitate singulari, assiduo orationis et pietatis studio, charitate in pauperes ac praecipue potestati suo subjectos, et in perferendis adversitatibus morbique doloribus invicta patientia Sacerdotis Christiani verum exemplar. Obiit piissime, ut vixit, Zagrabiae 18. Jan. 1819. aet 65. Bibliothecam ejus peramplam, parsimonia vitae comparatam, frater ejus Bibliothecae publicae Academiae Zagrabiensis donavit. Funebrem elegantem ei in eadem dixit Franciscus Klohammer, Prodirector Academicus, impressam ibidem 1819. 4.

Scripta ejus, latina omnia, sunt:

Dissertatio physica de Aeris factitii genere, natura et utilitatibus. Jaurini Streibig 1784. 8.

Sono campanarum fulmina promoveri potius quam prohiberi. Prolusio habita Quinque-Ecclesiis 1786. 8.

Commentatio de Electricitate medica in Regio Musaeo Quinque-Ecclesiensi instituta s. a. 8.

Reflexiones in Julium Tranquillum, Commentationem hanc impugnantem. Budae 1790. 8.

Commentatio altera de Electricitate medica in Musaeo physico Quinque-Ecclesiensi experimentis comprobata. Pestini 1793. 8.

Ars Electricitatis. Pestini 1794. 8. Describit plures curationes diversorum morborum ejus ope a se factas.

Ars, Electricitatem aegris tuto adhibendi cum propriis tum aliorum celeberrimo-

Digitized by Google

rum virorum experimentis innixa. Editio altera Pestini 1796. 7.

Lampadis electricae optimae notae descriptio, eaque utendi ratio. Pestini 1799. 8. e latino germanice reddita a Lud. Schedio, et quibusdam novis animadversionibus Autoris aucta. Pestini 1800. 8.

(Bibl. Saechen. et Theres. Paintner.)

DOMINATIUS Sigismundus de Pisnicz, Societatem in Provincia Austriaca ingressus Brunae, in eaque 8 annis moratus, Olomucii Rhetor et dicendi singulari facundia praeditus, edidit:

Oratio, dicta in Synodo Olomucii de dignitate Sacerdotii 1568.

Oratio in Coena Domini dicta coram Antistite et Proceribus in Basilica Olomucensi.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

DONATI Alexander, Italus illustri prosapia Tisinis in ditione Veneta 24. Oct. 1638. natus, et aet. 18. in Provinciam Austriacam receptus, 4 vota professus, Philosophiae ac Theologiae Doctor, utramque Graecii pluribus annis tradidit, et Angelus pacis in reconciliandis inimicis, reorum in carceribus detentorum pater, mortem intrepide excepit Graecii 14. febr. 1700. aet. 62.

Edidit latine:

Agalmata Mariana ab Affectibus Parthenicis depicta certamine poetico, seu Elogium B. V. Mariae sine labe orig. conceptae. Graecii Widm. 1695. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

DONATI Fridericus, Germanus, in Silesia 1690. natus, et Viennae in provinciam Austriacam receptus, 4 vota professus et Theologiae Doctor, audita Tyrnaviae Theologia Flumine quinquennio ad Italos dixit, Philosophiam Goritiae, et diversas Theologiae partes Zagrabiae, Cassoviae et Graecii tradidit ac demum Flumine Seminarii Regens pie obiit 18. Aug. 1750. aet. 60.

Est ejus latine:

Jus et ratio Domus Dei. Tyrnaviae 1718. 4. vindiciae illibati Conceptus B. V. Mariae.

(Paintner.)

DONATI Joannes, Germanus, Vratislaviae in Silesia patre Italo Centurione 1686. natus, et Zagrabiae in provinciam aust. cooptatus, persoluta cum laude Viennae Philosophia et Graecii Theologia 4 vota professus, Zagrabiae amoeniores litteras docuit, et ad populum quadriennio illyrice dixit, et jam multis annis articulorum doloribus exercitus, pie obiit Zagrabiae 11. Maji 1728. aet. 42.

Est ejus latine:

Sisciensis Victoria. Drama. Zagrabiae. 1717.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Paintner.)

DORNIGG Aegidius, Germanus, Clagenfurti in Carinthia 31. aug. 1671. natus et aet. 17. Societati adscriptus, 4 vota professus, Repetentium S. J. humaniores litteras 12 annis Professor, latini sermonis puritatem non parum promovit. Tum Collegium Leobiense, Neostadiense et Styrense rexit, vir magnae sanctitatis, a quo animae e piacularibus flammis non raro auxilium petiere, de praedestinatione sua a puero Jesu certior factus, piissime obiit Leobii 25. Aug. 1736. aet. 65.

Scripsit latine:

De Amicitia Libri II. carmine didactico expositi. Viennae 1738. 8. — Liber III. Ibid. 1739. Opera posthuma.

Composuit plura opuscula Chronologica et geographica.

Congessit latine Vitam et Gesta R. P. Martini Gottscheer S. J. Prov. Austr., Collegii Nordici Lincii Fundatoris, ex cujus Manuscripto germanice inserta Jos. Stöckleinii Mercurio. Parte XXIV. n. 514.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Paintner.)

DRÉYLING Joannes, Germanus, Magister Graecii, Sacerdos Tyrnaviae et Viennae Rhetoricam docuit. Dimisso dein ordine Philosophiae Doctor, Sacerdos jubilatus obiit 1683.

Edidit, dum in Ordine esset, latine:

Octo Heroes Theologici, totidem elogiis celebrati. Graecii 1666. 8.

Palliati Philosophiae Heroes sive in aere viventes Statuae lapidari calamo incisae. Tyrnaviae 1671. 8.

(Paintner.)

DUBNITZAI Joannes, Hungarus, 14. Sept. 1740. natus et aet. 15. Comaromii

Digitized by Google

in Societatem adlectus, absolutis Cassoviae et Tyrnaviae severioribus studiis Trenchinii et Jaurini Poesim et Rhetoricam et anno solutae Societatis Budae Ethicam docuit, ubi et obiit 1792.

Sunt ejus latine:

Oratio de immaculata S. Virginis Deiparae Conceptione. Tyrnaviae 1767. 4.

Panegyricus D. Francisco Xaverio, et D. Ignatio Lojolae S. J. Fund. Ibid. 1767. et. 68. 12.

(Paintner.)

DUBOVSZKI Joannes, Hungarus, Hószliniensis 1654. natus et aet. 18. Societati adscriptus, Matheseos peritia adeo excelluit, ut, dum Tyrnaviae Casus ac Jus Pontificium explanaret, immo cum Academiae Cassoviensi praeesset, eam simul publice doceret. Praefuit dein Convictui Tyrnaviensi, Theologiae cursum confecit Cassoviae, et Convictui illi rursus praepositus pie obiit 8. Oct. 1710 et. 64.

Edidit latine praeter aliquot Ephemerides:

Opusculum mathematicum de sinibus, tangentibus et secantibus. Tyrnaviae 8.

(Paintner.)

DUELLER Thomas, Germanus, ad S. Andreae in Carinthia natus 1602. aet. 16. Societati addictus, et 4 vota professus, cum 9 annis Clagenfurti et Graecii concionatus esset, ob singularem facundiam Viennam accitus, 16 annis coram Ferdinando III. Augusto S. Praeconem egit, cujus dicendi dotes in tribus Imperii Comitiis summi Principes et Legati dilaudarunt, pluribus etiam magni nominis viris ad haeresim abjurandam permotis. Dimissus tandem ab Aula, quod tanto flagitavit tempore, Lincii 2 adhuc annis ad populum dixit, Collegio dein triennio et 13 annis Congregationi Marianae praefuit. Insignis vir demissionis animi, oppressiones quasvis patientissime tulit, a Caesare ipse defensus; nec Conciones suas, utut mererentur, unquam typis dari permisit. Obiit demum piissime Lincii 29. Junii 1671 aet. 69.

Extat ejus germanice:

Funebris Sermo Augustae Leopoldinae, Ferdinandi III. Caesaris Conjugi. Viennae Cosmerovii 1649. 4.

Phoenix Austriacus Ferdinandus III. Rom. Imp. Viennae 1654. fol. Funebris ei dicta.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Bibl. Wiedhag.)

DUGOVICS Emericus, Hungarus, Ginsii 9. Nov. 1682. natus, philosophica jam laurea Tyrnaviae decoratus aet. 20. Societatem adiit, et traditis triennio amoenioribus litteris Tyrnaviae in secundum annum Theologiae studens, in servitio peste laborantium, ad quod se ipse obtulit, victima charitatis cecidit 1. Oct. 1710. aet. 28.

Est ejus latine:

Magni Parentis magnus Filius, seu D. Emericus S. Stephani filius poesi celebratus. Tyrnaviae 1708. 12.

(Paintner)

DUMER Michael, Germanus in Austria 1671. natus, et aet. 16. Societati adnumeratus, dum diversis in locis tam Philosophiam, quam Theologiam moralem docuisset, pie obiit Cremsii 14. Jan. 1725. aet. 54.

Edidit Rhetor Graecii latine:

Mausolaeum Heroibus in Italia ex exercitu Caesaris Leopoldi M. gloriosa morte celebratis, Orationibus et Elogiis erectum. Graecii Windmanstad. 1703. 4.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

DZIAN Stephanus, Hungarus, in Velsitz provinciae Barsiensis pago 29. Dec. 1695. natus et aet. 19. Viennae Societati accensus, audita Cassoviae Theologia, ibidem Philosophiam quadriennio docuit. Tum sacram a Castris operam militibus Veteranis duodecim annis locavit, Seminarii dein Budensis et Claudiopolitani pluribus annis Regens, ac ultimis annis Praefectus spiritus Cassoviae, sublato Ordine ibidem pie obiit 11. Maji 1779. aet. 84.

Edidit latine:

Acris Dacica sive Discordia inter Provincias Transylvaniae deloco principe vel: Lites inter provincias Daciae de Principatus Transylvaniae praerogativis. Claudiopoli 1723. 12.

Recudi curavit: Beati Sulpitii Severi Ep. Bituric. S. Historiae Libros duos. Cassoviae 1732. 8.

(Paintner.)

Digitized by Google

E.

EBENBOECK Wolfgangus, Germanus, Hochfeldae in Palatinatu 27. Febr. 1705. natus, et aet. 15. Lincii in Societatem admissus, omnem fere vitam concionando Comaromii, Posonii, Viennae, Styrae, Graecii transegit. Rector dein Neusolii et Styrae, Graecii Bibliothecae Catecheticae praefectus pie obiit 9. Jan. 1766. aet. 61. vir omni genere virtutum ornatus, qui nec laudes captabat nec jactis in se dicteriis ab iis agendis absterrebatur, quibus Numinis Gloria amplificaretur, cujus vel ipse testis completissimus est, in supremo morbo testatus, non meminisse se, actum a se quidquam, quo famae serviret, alienamque laudem captaret.

Est ejus germanice:

Bibliotheca catechetica Collegii Graecensis S. J. Ibd. 1760. 8.

(Paintner.)

ECKEL Josephus Hilarius, Germanus, Enzersfeldae in Austria 13. Jan. 1737. natus, et aet. 15. in Societatem receptus, absolutis cum laude studiis Viennae in Collegio Poesim et Rhetoricam docuit, simulque Archaeologiae et Numismaticae, cujus prima principia a Cl. Khell in Collegio Theresiano linguam latinam docens hausit, se applicuit, moxque singularia ingenii sui hoc in genere specimina dedit. Quare postremo ante abolitionem Ordinis anno a Provincia Romam est missus, ut se hac in scientia perficeret. Redux Cimelium Magni Ducis Leopoldi Florentiae in ordinem redegit. Viennae autem Thesauro Caesareo Regio Nummorum, Gemmarum, rerumque veterum praefectus, et in Universitate Professor rei antiquariae constitutus est, quo in utroque munere, Consiliarii Caesarei titulo decoratus, ad mortem usque perstitit. Cum in Cimelio Caesareo Nummi antiqui Graecorum et Romanorum adhuc juxta metalli speciem et magnitudinem ordinati essent, ipse primus Numismaticae formam scientificam dedit, nummosque veteres in Romanos ac Urbium, Populorum Regumque caeterorum divisit, editoque Catalogo totius Europae oculos in se convertit, ac demum magno Opere systematico edito id Numismaticae, quod Linneus Botanicae et Zoologiae Buffonius, communi calculo factus est. Aeque aestimandus a dotibus animi, vir in rigore vocis honestus fuit, loquens prout cogitabat, et agens, prout loquebatur, prudens, apertus, justitiae amans et partium minime studiosus, vivens litteris atque scientiis absque ulla gloriae aut pecuniae cupiditate, conversator hilaris et amoenus, ab omnibus amatus et aestimatus. Morbo correptus, quem ultimum fore videtur praesensisse, e sua in domum amicissimi sibi ob veteris litteraturae peritiam Locatelli transferri petiit, ibique vir semper apprime religiosus pie decessit 16. Maji 1798. aet. 61.

Edidit germanice:

Plausus Urbis. Plausus Ruris. Oda in Nuptias Josephi II. Rom. Regis cum Josepha Bavara; nomine Collegii S. J. Viennae 1765. 8.

Oda ad restitutam M. Theresiae Augustae valetudinem. Viennae 1767. 8.

Carmen in abitum Ser. AA. Carolinae desponsae Regi Neapol. Viennae 1768. 8.

Sermo de Itinere Josephi II. Rom. Imp. in Italiam. Viennae 1770. 8.

Principia breviter concepta Numismaticae veteris in usum praelectionum suarum Viennae 1786. et 1807. cum fig. 8. — latine reddita a Math. Petro Katanesich Ord. S. Franc. Budae 1799. 8.

Latine:

Nummi veteres anecdoti ex Musaeis Caesareo Vindobonensi, Florentino Magni Ducis Hetruriae, Granelliano nunc Caesareo, Vitzaiano, Festetisciano, Savorgnano, Veneto aliisque. Collegit et animadversionibus illustravit. Partes II. Viennae Kurzbeck 1775. 4.

Digitized by Google

Catalogus Musaei Caesarei Vindobonensis Nummorum veterum distributus in Partes duas, quarum prima monetas Urbium, Populorum, Regum, altera Romanorum complectitur. Volumina II. Viennae Kraus 1779. fol. c. fig.

Musaei Franciani descriptio, sive specimen Artis criticae nummariae. Lipsiae 1781. 8. Vol. II.

Sylloge Nummorum veterum anecdotorum Thesauri Caesarei cum Commentariis. Partes II. Viennae 1786. 4. c. fig.

Descriptio Nummorum Antiochiae Syriae, seu Specimen Artis Criticae Nummariae. Viennae Trattner 1786. 4. c. fig.

Selectus Lapidum incisorum Thesauri Caesarei Vindobon. in XL. Tabulis descriptis et explicatis repraesentatus. Viennae Kurzbeck 1788. fol. c. fig. gallice.

Doctrina Nummorum Veterum. Pars I. de Nummis Urbium, Populorum, Regum. Volumen I. continens Prolegomena generalia, tum Nummos Hispaniae, Galliae, Britanniae, Germaniae, Italiae cum Insulis. Vindobonae sumtibus Jo. Vinc. Degen typ. Ign. Alberti 1792. 4. Vol. II. continens Europae regiones cum Parte Asiae minoris. Ibid. 1793. 4. Vol. III. continens reliquam Asiam et regiones deinceps in Ortum sitas. Ib. 1794. 4. Vol. IV. continens Aegyptum et regiones Africae deinceps in Occidentem sitas. Ib. eod.

Pars II. De Moneta Romanorum. Vol. V. continens Nummos Consulares et Familiarum, subjectis Indicibus. Ib. 1796. 4. Vol. VI. Nummos Imperatorios a Julio Caesare usque ad Adrianum ejusque familiam. Ib. eod. Vol. VII. ab Antonino Pio usque ad Diocletianum. Ib. 1797. 4. Vol. VIII. et ultimum continens Nummos Imperatorios, qui supersunt, Pseudomonetam, Observata generalia in Partem II. et Indicem in Volumen VI. VII. VIII. Ib. 1798. 4.

Plura Scripta minora numismatica.

Denique praestat:

Manuale doctrinae nummariae veteris in compendium redactum a Caronno. Romae 1808. latine.

Notitia historica de Josepho Hilario Eckel Custode Thesauri Caesarei Antiquitatum Viennae, lecta per A. L. Millin in Sessione publica Societatis philomaticae. Parisiis 1800. gallice.

(De Luca. Meusel Lex. Denis Bib. Gött. Gel. Anz. Brunet. Locella. Szechen. Paintner).

EDELER Jacobus, in Austria natus, jam Sacerdos 1721. Societatem adiit, moxque finito tyrocinio, ab anno 1723. Missionarius in America Meridionali, in Novo Regno ipsis 40 annis in conversione infidelium desudavit; cumque in Catalogo Provinciae Austr. 1762. ultima ejus mentio fiat, haud dubie Missioni huic immortuus est.

Ejus est:

Epistola ad Monialem Viennam Carthaginensem 15. Mart. 1724, qua iter suum Gadibus eo usque describit. — germanice in Stöcklein P. XIV. n. 324.

In eodem est Itinerarium ex hujus et aliorum Missionariorum Epistolis a 7. Jul. 1723. ad 21. Mart. 1724. collectum. Parte VIII. n. 210.

EDELMILLER Paulus, Germanus, Judenaviae in Austria 15. Maji 1718. natus et 1734. in Societatem receptus, 4 vota professus, Philosophiam Clagenfurti docuit, Theologiam morum Passavii et Lincii, ac vir insignis in Superos pietatis Cremsii Minister pie obiit 12. Jan. 1765. aet. 47.

Rhetoricam Graecii docens edidit latine:

Continuatio Prosopopoeiarum Biblicarum. Graecii Widm. 1752. 8. carmine hexametro.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

EDER Franciscus Xavernus, in Hungaria, natus 19. Nov. 1727. et aet. 16. in Societatem receptus, sexennio post, nondum Sacerdos in Americam, ut ardenter petiit, missus in regno Pernano apud Moxitas 15 annis fervidum Missionarium ad annum 1769. egit, quo in Europam redux, Neosolii, ubi Parochis Exercitia spiritualia dedit, pie obiit 17. Apr. 1773. aet. 46. paulo ante 2. Febr. 4 vota professus.

Est ejus latine:

Descriptio Provinciae Moxitarum in Regno Pernano, quam e Scriptis ejus postlimis digessit, expolivit et adnotationibus illu-

Digitized by Google

stravit Paulus Mako S. J. Budae 1791. 8.

(Denis BG. 9. Sacchen.)

EDER Georgius, Germanus, Graecii in Styria 19. Nov. 1739. natus et aet. 16. Societatem ingressus, absolutis Tyrnaviae et Graecii sublimioribus studiis Schemnitzii poesim biennio docuit, ubi simul animum ad res metallurgicas applicuit. Anno 1773. Praefectus in Collegio Theresiano Viennae ibidem perstitit, et pluribus annis metallurgicas et chemicas praelectiones habuit, ac denique in procursione quadam Schemnitzii obiit 1788. aet. 49.

Est ejus germanice:

Syllabus Fossilium in aedificio universali Oeconomiae dicato Academiae C. R. Theresianae. Viennae 1776. 8. Sociam operam dante P. Poda.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

EDSCHLAGER Christianus, Germanus, Viennae Austriae 1699. natus et 1717. in Societatem receptus, ac 4 vota professus, vir doctissimus, qui Graecorum, Hebraeorum ac omnium paene Europae gentium ore loquebatur, diu Missionem in Indiam petiit, at ob linguarum peritiam in Insulas Graeciae missus, sedulum in iis Operarium egit. Post quadriennium revocatus, Styrae S. Verbi Dei Praeconem egit, ubi morbo foedo grassante, quod aegris diu noctuque assisteret, et ipse correptus, necdum a Concionibus quadragesimalibus continuandis desistens, dum vi morbi opprimeretur, in medio vitae cursu victima charitatis cecidit. Vir magnae mortificationis, qui a pluribus annis somno binas horas detraxit, vino abstinuit, coenam nunquam sumsit, bis in hebdomada etiam prandio sibi interdixit, et per octiduum S. Exercitiorum praeter panem et aquam nihil admisit. Lucem is etiam accendit rei nummariae in hac Provincia colendae, sequaces consecutus viros celeberrimos Granelli, Frölich, Khell, Schönwisner, Eckel. Obiit 2. Martii 1741. aet. 42.

Extat ejus latine:

Synopsis Rei Nummariae Veteris. Graecii Widm. et Styrae Grunwald 1724. 8. c. fig.

Carmen didascalicum amplum elegantissimum ab exteris adeo aestimatum, ut Angli ad prosequendum opus liberale aes offerrent. Recusum in Analectis Kleinii T. 2. additis monitis explicando versui necessariis.

In Msc. reliquit: Apparatum tradendis sacris Commentationibus peridoneum; Concionum apparatum in plures annos; Volumen quo actiones omnes pie sanctequo obeundi ratio edocetur.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Denis Bibl. Garell. T. II Paintner.)

EGGARTNER Franciscus, Germanus, Cremsii in Austria natus 21. Oct. 1670. et aet. 18. Societati insertus, 4 vota professus, Philosophiae Doctor, et per omnem vitam indefessus Operarius, pie obiit Passavii 29. Sept. 1729. aet. 59. In humanioribus excellens, cum doceret Viennae et Graecii, edidit latine:

Affectus Musarum Viennensium. Carmen. Viennae 1705. Voigt 8.

Annus primus Caesaris Josephi et Caroli Hisp. Regis ab excessu Leopoldi M. Imp. Graecii 1706. Widm. 12.

Scripsit etiam Opusculum eruditum de Immaculata B. V. Mariae Conceptione.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

EGGENDORFER Wolfgangus, Germanus, Styrae in Austria 15. Nov. 1648. natus, et aet. 18. in Societatem receptus, 4 vota professus, Leobii primum repetentium humaniores classes Professor, dein facultatis utrinsque Doctor, utramque scientiam Graecii et Viennae annis 14 docuit, tum hic studiorum generalis praefectus annis 3, illic Cancellarius 8, dein Collegii Leobiensis Rector, et Patrum tertiae probationis Instructor; demum virtutum omnium religiosarum exemplar pie obiit Graecii 18. Febr. 1709. aet. 61.

Edidit latine:

Conclusiones ex universa Theologia sub auspiciis Leopoldi I. Imp. Viennae 1692. fol.

Acta illustriora D. Thomae Aquin. soluta

Digitized by Google

et vincta oratione celebrata. Graecii 1694. Widm. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Paintner.)

EGGER Josephus, Germanus, Judenburgi in Styria 19. Martii 1689. natus, et aet. 16. Societati adscriptus, 4 vota professus, cum missionem in Indiam non obtinuisset, Operarium sedulum per omnem vitam egit, concionatus annis pluribus Lincii, Passavii, Leobii, Viennae, ac ibidem in Domo professa Praesidem Congregationis Coelibum primum tum Civium 21 annis egit, ac demum ibidem per plures annos Praefectus spiritus pie obiit 3. Febr. 1769. aet. 80.

Edidit germanice:

Panegyricus S. Joanni de Matha Viennae in Templo RR. PP. de Redemtione Captivorum dictus, Viennae impressus. Schilgen 1727. 4.

Hebdomada spiritualis. Viennae 1737.

Utiles Considerationes pro Exercitiis. Viennae 1737. 44.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

EGLAUER Antonius, Germanus, Lincii in Austria 12. Jun. 1752. a piis honestisque parentibus natus, aet. 16. tyrocinium Viennae posuit, et repetitis Leobii humanioribus Philosophiam in Universitate Graecensi excepit publiceque defendit. Soluto Ordine Passavii anno uno Grammaticam docuit, tum Viennae, ubi Sacerdos factus, Theologiae studuit et praeter philosophicum theologicum gradum accepit. Servitt dein aliquot annis in cura animarum in Dioecesi Lincensi, unde ad S. Hyppolitum evocatus Curatum Ecclesiae Cathedralis et Catechetam in schola normali egit. At imbecillis semper valetudo oneroso hoc munere brevi adeo est attrita, ut intra annum id deserere cogeretur. Quare Viennam concessit, ubi ab anno 1790. Sacerdotis muniis, quantum per vires licuit fungens vitam privatam egit, tempusque omne legendo scribendoque consumsit, singulari Dei beneficentiae tribuens, quod etsi post versas jam Epistolas Xaverianas alterum oculum perdiderit, altero tamen semper, etsi postremis annis nonnisi aegre, uti potuerit. Incredibili diligentia plurima collegit, scripsit, edidit vel typo paravit. Sincerum, quem semper in corde servavit affectum erga Societatem maxime in eo manifestavit, quod ingenti labore viginti et aliquot annorum ex variis Bibliothecis et fontibus litterariis notitias collegit ad continuandam Bibliothecam Scriptorum Societatis a P. Ribadeneira coeptam et a PP. Alegambe et Sotwello ad annum 1675. perductam; quare et praesentis Collectionis praecipuum illi debetur meritum. — Possedit Bibliothecam amplius sex millium voluminum, quam testamento Societati Jesu legavit, si intra 25 annorum spatium post illius mortem, quae anno 1824. accidit, in Provinciis Austriacis restitueretur; quod cum anno 1837. revera factum fuerit, erecto scilicet liberalitate Serenissimi Archiducis Austriaci-Estensis Maximiliani Collegio in turri Freyenbergensi penes Lincium haec pretiosa librorum Collectio Societati Jesu tradita fuit.

Edidit germanice tacito nomine:

Amicus juventutis seu Scriptores classici Germanici purgati in usum juventutis. Tomi II. S. Hyppoliti Hallerus 1792. 8.

Epistolae universae S. Francisci Xaverii, Magni Indiarum Apostoli e S. J. e latino versae. Partes III. Augustae Vindel. Nic. Doll. 1794. 8.

Historia Missionum recentiorum temporum seu Epistolae Missionariorum S. J. ex omnibus orbis partibus. Ex India Orientali Partes III. Aug. Vindel. Nic Doll. 1794. Ex Japone Partes III. Ibid. 1798. 8. Opus interruptum incursione Gallorum in Germaniam.

Jo. Nep. Tschuppig Concionatoris Aulici Vien. e S. J. novae nondum editae Conciones. Cursus annui tres pro Dominicis, Festis et Quadragesima cum pluribus occasionalibus, ex proprio ejus Manuscripto redactae. Partes V. Viennae Aloys. Doll 1803. 8.

Manuscripta latina:

Scripta Theologica pro Examinibus pro gradu. Volumen spissum in 4.

Dissertatio historico-theologica de Confessione Sacramentali, pag. 97. in 4. approbata pro gradu theologico.

Dissertatio de restrictione mentali et an non

Digitized by Google

pure mentalis pro bono publico licita sit in 4. approbata pro gradu philosophico.

Expositio in omnes fere libros V. et N. Testamenti. Fasciculi plures in vasto volumine in 4.

Extractus ex Controversiis Bellarmini in 4.

Compendium Historiae Ecclesiasticae in 4. et. 8.

Concursus abbreviatus seu Brevis apparatus pro Concursu pro Beneficiis Ecclesiasticis in terris Austriacis praescripto ex omnibus materiis. Volumina plura in 4. typo parata.

Opera Patrum Apostolicorum S. Dionysii Areopagitae et S. Irenaei excerpta. Volumina plura in 8.

Opera S. Justini Tertulliani, S. Cypriani, Clementis Alex., S. Hilari Pictav., Arnobii, Origenis, Lactantii, S. Basilii, Eusebii Caesar., S. Cyrilli Hierosol. et S. Gregorii Nazianz. excerpta in pluribus Voluminibus in 8.

Homiliae S. Joannis Chrysostomi in Epistolas Paulinas extractae in 4.

Opera S. Joannis Chrysostomi edita a Cramero correcta a Möselio. Partes X. extracta in 4.

S. Augustini Opus eximium de Civitate Dei Libris XXII. Extractum in 4.

Ejusdem Opuscula theologica. Partes X. Viennae Bader 1760. 8. excerpta in 4. Gregorii Magni Moralium in Job Libri XXXV. extracti. Fasciculus vastus in 8.

Vita B. Jos. Thomasini S. R. E. Cardinalis ex longiore Vita Operibus ejus praemissa excerpta in 4.

Excerpta ex pluribus Operibus theologicis, asceticis, historicis etc. in fasciculo spisso in 4.

Manuscripta germanica.

Est necessario una sed tantum una Religio eaque est Romano-Catholica. Dissertatio ex latino in 4.

Doctrina catholica de peccato originali. Dissertatio historico-theologica in 4.

Crisis Instructionis in doctrina catholica pro communi utilitate et exigentia temporis. Viennae 1790. in 4. editae.

S. Ambrosii Opera quatuor de Virginitate et unum de Viduitate cum quibusdam Epistolis et Vita ejus e latino versa in 4.

Ejusdem Sermones in S. Scripturam. Panegyres et Funebres e latino in 4.

S. Hieronymi Epistolae ad, de et pro Christianis Virginibus, Viduis et Conjugibus cum quibusdam Vitis e latino in 4.

Ejusdem Scripta contra Helvidium Vigilantium, Jovinianum et Pelagianos, praesignanos omnes posteriorum temporum e latino in 4.

S. Leonis M. Sermones e latino in 4.

Conciones propriae Dominicis Festisque ruri dictae 1793. Vastum volumen in 4.

Conciones Catecheticae in 4.

Dictio consolatoria ad Franciscum Imp. et nos in obitu Elisabethae A. A. in 4.

Dictio in desponsatione sororis suae. in 4.

Conceptus concionatorii in 4.

Conciones morales Ignatii Wurz extractae in 4.

Notata ex Concionibus Wurz et Canal auditis. in 4.

Scripta de methodo socratico-catechetica in 4.

Comitis Opalenski Mareschali Poloniae de Officiis Libri III. e latino in 4.

Observationes de Ordinibus religiosis ex gallico Nic. Diesbach S. J. in 4.

Philosophia Religionis Sig. Storchenau. S. J. Tomis XII. excerpta in 4.

Extractus ex Scriptis Augustanis pro veritate Religionis ab eorum origine ad finem in 8.

Sanctitas Ecclesiae Romano-Catholicae, secundum Veritatis ejus signum exhibita in Vitis Sanctorum omnium Saeculorum ordine chronologico, extractis ex Historia Ecclesiastica Berault-Bercastel. Volumina IV. spissa in 4.

S. Domus Habspurgica desumta ex Schönleben cum multis additamentis in 4. et 8.

Austria sancta et pia e latino Bertholini Melic. in 4.

Extractus ex Epistolis aedificantibus, et curiosis Tomis 26. ex gallico in 8.

Epistolae Missionariorum S. J. ex India Orientali, China, Japone, Levante, Africa, America, ex variis linguis versae et tomos ad minimum decem pro Continuatione Historiae Missionum recentiorum temporum dantes in pluribus vastis voluminibus in 4.

Novae historiae et parabolae ex gallico

Digitized by Google

Bonaventurae Girandeau S. J. autoris Evangelii in Meditationibus propositi in 4.

Notitiae de plurimis Soc. Jesu Scriptoribus eorumque scriptis pro continuanda Bibliotheca Scriptorum Societatis Jesu.

EISENPEITEL Mathias, Germanus, in Styria 19. Nov. 1722. natus, Judenburgi Rhetor 1742. in Societatem admissus, et 1738. vota 4 solemnia professus, ab anno 1756. usque ad abolitionem Ordinis constanter Viennae, Graecii et Tyrnaviae linguam graecam docuit, simulque Catecheta et Congregationis Catecheticae Praeses sedulum Operarium egit. Soluto Ordine diu Praefectus in Convictu nobilium Tyrnaviensi fuit et pie obiit 1796. aet. 74.

Edidit latine:

Synopsis Grammaticae linguae graecae. Graecii 1765. 8.

Enchiridion sacrum ex Scriptura S. et Patribus pro linguae graecae Candidatis. Tyrnaviae 1771. 8.

Paraenesis ad nobilem juventutem (de officiis studiosi adolescentis) in Convictu Regio Archiepiscopali Tyrnaviensi, dum annus scholasticus iniret. Tyrnaviae 1780. 8.

Enchiridion, Vocabularium graecum ex Evangelio.

Germanice:

Sermo in Anno jubilaeo Rosae Gössinger, Ursulinarum Tyrnaviae Superioris, Professionis suae annum quinquagesimum agentis. Tyrnaviae 1780. 8.

(Cat. Trattner. Bibl. Saechs. Paintner.)

ELVENCUTI Andreas, Hungarus, Belladii 30. Nov. 1626. natus et aet. 17. in Societatem cooptatus, 4 vota professus et Philosophiae Doctor, cum altiores litteras aliquot annis docuisset, Tyrnaviae Convictum Nobilium, Clericorum, et Seminarium S. Adalberti pluribus annis rexit. Tum supremi Hungaricae Ecclesiae Antistitis Confessarius et per annos 12 in Visitatione comes, vir piissimus et Dei eucharistici praecipuus cultor obiit Janrini 15. Maji 1692. aet. 66.

Collegit:

Selectiora quaedam e Jure Canonico et Conscientiae quaestionibus praelo dignissima, sumtum offerente clarissimo quodam Hungariae Praesule, quem tamen vi modestia edi non admiserit.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

ELWANGER Ferdinandus, Germanus, Ratisbonae 23. Sept. 1636. natus et 1652. Viennae provinciae Austriacae adjunctus, Legato in Sueciam Comiti Althan biennio ad latus adstitit, rexit varia Collegia, et obiit 13. Jul. 1700. aet. 64.

Edidit latine:

Sidus oloris, Christiano orbi desideratum, sapientibus fortunatum, lanreatae sapientiae Athenaei Graecensis oblatum. Graecii 1667. 8.

(Paintner.)

ENDERS Carolus, Germanus, Labaci in Carniolia 12. Jan. 1660. natus, et aet. 16. in Societatem cooptatus, 4 vota professus, Philosophiae et Theologiae Doctor, utramque Tyrnaviae ac Graecii pluribus annis docuit, Graecii diu Cancellarius, et Labaci supra novemnium Sacrarum Legum Interpres tum Rector, demum Bibliothecarius: vir innocentissimae vitae, et animarum perquam zelosus ibidem obiit 8. Nov. 1727. aet. 67.

Edidit latine:

Philosophus civilis a Majoribus suis institutus, seu Veterum Philosophorum Axiomata politicae vitae glossis et corollariis exposita. Tyrnaviae 1696. typ. Acad.

Idea Theologi in sacris Litteris adumbrata, in S. Canonibus delineata, SS. Patrum dictis illuminata, eorumque exemplis expressa, thesibus theologo-didacticis propugnata. Graecii Widmanst. 1705. 12.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

ENGSTLER Josephus, Germanus, Oedtae in Austria 23. Febr. 1726. natus, et anno 1740. in Societatem admissus, 4 vota professus ac Theologiae Doctor, Philosophiam biennio Clagenfurti, Linguam sacram Graecii triennio, Viennae anno uno, ac ibidem Casus triennio, S. Scripturam autem octennio ad sublationem usque Ordinis explicuit, quo toto tempore successive simul Subminister, Socius Regentis, Semi-

Digitized by Google

narii Director juniorum ac Examinator juratus fuit. Sublato Ordine Custos primum Bibliothecae Academicae ac Praeses Congregationis majoris Marianae, et ab anno 1783. Parochus apud Patres Servitas in Suburbio Rossau dicto, vir magni zeli, et pauperum vere pater, usque ad obitum fuit, qui necdum natura deficiente, sed a lapsu causatus contigit 28. Febr. 1811. aet. anno 86. equidem completo.

Edidit latine:

Institutiones Linguae Sacrae. Graecii 1758. 8. — Eaedem cum Appendice de Dialecto Chaldaica et Lexidio vocum hebraicarum. Viennae 1778. 8.

Triduum Sacrum celebratum in Sodalitate Majore Academica. Viennae Kaliwoda 1768. et 70. Ibd. 8.

Institutiones S. Scripturae. Partes II. Viennae 1775. et 76. 8.

Brevis notitia de Sodalitate B. V. Mariae in Coelos assumtae, Viennae Austriae 1579. erecta et a Gregorio XIII. confirmata. In anno altero jubilaeo. Viennae 1779. 8.

Imitatio B. V. Mariae ad normam Imitationis Christi, e gallico versa. Viennae 1783. 8. dein a Ferd. Richta germanice reddita.

(Paintner.)

ENSDALLNER Leopoldus, Germanus, Waidhofae Boicae in Austria 13. Apr. 1731. natus, anno 1747. in Societatem receptus, Orator insignis, Viennae in Collegio Theresiano, Cremsii, Posonii, Lincii magno ubique et concursu et fructu dixit, et cum hic adhuc sublato Ordine per aliquot annos in Paraecia concionari continuasset, pie demum obiit Lincii 10. Febr. 1795. aet. 64.

Extat germanice:

Sermo de Corde Mariae, habitus in Ecclesia Collegii Theresiani, et ex voto nobilis juventutis edita. Viennae Kurzbeck 1763. 4.

Sermo polemicus de Sacrificio Missae. Posonii 1776. 4.

Sermo polemicus de Sacramento Ordinis. Posonii 1771. 4.

(Denis Bibl. Garell. T. I. p. 21. Paintner.)

ERBER Antonius, Germanus, ex illustri Baronum familia in Lugstall Carinthiae Castro 12. Oct. 1695. natus, et act. 17. Societati adscriptus, 4 vota professus et utriusque facultatis Laurea insignis, Cursum triennalem philosophicum Graecii primum tum Viennae docuit; tum ibidem Theologiam Dogmaticam triennio, Graecii autem novennio tradidit ac demum Labaci Rector, cujus Collegii ex patrimonio suo alter ceu fundator habendus est, vir singularis ut doctrinae ita probitatis ac demissionis animi, et S. Aloysio specialiter devotus, cujus ope semel non sine prodigio convaluit, pie obiit 3. Oct. 1746. aet. 51.

Edidit latine:

Topographia Ducatus Styriae Caroli Granelli. Recudit Graecii. Widmanstadii 1727. 12.

Topographia Ducatus Carinthiae et Carniolae. Viennae 1728. 8.

Discussio Peripatetica, in qua Philosophiae Cartesianae Principia per singula fere Capita seu Articulos dilucide examinantur. Opus Jo. Vincentii Congreg. Doct. Christ. Partes IV recudi curavit Viennae Schwendiman 1730. et 31. 8.

Ejusdem Continuatio. ib. 1731. 8.

Panegyricus D. Catharinae V. et M. dictus ab Ant. Margschwendtner Rhetore. Viennae 1734. fol.

Dissertationes theologicae de Conciliis oecumenicis. Graecii 1737. 8.

Epitome Controversiarum Religionem spectantium. Graecii 1739. 8.

Institutiones Dialecticae, seu Brevis quaedam ad reliquam Philosophiam Introductio methodo scholastica elucubrata cum arbore Porphyriana. Viennae Trattner 1750. 8. Tyrnaviae typ. Acad. 1752. et 61. 8.

Cursus Philosophicus methodo scholastica elucubratus. Partes III. Viennae Trattner 1751. 8.

Theologiae Dogmaticae Tractatus I. de Deo uno et trino. II. de Incarnatione. III. de Peccatis, Legibus, Gratia et Merito. IV. de Virtutibus Theologicis. V. de Angelis, Beatitudine et Actibus Humanis. VI. de Jure et Justitia. VII. et VIII. de Sacramentis in genere et in

Digitized by Google

specie. Viennae Casp. Schmid 1747. et 48. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Bibl. Carniol.)

ERBER Bernardinus, Germanus, Labaci in Carniolia 20. Maji 1718. natus, et aet. 16. Societatem ingressus, 4 vota professus, Labaci annis 8 Philosophiae omnes partes docuit, tum in Collegio Nobilium Theresiano Viennae Praefectus, dein tum in hac domo quam in domo professa Bibliothecarius et Historiographus, demum obiit Cremsii 1773. aet. 55.

Edidit latine:

Notitia illustris Regni Bohemiae Scriptorum geographica et chorographica collecta. Pars I. Viennae Kurzbeck 1761. fol. cum mappa generali Bohemiae, 12 specialibus singulorum Circulorum et Prospectu Collegii Theresiani.

Caroli Audrian S. J. Epochae Habspurgo-Austriacae, continuatae ad annum 1740. tabulisque genealogicis auctae. Viennae Kurzbeck 1762. 84.

Adornavit etiam similem Bohemicae Historiam Carnioliae, quam tamen imperfectam reliquit.

In Bibliotheca Caesarea Vindobon. in Msc. n. 975. servatur opus ab eo perfectum in fol. cui titulus:

Anonymi S. J. Presbyteri Provinciae Austr. Theologi Res gestae ac Scripta Virorum S. J. Provinciae Austr. ab an. 1551. ad 1764. pag. 484.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Mensel. Paintner.)

ERBER Georgius, Germanus, Carniolus Gottschevensis nobili familia 20. Sept. 1660. ortus, aet. 18. Societati insertus, et 4 vota professus, tum Philosophiae tum Theologiae diversas partes Goritiae, Lincii et Passavii pluribus annis docuit. Missionem Indicam primum, tum peste in Hungaria grassante exponi incassum petiit. Budae demum Rector, militi moribundo assistens, luem contraxit, ac victima charitatis obiit 25. Maji 1715. aet. 45.

Edidit latine:

Fasciculus Rubricarum utriusque Juris. Lincii Jo. Rödlmayr. 1713. 4.

Discursus de legum acceptatione. ib. 1713. 4.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

ERBER Innocentius, Germanus, Carniolus Labacensis, Theologiae in alterum annum studens 1715. in Societatem admissus, repetita Viennae Theologia in Paraguariam abiit, ubi ab an. 1726. 40 annis impigrum Missionarium egit, et 1766. ibidem est mortuus.

Est ejus:

Epistola Hispali in Hispania 15. Febr. 1727, cum qua Chartam novam Paraguariae, in qua omnes Missiones notatae, transmittit. — germanice in Stöcklein. Parte XIV. n. 334.

ERHARDT Josephus, Germanus, Viennae Austriae 8. Oct. 1736. natus, anno 1755. in Societatem receptus, in Collegio Theresiano Viennae ab anno 1767. 16. annis Praefectum et Professorem inferiorum Latinitatis classium egit, ac demum privatus obiit Viennae.

Scripsit latine:

Epicedion in mortem M. Theresiae Aug. Viennae 1780. 4.

Elegia ad Austriam post mortem M. Theresiae Aug. cum Inscriptione Sepulchri in parentatione Civitatis Vindob. Ibd. 1781. fol.

Germanice:

Concio de Imitatione Jesu Christi. Viennae 1793. 8.

Considerationes pro omnibus hominibus de Resurrectione carnis et Judicio super vivos et mortuos. Ibd. 1801. 8.

Antiquitas et Expositio Consuetudinum et Ceremoniarum in Ecclesia Christiana ordine alphabetico ab initio Religionis Christianae usque ad Saeculum XVIII. Viennae 1805. 8.

ERNST Ferdinandus, Germanus, Viennae Austriae 12. Sept. 1683. natus, a S. Aloysio, cujus singularis imitator et cultor a puero fuit, in Societatem vocatus eandem adiit, reluctante nequidquam parente, 15. Oct. 1698. et 4 vota professus, cum aliquot annis humanitatem, in qua excelluit, Graecii docuisset, Viennae in Domo professa Catechetam et Operarium indefessum nec minus fervidum Concionatorem diversis in locis egit ac demum pie obiit Viennae in Domo Annaea 18. Oct. 1724. aet. 41.

Digitized by Google

Edidit:

Duo libelli Carminum latinorum Caesarum Austriacorum Spectacula a Rudolpho I. ad Josephum I. continentes. Graecii 1707. et 8. in 12. et in Analectis Kleinii.

In primo libello continetur:

Carmen epicum, scil. Epinicion ad Rudolphum I. Herbotum, qui ejus vitae insidiabatur, singulari certamine conficientem.

Alterum ad Albertum I. Adolphum Imperii aemulum superantem. Graecii 1707. 8.

Carmen gratulatorium Alberti II. modestiae.

Item Imperatoris Friderici Pulchri pietati.

Item Friderico IV. seditiosis parcendo civibus sui ipsius victori.

Item Maximiliano I. ob leonem superatum. Graecii 1707. et in Kleinii Analectis.

In secundo:

Carmen item Epicum, in quo

Laurus triumphalis seu Principes victoriae hoc bello gallico de hostibus feliciter relatae.

Trophaeum Carolo V. maximo iracundiae domitori.

Carmen panegyricum Ferdinando I. Religionis avitae propugnatori.

Carmen sotericum Maximiliano II. fatali periculo defuncto.

Carmen parenaeticum Rudolpho II.

Epinicion Caesari Matthiae pietate in Numen Urbium expugnatori.

Mars conjugalibus in vinculis pacificus, seu Hymenaeus Hispano-Austriacus, paradoxis rerum evoluto jam anno 1707. per Europam gestarum expressus. Graecii 1708. 8. prosa et carminum vario genere.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Paintner.)

EROESS Paulus, Hungarus, Nobilis de Bethlehenfalva Sztropkoviae in Comitatu Zempliniensi 25. Jan. 1733. natus, et aet. 15. Societati adnumeratus, exceptis Graecii et Tyrnaviae altioribus studiis, hic in Contubernio regio 7 annis Comites Eszterházianos moderatus, ab an. 1771. Philosophiam Cassoviae docuit, et post abolitionem an. 1791. Capitulo Canonicorum Scepusiensium meritorum ergo insertus est.

Est ejus latine:

D. Ivo oratione panegyrica celebratus. Tyrnaviae 1762. 8.

(Paintner.)

ERTL Thomas, Germanus in Clara Valle, vulgo Zwettel, Austriae inf. oppido natus 3. Dec. 1700., et aet. 18. Societati adscriptus, 4 vota professus, Viennae in Collegio Poesim ac Rhetoricam, tum integram Philosophiam Passavii et Lincii, dein Zagrabiae et Jaurini Casus, Canones et Controversias docuit. Superior subin triennio Temesvarini, Procurator Cremsii et in domo Annaea Viennae, vir zelosus et pius, in ipso S. Tribunali paralysi correptus obiit 2. Martii 1757. aet. 57.

Edidit latine:

Austria Mariana, seu Gratiosarum Virgineae Deiparae Jconum per Austriam origines, progressus ac beneficia singularia. Tomi II. Viennae 1735. et 36. 8. prosa et carmine vario.

Fasti Austriaci in singulos anni menses cum metro tum prosa compendio digesti. Viennae Voigtin 1736. 8. c. fig.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

ERTL Tobias, Germanus, Weitrae in Austria 3. Sept. 1085. natus, aet. 16. Societati adlectus, 4 vota professus, et Philosophiae Doctor, Graecii humanitatem biennio docuit. Tum Budae triennio Philosophiam omnem tradidit. Dein Concionator fervidus annis aliquot, Budae et Neostadii Rector, ac demum Schurzensi domui in Bohemia ad Domum Annaeam Viennae spectanti annis 18. praefuit, tempore etiam belli inter irruptiones hostiles eandem dexteritate, prudentia, mansuetudine sua et fiducia in Coelites mire tuitus. Obiit demum ibidem 5. Dec. 1753. aet. 68.

Edidit versu heroico latino:

Quinque annorum Trophaea post fusum fugatumque ad Petrovaradini moenia Turcam ad consecrandam posteritati Victoriae hujus memoriam supra quinque celebres Urbis Viennensis portas erecta, et a concinentibus totidem laudis Au-

Digitized by Google

striacis exhibita. Graecii Widm. 1717. 12.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

ESTEREICHER Franciscus Xaver., Neostadii Rhetor in provinciam receptus, audita Viennae Philosophia et Theologia Cassoviae, 4 vota professus et utrinsque Facultatis Doctor, Cassoviae Philosophiam quadriennio, ibidem Controversias et Budae Casus biennio praelegit; et ab hoc tempore per omnem vitam in Hungaria indefessum Concionatorem slavicum, Missionarium, Catechetam et Operarium usque ad abolitionem Ordinis egit. Obiit 1788.

Recudi curavit latine:

Anonymi Belae Regis Notarii Historia Hungarica de 7 primis Ducibus Hungariae ex Msc. Bibl. Caes. Vindob. Viennae 1746. primum in lucem data. Cassoviae 1747. 8.

(Wittmann.)

FABER Georgius, Germanus, Bavarus Aichensis 31. Maji 1638. natus et aet. 19. in Provinciam Austriacam receptus. Tyrnaviae ac Viennae alia inter munia Poesim et Rhetoricam docuit, ac pie obiit in Domo professa 29. Jul. 1693. aet. 55.

Ejus latine:

Fons verae Sapientiae ab Ortosopho quaesitus et inventus Viennae 1670. 12.

Ludovici Regis Hungariae II. mors inspperata, poemate descripta 8.

Bivium Religionis.

(Wittmann. Paintner.)

FABER Jacobus, Hungarus, de quo non aliud constat, quam iniquissimis patriae temporibus simul pro concione germanice dixisse, et Poesim cum Rhetorica docuisse Tyrnaviae, ubi edidit latine:

Herculis Christiani S. Francisci Xaverii S. J. Indiarum Apostoli et Thaumaturgi labores duodecim. Tyrnaviae 1664. 8.

(Paintner.)

FABER Sebastianus, Lusitanus Ulyssipone 8. Maji 1718. natus et Lincii aet. 20 in Provinciam Austriacam susceptus, ac 4. vota professus, Philosophiam Graecii, ubi et ejusdem Doctor creatus, et Viennae in Collegio Theresiano docuit. Tum in Imperium ad Castra Caesarea Curionum sacrorum Praeses translatus, morum integritatem semper conservavit. Norimbergae per Quadragesimam bis in hebdomada ad populum maximo cum fructu dixit; tam vero gregario militi quam ipsi Hildburghusiano Principi ob morum suavitatem et in loquendo agendoque prudentiam adeo acceptus aestimatusque fuit, ut hic eum continuo ad mensam adhiberet, dum febri correptus vitam piam non pie minus finivisset 21. Dec. 1758. aet. 40. deploratus a summis et infimis, et in tumba Ecclesiae S. J. Bambergae sepultus.

Vertit in germanicum:

Vita et mors Jesu Christi ex 4 Evangelistis, ex hispanico P. Ludovici de la Palma S. J. Viennae. Ghelen. 1755. 8.

Jesus in Cruce moriens exemplar sanctae Mortis, ex gallico P. Tribolet S. J. Viennae. Kurzbeck 1756. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Denis Bibl. Garell. T. 1. p. 19.)

FABRI Franciscus, Hungarus, Levensis 10. Aug. 1726. natus, Societatem adiit Viennae 1743. et absolutis studiis 4 vota professus, continuo Concionator et Operarius, et per plures annos in diversis Hungariae locis Missionarius, abolito Ordine obiit.

Edidit Magister latine:

Locumtenentes Hungariae sub Regibus Austriacis. Cassoviae typ. Acad. 1753. 12. carmine elegiaco.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

FAITSER Franciscus, (Feicher), Hungarus in Keresztúr provinciae Soproniensis 28. Oct. 1733. natus, Budae 1753. in Societatem receptus, absolutis insigni cum

Digitized by Google

laude Tyrnaviae et Viennae sublimioribus studiis 4 vota professus, Philosophiae et Theologiae Doctor Ethicam Tyrnaviae, Philosophiam biennalem Budae bis, Controversias fidei Cassoviae praelegit; et soluto Ordine Canonicus Ecclesiae Cathedralis Sabariensis, Archigymnasii primum Quinque-ecclesiensis tum Posoniensis Director ac ultimo decennio Curio Quinque-ecclesiis ferventissimus ibidem pie decessit 1793 aet. 60.

Edidit latine:

Oratio de intemerato Virginis Conceptu. Viennae 1756. 4.

Encomium inter alia poemata, quae Georgio Klimo Ep. Quinque-eccl. in grati animi significationem oblata ob donatum studiosae juventuti incunti anno scholastico 1777. xeninm. sc. Franc. Sacchini S. J. opuscula de ratione libros cum profectu legendi, et de cavenda moribus noxia lectione.

Laudatio funebris eidem dicta. Ibid. 1777. fol.

Gratulatio in Cardinalitiam dignitatem Em. Principis Jos. e Com. Bathyan AEpisc. Strigon. Posonii 1778. Carmine heroico.

Inauguratio Regiae Scientiarum Academiae Budensis. Posonii 1780. 8. Carmine heroico.

Oda in obitum M. Theresiae Aug. Ibid. 1789.

Oda ad Paulum e Com. Eszterházi, inauguratum Episcopum Quinque-eccl. Posonii 1783.

(Bibl. Szechen. Pauitner.)

FALK Gregorius, Germanus, Viennae Austriae 19. Junii 1737. natus, et aet. 16. Societatem ingressus, cum severiores scientias maxima ingenii sui commendatione Graecii et Viennae publice defendisset, 4 vota professus Philosophiam Passavii et Theologiae Doctor creatus, ultimo triennio Linguam sacram in Universitate Vindobonensi docuit, et sublato Ordine Operarium indefessum Viennae egit, ac tandem viribus jam fractis media nocte a moribundo redux in gradibus concidit ac pie obiit.

Vertit e gallico in latinum:

Colini Mac-Laurini Expositio Philosophiae Newtonianae. Viennae Trattner 1761. 4. c. fig.

(Denis Bibl. Gar. T. I. p. 20. Mensel Lexic.)

FALUDI Franciscus, Hungarus, Ginsii in Comitatu Castriferrei 1. Apr. 1704. nobili loco natus, et aet. 16. Societati adscriptus, 4 vota professus, Philosophiae ac Theologiae Doctor, illam primo Lincii tum Graecii praelegit. Dein Romam missus, Poenitientarii munus ad S. Petri pro Hungaris quinquennio gessit. Redux Tyrnaviae Scripturam S. exposuit; subin in Collegio Theresiano Minister, Rector Ginsii, Posonii pluribus annis Scholis inferioribus et Bibliothecae praefectus, sublato Ordine vir in vario scientiarum genere conspicuus, linguam patriam adeo excoluit, ut Cicero hungaricus merito adpellaretur. Obiit in oppido Rohoncz, quo se litteris unice vacaturus contulit, vir simul religiosissimus 18. Dec. 1779. aet. 75.

Edidit latine:

Elementa Geometriae Ign. Gaston Pardies recudi curavit Graecii 1738. 12. cum Praefatione.

Collectiones Mathematicae ex Architectura militari. Graecii Widmanst. 1739. 8.

Hungarice:

Juvenis nobilis ad virtutem et beatam vitam institutus a Jos. Dorell S. J. anglice scripta — ex italico hungarice versa. Tyrnaviae 1748. et 71. 8. Posonii 1687. 8.

Mulier nobilis ad virtutem et beatam vitam instituta. Cum Dialogo de vita militari et aulica. Ex eodem Dorell. Tyrnaviae 1748. Budae 1749. 8.

Aulicus Balthasaris Gracian S. J. — ex germanico hungarice. Tyrnaviae et Posonii 1750. 70, 72. in 8 et 12.

Vir sapiens seu ad virtuosam Sapientiam manuductio. Posonii 1778. 8.

Vir sanctus, seu ad Vitam sanctam manuductio. Posonii 1787. 8.

Opera poetica, latina et hungarica, inter quae Eclogae, Constantinus Porphyrogenitus, Tragoedia ex italico hungarice reddita, et plura ad hanc linguam spectantia, collecta et edita a Nic. Révai Scholarum piarum. Partes II. Jaurini 1786. et 87. Posonii 1788. 8.

Noctes hyemales, seu Sermones, quibus longae hyemis noctes vincantur, editae ab eodem. Posonii 1787. 8.

Confecit etiam plures elegantes cantilenas

Digitized by Google

latinas et germanicas; et Comoediam actam Ginsii 1751. Julius Caesar in Aegypto.

(Horanyi. Gött Gel. Anz. 1784. Bibl. Szechen. Paintner.)

FARKAS Franciscus, Hungarus, praenobili genere de Boldogfa 13. Dec. 1742. ortus et aet. 16. Societati Viennae insertus, absoluta Tyrnaviae Theologia, ibidem anno uno Praefectus in Convictu regio, soluto Ordine 30 annis Parochus in Nemes - Apáthi Comitatus Szalad. an. 1803 a Francisco Imp. Canonicus Wesprimiensis nominatus.

Edidit latine:

Eucharisticon Benedicto Sajgho. Ord. S. Bened. ad S. Martinum Archi-Abbati, vota Deo secundum profitenti. Carm. lyr. Tyrnaviae 1767. fol.

Panegyricus D. Francisco Xav. dictus. Tyrnaviae 1768. 12.

(Paintner.)

FASCHING Franciscus, Hungarus, Tyrnaviae 12. Aug. 1686. natus et aet. 18. Societatem ingressus, 4 vota professus et Philosophiae Doctor, Mathesim Cassoviae, Philosophiam Claudiopoli ibidemque serius Controversias tradidit. In patrii juris cognitione excellens Societatis causam in Hungariae Comitiis egregie defendit. Cum enim Acatholici ex legatis juramenti formula B. Virginis et Sanctorum invocationem expungi vellent, ipse Catholicis Proceribus revocando in memoriam, quid in Sodalitiis Marianis spopondissent, ne cederent, persuadit. Diversis in locis Concionator et Missionarius, Jaurini et Cassoviae Regens Convictus, Residentiae Szatmáriensis Superior, Agriae Praefectus spiritus, demum Gyöngyösini absoluto Sacrificio apoplexia ictus repente obiit 6. apr. 1747. aet. 61.

Edidit latine:

Allegoria Sacra in Daphnide Deum Hominem continuata metaphora exhibens. Tyrnaviae typ. Acad. 1712. 12.

Mausolaeum honoris Sociis Jesu caeterisque animarum zelotibus nuperrime per Hungariam ab obsequiis pestiferorum defunctis erectum. Tyrnaviae 1713. 12.

Dacia vetus ex probatis Scriptoribus deprompta, antiquitatis Cultoribus oblata. Claudiopoli 1725. 8.

Dacia nova ex probatis Scriptoribus deprompta. Partes V. Tomi II. Claudiopoli 1743. et 44. 8. Describit in utraque praecipue primas et recentes conversiones.

Dacia Siculica seu Descriptio pestis Transylvaniae, quam Siculi incolunt. Claudiopoli 1731. 12.

Soliloquia sacra ad curandam aeternae salutis incuriam accomodata. Posonii 1729. 8.

Motiva quinquaginta ad praeeligendam Catholicam Religionem, primae omnium mortalium utilitati, Catholicis, ut in fide firmentur, Acatholicis, ut ab errore revocentur. Claudiopoli 1736. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Horanyi. Benkö. Adelung. Bibl. Szechen. Paintner.)

FASTL Christophorus, Germanus, Styrus Kallstorfensis 18. Apr. 1735. natus, et Graecii in Societatem receptus 1762. absolutis studiis tertio probatus, Rhetoricam Graecii anno uno docuit, tum Concionatorem Judemburgi, Posonii, Budae, Clagenfurti usque ad sublationem Ordinis egit.

Edidit germanice:

Sermo eucharisticus in annua commemoratione recuparatae Budae. Ib. 1767. 4.

FÁY David Aloysius, Hungarus nobilis, in gentilitio Castello Fáy 22. Febr. 1721. natus, et ab ipso patre ante decennium e Calvinismo lectione Compendii Controversarium fidei Card. Bellarmini converso 1736. Viennam ad tyrocinium adductus, absolutis vix studiis, Indias, quo dudum gestiit, petiit, et quidem in Maragnoniam, Americae meridionalis in Brasilia sub ditione Lusitanica insulam 1752. evocatus pluribus annis strenuum Operarium egit, nihilominus pro laborum merito, sub ministerio Pombalii in Europam cum Sociis reductus, et decennio in squalidis carceribus Ulyssipone detentus, et miseriis consumtus piissime obiit 12. Jan. 1767. aet. 46.

Edidit, cum in provincia esset, versu elegiaco:

Regia Serenissimi Archiducis Josephi indoles, felicitatis futurae prodroma. Tyrnaviae typ. Acad. 1745. 8. stilo mixto.

Digitized by Google

Traduxit e lusitanico in latinum:
Apologiam P. Benedicti de Fonseca pro Societate Jesu.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Paintner.)

FEICHTENBERGER Josephus, Germanus, Graecii in Styria natus, et Viennae in Societatem receptus, cum audita Philosophia, litteras humaniores aliquot annis docuisset, Tyrnaviae Poeta, juvenis angelicae vitae, et S. Ignatii tenerrimus Cultor huic labori succubuit febri acuta praemature sublatus 23. Junii 1717.

Edidit latine:
Epistolae laureatae anno primo belli turcici Augustissimo Carolo Caesareisque armis ter secundo conscriptae. Tyrnaviae typ. Acad. 1717. 12. eleganti versu elegiaco.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

FEKETE Josephus, Transylvanus ex nobili familia de Sordatsalva Bardozini 31. Jan. 1713. natus, ex Unitario Catholicus, absoluta Claudiopoli Philosophia aet. 22. Societatem ingressus, 4 vota professus, humanitatem ac Philosophiam Claudiopoli docuit, ad populum dixit, Congregationibus praefuit, ac sedulus in diversis Hungariae locis Operarius, post abolitum Ordinem Coronae Saxonum in Transylvania degens obiit 1789. aet. 73.

Edidit latine:
Idea christiani militis in Godefredo Buillonio Hierosolymae expugnatore, carmine epico expressa. Claudiopoli 1742. 12.
Gesta S. Nicetae veteris Daciae Episcopi et Apostoli. Claudiopoli 1750. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Paintner.)

FELKER Andreas, Hungarus, Szakolczae 30. Nov. 1698. natus, aet. 18. Societatem adiit, et 4 vota professus Cassoviae Philosophiae Doctor, eandem triennio docuit. Tum Solnensi domui praefectus, cum infirmis domi forisque pro zelo suo diu noctuque assisteret, altero anno hausto ab infirmo milite veneno victima charitatis occubuit Solnae 21. Martii 1737. aet. 39.

Edidit latine:
Arcana naturae et artis. Pars I. Cassoviae typ. Acad. 1734. 12. Pars II. ib. 1735.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

FENZL Adamus, Germanus, Passavii 7. Oct. 1697. natus, aet. 18. Societatem in provincia Austriaca ingressus, 4 vota professus, et in utraque facultate Viennae Doctor creatus, cum utramque scientiam diversis in locis docuisset, ob Juris pontificii praecipuam scientiam ubique consultus, pie demum obiit Clagenfurti 17. Junii 1759. aet. 62.

Sunt ejus latine:
Theses Canonicae. Viennae 1741. Leop. Kaliwoda fol.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

FERNER Ignatius, Germanus, Graecii in Styria 6. Nov. 1708. natus, aet. 17. Societati adscriptus, et 4 vota professus, Concionatorem strenuum annis 14 diversis in locis, ac demum Viennae in domo professa egit, et sublato Ordine pie obiit Neostadii 1780. aet. 72.

Edidit germanice:
Sacra solemnis dictio, cum de constituta pace publicae gratiae agerentur. Clagenfurti 1749. 4.
Sermo panegyricus S. Romedio. Viennae Greg. Kurzbeck 4.
Panegyris B. Ottwino. Viennae Jos. Kurzbeck 1757. 4.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

FERNIZ Ignatius, Germanus, Viennae Austriae 13. Apr. 1716. natus, aet. 15. in Societatem receptus, et 4 vota professus, cum pluribus annis diversis in locis cum laude ad populum dixisset, Viennae in Domo professa Congregationis 72 Discipulorum ab anno 1759. Praeses ad abolitionem usque Ordinis fuit, pieque obiit Viennae 11. Maji 1776. aet. 66.

Edidit germanice:
Sermo in professione Sororis suae Mariae Michaelae Theresiae et duarum aliarum Coelestinarum. Styrae Jo. Jahn 1741. 4.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

FERRECIOLI Antonius, Italus in Insula Cherso ditionis Venetae 5. Mart. 1654.

Digitized by Google

natus, et aet. 15. in Provinciam Austriacam receptus, ac 4 vota professus, diversis munuis promta semper cum obedientia obitis, vir vitae illibatae et eximiae pietatis obiit Flumine 17. Apr. 1733. aet. 79.

Conscripsit in senio Volumen Odarum italicarum.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

FIEGER Tobias, Germanus, ex illustri Familia in Innersee Austriae oppido 17. Dec. 1659. natus, et aet. 18. in Societatem receptus, 4 vota professus, Philosophiae Doctor, eaudem Clagenfurti, Theologiam moralem ibidem, ac Goritiae et Zagrabiae pluribus annis docuit. Tum S. Cathedrae admotus in Transilvania primum ab haereticis multa perpessus, tum Budae ingenti ut fervore ita fructu dixit, et Operarius simul indefessus, pestifera lue ab infirmo contracta piissime ibidem obiit 25. Apr. 1710. aet. 51.

Extant ejus:

Panegyres Josephinae. Viennae Vidua Cosmerovii 1692. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

FILE Andreas, Hungarus, natus Unguarini 30. Nov. 1736. et 1755. Trenchinii in tyrocinium admissus, absolutis studiis tertio probatus, ab anno 1769. adjunctum Missionarii per Dioecesim Jauriensem et Vacensem egit, et soluto Ordine Budae Philosophiae Doctor creatus, aliquot annis humaniores litteras docuit, dein Exhortatorem et Catechetam studiosae juventutis egit, ac denique ibidem obiit 1. Oct. 1792. aet. 56.

Edidit latine:

Ecloga, qua Damon Palladi Encaenio novi Templi celebranti gratulatur; seu Archigymnasio Regio Budensi nova aedificia ingredienti applausus. Budae typ. Univ. 1785. 4.

Oda Laudonio supremo belli Duci Belgradum fortiter adgredienti, feliciter expugnanti oblata. Budae 1789. fol.

Laudonio devicto Turca reduci. Carmen hexametrum. Budae 1789. fol.

(Bibl. Szechen. Paintner.)

FILNBAUM Ferdinandus, Germanus, Novem-Ecclesiis, Austriae oppido, 3. Maji 1717. natus, et aet. 16. Societatem ingressus, 4 vota professus et Philosophiae Doctor Poesim primum ac Rhetoricam Viennae, tum Philosophiam Lincii et Passaviae, ac demum diversas Theologiae partes Labaci, Clagenfurti, Passavii, Lincii docuit et demum Traunkirchii Superior, sublato ordine obiit 1785. aet. 68.

Edidit latine:

Amoris sacri et profani Certamen mutuis epistolis expositum. Viennae. Kaliwoda 1749. 8.

Metamorphosis Locustarum. Viennae. id. 1750. 8.

Oratio gratulatoria Cels. ac. Rev. S. R. I. Principi Josepho Mariae e Comitibus de Thun Episcopo Passaviensi in ejus auspiciis. Passavii Mangold 1762. fol.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

FILZ Casparus, Germanus, Silesia 13. Maji 1613. natus, studiorum rectaeque fidei in Silesiam introducendae causa cum aliis nobilibus juvenibus missus Graecium in Styria in Convictu educandus, Societatem hic adiit aet. 17. et humanitatem pluribus annis docuit. Professus subin 4 vota Philosophiae Doctor Dialecticam Viennae tradidit biennio, Theologiam polemicam et moralem diversis in locis octennio. Dein 16. annis concionatus, scholis et Congregationibus praefuit ac demum pie obiit Graecii 27. Sept. 1670. aet. 51.

Edidit latine:

Decreta sacrae Rituum Congregationis ad Missam et officium divinum spectantia. Graecii 1668. 8.

Manuale Parochorum, saepe variis in locis recusum.

Prosopopoeiae sacrae XXIV. Graecii 1670. et in Analectis Kleinii.

(Propylaeum Bibl. Un. Graec. Gesta et Scripta Prov. Austr.)

FISCHER Joannes, Germanus, Viennae Austriae 3. Mart. 1726. natus, aet. 17. Societati adnumeratus, absolutis cum laude studiis, tertio probatus, cum in alterum annum Mathesim et Architecturam in Collegio Nobilium Theresiano Viennae docuisset, ibidem cum magna doctrinae et virtutis laude praematura morte ablatus est 30. Julii 1762. aet. 36.

Digitized by Google

Extat ejus latine:

Panegyricus S. Ignatio. Viennae Kaliwoda. 1752. 12.

Panegyricus S. Francisco Xav. ib.

In Msc. reliquit vastum Tomum Collectanea de variis materiis, praesertim mathematicis et historiae naturalis, complectentem.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Paintner.)

FISCHER Leopoldus, Germanus, Viennae Austriae 28. Mart. 1703. natus et aet. 15. Societatem ingressus, 4 vota professus, et Philosophiae Doctor ob singularem facundiam mox S. Cathedrae admotus, Viennae primum in Domo professa festis quadriennio dixit, ubi simul feriis 4. et 6. verni jejunii in Aula peroravit. Tum eodem munere Passavii, Lincii, Posonii, Sopronii et ad S. Annae Viennae annis 14 functus, ibidem post Praefectum Bibliothecae Catecheticae egit, simulque diversis annis apud Ursulinas, Moniales S. Laurentii et S. Jacobi et semel in Domo professa verno jejunio quinquies per hebdomadam et aliquot annis dominicis et festis mane in Sacello Caesareo palatii aestivi concionatus est ac demum vir in Historia patria eruditus abolito Ordine pie obiit Viennae in Domo Annaea 11. Apr. 1787. aet. 78.

Edidit latine:

Panegyricus B. Virgini Immaculatae ad S. Stephani coram Caesareis Majestatibus dictus. Viennae Voigtin. 1730. 4.

Panegyricus S. Catharinae. Viennae. ib. 1729. fol.

Item D. Ursulae et Soc. MM. eodem anno et loco.

Item D. Joanni Evang. Viennae 1730. fol.

Brevis Notitia Veteris Urbis Vindobonae ex variis documentis collecta et Josepho II. Rom. Regi ab Austriaca Societate Jesu oblata. Vindobonae. Trattner. 1764. 4. (sine nomine).

Notitia Veteris Urbis Vindobonae. Editio altera auctior. Partes IV cum III supplementis. Viennae 1767—75. 8. Opus valde aestimatum et in suo genere facile optimum.

Chronicon novissimum Austriacum a Regimine Leopoldi M. ad haec usque tempora continuatum. Tom. XIV ab anno 1608. ad 1677. Viennae. 12.

Germanice:

Concio S. Ursulae et Sociabus MM. Viennae. 1730. 4.

Conciones quadragesimales ad Aulam Caesaream habitae. Viennae. Heyinger. 1737. 4.

Funebris Sermo Carolo VI. Augusto. Lincii Feichtinger 1740. fol.

Panegyricus S. Cassiano Tyrolis Patrono. Viennae. 1741.

Panegyricus S. Augustino ad S. Floriani in Aust. Sup. Canonicorum Collegio dictus. Lincii Feichtinger. 1742. 4.

Concio in comprecatione 40 horarum de Austria a Deo pressa et elevata. Lincii. 1742. id. 4.

Eucharisticon de liberato a Gallis Lincio. ib. Feichtinger. 1742. 4.

Panegyricus S. Joanni Nepom. Sopronii Rennauer. 1744. 4.

Eidem. Viennae. Schilgen. 1751. 4.

Eucharisticon ob liberatum Sopronium ab oppugnatione Rákóczianorum. ib. Rennauer. 1744. 4.

Concio funebris Cels. et Rev. D. S. R. I. Principi et Archiep. Strigoniensi Emerico e Principibus Eszterházy Hungariae Primati in ejus exequiis dictus. Posonii Royer. 1746. fol.

Concio in B. V. Mariae Pötschensis, quae Viennae ad S. Stephani colitur annua solemnitate. Viennae. van Ghelen. 1747. 4.

Panegyricus DD. Cyrillo et Methodio Moraviae Apostolis et Patronis. Viennae. van Ghelen. 1749. 4.

Crucifixus Exemplar bene vivendi et moriendi per Conciones quadragesimales propositus. Viennae. Kurzbeck. 1755. 4.

Crucifixus filius Dei objectum christianorum affectuum per 14 Sermones in Quadragesima propositus. Viennae Kurzbeck. 1757. 4.

Reminiscentiae ad Lectores Dissertationum de Controversiis historicis P. Math. Fuhrmann. Viennae. 1764. 8.

Instructio utilis de officiis parentum in liberos et liberorum in parentes. Viennae. Jahn. 1766. 12.

Necrologium Habspurgico-Austriacum. In Msc. servatur in Bibl. Caesar. n. 1979. sub signo IX. in 4.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Mossel. Paintner.)

Digitized by Google

FITTER Adamus, Hungarus, Hrussovidi in Comitatu Nitriensi e nobili familia 8. Febr. 1679. natus et a puero pravis opinionibus imbutus, sed Tyrnaviae, quo studiorum causa missus, fidem Romanam amplexus eandem contra matrem ac propinquos fortissime tuitus est; conversus liberatione obsessi, e cujus ore daemon eum amicum suum dixit. Societati dein se dedit 1696. et absolutis studiis 4 vota professus Philosophiae et Theologiae Doctor zelo aestuans animas vel in Indiis lucrandi, cum diversis in locis Philosophiam et Theologiam doceret, Operarii munus nunquam sejunxit. Clandiopoli dein Cassoviae et Tyrnaviae Collegii simul et Academiae Rector diem negotiis, noctem pietati impendit. Ecclesiae postea Transylvanicae graeci ritus decreto regio gubernator datus, coetum sacrum edixit, in quo saluberrimas sanctiones a toto conventu approbatas proposuit et 400 Sacerdotes a Pontifice Romano sejunctos cum eo univit et Ecclesiam hanc vacantem ultra annum summa omnium gratulatione gubernavit, frustra modis omnibus tentatus, ut ipsam Episcopalem sedem acciperet. Sui corporis osor acerrimus interula setosa, flagris, vigiliis, inedia illud continuo afflixit, diebus jejunii, quibus ipse plurimos addidit, ne semel quidem se satians. In senectute Regens Convictus Tyrnaviae vulneribus in cruribus multum afflictus ad S. Georgii prope Tyrnaviam piissime obiit 11. Nov. 1741. aet. 62. Corpus in crypta Patrum piarum scholarum reconditum post 8 annos consumtis vestibus incorruptum repertum est. Elogium ejus in Franc. Kazi Posthuma memoria et in Carminibus a Jo. Gyalogi, Steph. Vargyas et Jos. Bartakovits in ejus laudem editis.

Extat ejus ludus publicus latinus, cui titulus:

Carolus I. superatis aemulis Hungariae Rex electus. Tyrnaviae. typ. Acad. 1712. 12.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

FLEISCHER Daniel, Germanus, obiit Clagenfurti 28. Apr. 1688, et cum Viennae Sacerdos Poesim doceret, edidit:

Gloriosae laureae D. Francisco Xaverio S. J. Apostolo et Thaumaturgo ab utroque orbe impositae. Carmen epicum. Viennae 1682. Cosmerovii 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

FLEISCHER Josephus, Germanus, Oppavii in Silesia 7. Apr. 1680. natus, et aet. 18. Societati in provincia Austriaca insertus, Sacerdos factus totum fere vitae tempus concionando et salutem animarum per provinciam procurando contrivit ac pie obiit Clagenfurti 1. Dec 1742. aet. 62.

Scripsit multa latine et inter alia Historiam Collegii Clagenfurtensis.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

FLORIANSCHIZ Georgius, Sacerdos Graecii Poesim et Rhetoricam annis singulis, et Philosophiae ibidem Doctor eandem triennio docuit. Obiit Viennae 20. Jan. 1654.

Edidit latine:

Sapientia coronata versu elegiaco. Graecii 1652. Widm. 4.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

FOCKY Antonius, Germanus, nobili stirpe Viennae Austriae 29. Mart. 1711. natus, et aet. 15. Societatem ingressus, 4 vota professus et Theologiae Doctor, Poesim et Rhetoricam Viennae, Philosophiam Lincii, Casus et Sacras Leges Graecii explanavit. Hinc in Lusitaniam missus Gynaeceo Reginae quinquennio a Confessionibus fuit. Redux Minister in Collegio Viennensi, Rector Styrae, Cremsii, Labaci et Clagenfurti, rursus Minister in Domo professa, sublato Ordine in locum thaumaturgum B. V. Mariae in Lanzendorf prope Viennam se contulit, et in Coenobio PP. Franciscanorum pie obiit 1782. aet. 71.

Extant ejus latine:

Laudes posthumae Caroli VI. Imp. bello, pace, Religione magni, versu cum Emblematibus, cum ei S. J. Collegium parentaret. Viennae Kaliwoda 1741. 8. c. fig.

Ex his Epigrammata quaedam in Analectis. Kleinii T. II.

Exercitationes oratoriae in triplici causarum genere. Viennae 1742. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Paintner.)

Digitized by Google

FOCKY Jacobus, praecedentis frater, Germanus, Viennae Austriae 17. Febr. 1707. natus, et aet. 15. Societati adjunctus, 4 vota professus, Philosophiae et Theologiae Doctor, utramque Viennae pluribus annis docuit. Tum Lincii Seminarium Nordicum, dein Collegium ibidem, ac denique Convictum Viennensem ad obitum usque rexit, qui contigit 1775. aet. 68.

Edidit latine:

Xaverius Ulyssipone somnians. Graecii 1740. 16. carmine elegiaco.

Scriptores antiquissimae ac celeberimae Universitatis Viennensis ordine chronologico propositi. — Pars III. Saeculum III. Viennae 1702.

Optica colorum ex gallico R. P. Castel S. J. Pars I. Viennae 1744. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

FOCKY Joannes Bapt., Germanus, praecedentium frater, Viennae Austriae 17. Jun. 1714. natus, aet. 19. Philosophia absoluta Societatem ingressus, nuncupatis 4 votis, Lincii Ethicam ac Philosophiam triennalem docuit, et cum Socius Magistri novitiorum Viennae quadriennio fuisset, Controversias, Casus, Canones Lincii, Graecii ac Clagenfurti praelegit; Rector demum Leobii et Passavii, et soluto Ordine ibidem Consiliarius Ecclesiasticus Cels. Principis et Episcopi, obiit.

Sunt ejus latine:

Assertiones ex Universa Philosophia. Lincii 1750. 4.

(Bibl. Theres.)

FODOR Michael, Hungarus, in Balatva prope Agriam vico provinciae Borsodiensis 28. Sept. 1709. natus, et aet. 17. Lentschoviae Rhetor tyrocinium Trenchinii 1727. ingressus, 4 vota professus, Philosophiae Doctor eandem quadriennio Tyrnaviae praelegit; tum ab anno 1749. ad 1763. Trenchinii Rector et Magister Novitiorum; deinAgriae ac Cassoviae Rector, ac demum Agriae Instructor Patrum tertiae probationis, vir magni spiritus, ut munia gesta testantur, soluto Ordine ibidem privatus vixit, consultus tamen ab omnibus ob singularis prudentiae et sanctitatis famam, et decessit 1775. aet. 66.

Edidit latine:

Heroes illustres belli (Italici 1734.) panegyrica oratione celebrati. Cassoviae 1736. 12. latine.

Methodus agendae verae poenitentiae, ad conversionem peccatoris necessariae. Tyrnaviae 1746. 12. Cassoviae 1730. 12. hungarice.

(Bibl. Saechs. Paintner.)

FOELDVARI Michael, Hungarus, Posonii natus, 11. Aug. 1672. et e Collegio Pazmaniano Viennae aet. 19. Societatem ingressus, 4 vota professus et Philosophiae et Theologiae Doctor illam Tyrnaviae, hujus partes fere omnes Claudiopoli, Cassoviae, Tyrnaviae pluribus annis docuit, ac diversis muniis functus, Jaurini Regens Convictus pie obiit 27. Febr. 1746. aet. 74.

Edidit latine:

Quaestiones historicae de rebus Hunnicis, Avaricis et Hungaricis. Tyrnaviae 1712. 12.

Idea Principum in Sapientia coronata Mathiae Corvini Regis Hungariae trigesimi quarti. Tyrnaviae typ. Acad. 1713. 8.

(Bibl. Saechs. Paintner.)

FOLTINOVITS Georgius, Hungarus, audita Tyrnaviae Philosophia, Societatem 1726. petiit, et absoluta Theologia in tertia probatione Nevsolii pie obiit 21. Maji 1738.

Est ejus latine:

Oratio panegyrica de S. Francisco Xaverio. Tyrnaviae 1734. 12.

(Paintner.)

FONOVICH Joannes, Hungarus, in Also-Laszlo, provinciae Soproniensis vico natus 20. Nov. 1715, et aet. 19. Sopronii in Societatem admissus, 4 vota professus, Philosophiam et Theologiam, cujus utriusque Doctor creatus est, Claudiopoli, Budae, Jaurini, Tyrnaviae et Cassoviae docuit annis 12. Dein Superior Residentiae Carolinae, Budae Minister ac Praefectus altiorum scholarum, demum Minister Agriae sublato Ordine in Hedervu Comiti Viczai a sacris pie obiit 1788. aet. 73.

Edidit latine:

Digitized by Google

Hungaria fida Austriae. Tyrnaviae typ. Acad. 1743. 8. Poema heroicum.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

FORCHONDT Hieronymus, Viennae in Austria 30. Apr. 1701. natus, et aet. 16. Viennae Rhetor Societati insertus, severiores litteras tanto cum profectu excepit, ut 4 vota professus, philosophica non minus quam theologica laurea exornatus, in utraque disciplina docenda majorem vitae partem absumserit. Viennae enim ab anno 1739. Philosophiam omnem quadriennio, tum Graecii ac Viennae Controversias, Casus, Scripturam S. et per annos plures in utraque Universitate Theologiam dogmaticam explanavit. Gubernio dein admotus ab anno 1751. Collegium Styrense, Lincense ac ibidem Collegium Nordicum ac demum Neostadiense rexit. Minister denique ad S. Annae Viennae pie obiit 19. Febr. 1768. aet. 67.

Tribuitur ei:

Historia Regni Hungariae ab anno Saeculi XVII. primo usque ad annum 37. Tyrnaviae 1737. fol.

Recudi curavit, Jo. de Ulloa S. J. Decades tres principiorum pro intelligentia S. Scripturae. Graecii 1748. 12.

(Pagellae publicae.)

FORESIUS Joannes, Italus, Luganensis in Ducatu Mediolanensi 13. Dec. 1624. natus, et aet. 17. in provinciam Austriacam receptus, 4 vota professus et utriusque facultatis Doctor, ipsis 35 annis humaniores classes, Philosophiam, et Theologiae diversas partes Tyrnaviae, Graecii ac Viennae docuit, et singularis cultor B. V. Mariae Cultum etiam ejus 19 annis Sodalitii praeses apud studiosam juventutem singulariter promovit. Constantiae suae non vulgare exemplum in turbis hungaricis dedit, dum in carceres raptus, opprobriis et verberibus affectus, et jam in eo esset, ut sub furca lethalem ictum acciperet, miro Dei consilio liberatus. Denique gloriosus Confessor Leobii pie obiit 3. Apr. 1682. aet. 58.

Edidit latine:

Epigrammata. Viennae 1656. 8.

Annus Domus Austriacae jubilaeus, septenno Planetarum numero in Austriacis Heroibus expressus. Viennae 1673. 8. stilo elegiaco.

Saeculum Marianum Sodalitatis B. V. Mariae in Coelum assumtae in Collegio Acad. S. J. Viennensi autoritate apostolica erectae et confirmatae, exhibens compendium operum per eam laudabiliter gestorum cum Catalogo Rectorum et Praefectorum, pro xenio novi anni oblatum 1678.

Allocutiones oratoriae in Solemnitatibus Christi, B. V. Mariae et Sanctorum. Viennae 1679. 8.

Ex Italico latine reddidit:

Historia de initio et progressu Missionis Chinensis. Viennae 1665. 8.

Beneficia a thaumaturgo Indiarum Apostolo diversis praestita, Graecii 1669. 12.

Virtus coronata Principum Austriacorum Eusebii Nierembergii. Viennae 1675. 8.

Cliens Marianus Pauli Segneri. Viennae 12. recusus Tyrn. 1661. Viennae 1679. Passavii 1686.

Perpende bene.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Paistaer.)

FORNI Carolus, Germanus, Graecii in Styria 31. Jul. 1728. natus, et aet. 19. Philosophus absolutus Societatem ingressus et absolutis cum laude studiis tertio probatus, cum anno uno in Collegio Nobilium Theresiano Syntaxim docuisset, 4 vota professus, ob singulare dicendi donum Lincii, Graecii, Labaci, Neostadii, Comeromii 10 annis concionatus, soluto Ordine Comeromii pie decessit 19. Maji 1801. aet. 73.

Edidit germanice:

Concio funebris in obitu Francisci I. Rom. Imp. in Exequiis ei a Collegio Graecensi S. J. habitis. Graecii 1765. fol.

FORRÓ Georgius, Transylvanus, illustri sanguine natus 1571. aet. 17. Societatem amplexus, et 4 vota professus, post traditas humaniores litteras Philosophiam ac Theologiam speculativam docuit Graecii, utriusque facultatis Doctor renunciatus. Zelum animarum, quo aestuavit, in variis missionibus per omnem Hunga-

Digitized by Google

riam et Dalmatiam novennio exercuit; aptissimus posthac habitus, qui Patres tertiae probationis eodem spiritu imbueret. Rexit dein Collegium Zagrabiense et Tyrnaviense et Provinciam totam Austriae quinquennio ac suavitate morum, candore animi, prudentia, charitate, et virtutum omnium exemplo omnium sibi animos devinxit. Demum rursus Collegii Tyrnaviensis, ubi jam septuagenario majus Templum splendidissimum sumtibus Nic. Eszterházi Regni Palatini extruxit, simulque Academiae ab Em. Petro Cardinale Pazmanno fundatae Rector, ibidem pie obiit 18. Oct. 1641. aet. 70.

Dixit in Comitibus generalibus 1602. ubi Summi Pontificis autoritatem adversus praesentes heterodoxos defendit; utut et Funebrem Card. Francisco Forgatsio Archiep. Strig. habuit Tyrnaviae 1615.

Laboravit Graecii 1612. cum P. Martino Kaldi in revidendis Bibliis Hungaricis.

Reliquit paratos lingua hungarica Concionum Tomos aliquot.

(Sotvell. Propyl. Horanyi. Palatner.)

FORSTNER Adamus, Germanus, Viennae Austriae 27. Apr. 1752. natus, et 1768. in Societatem admissus, hac soluta Canonicus regularis S. Augustini ad S. Hyppoliti et Canonia rursus hac sublata Presbyter saecularis et Parochus primum apud PP. Franciscanos ad S. Hyppoliti dein Wolblingae in eadem Austriae dioecesi, et hinc translatus in Trasmauer ibidemque Parochus et Decanus ruralis denique Parochus in suburbio Viennensi ad S. Floriani, pie obiit 25. Dec. 1820. aet. 68.

Edidit germanice:

Tres Conciones neo-erecto Instituto pauperum. Ad S. Hyppoliti 1784. 8.

Opus homileticum seu Conciones in Dominicas et festa totius anni. Tomi XII. ad S. Hyppoliti 1786. 8. Editio nova, tomi XIII. ib. 1799 — 1805. 8.

FRANCHI Hieronymus, Italus, Brixiensis an. 1667. natus et aet. 20. in Provinciam Austriacam receptus, ab anno 1701. Missionarius in China, ubi et verni jejunii tempore 1718. pie obiit. aet. 51.

Cujus italice:

Epistola ad R. P. Franciscum Vogelmayr Praep. Prov. Austr. ex Nan-Tschang-Fu in Kiamsi 30. Sept. 1702. de suo adventu et statu hujus Missionis. germanice in Stöcklein P. III. n. 67.

Epistola ad R. P. Balthassarem Miller S. J. Confessarium Eleonorae Mariae Magdalenae Rom. Imperatricis ex eodem loco 15. Oct. 1702. qua ei diversos libellos sinicos transmittit. germ. ib. n. 68.

Epistola ad R. P. Joannem Paulum Studena S. J. Ser. Archiducum Elisabethae et M. Magdalenae Confessarium, ex eodem loco 16. Oct. 1702. Epistola perlonga, qua gloriosa acceptatio Patris Fontaney tanquam Legati Caesarei multaque ad mores et naturam hujus regni ut et statum Religionis christianae spectantia referuntur. — germ. ib. P. IV. n. 82.

Epistola ad R. P. Franc. Vogelmayr, Praepos. Prov. Austr. ex Can-tscheu-fu in Kiamsi 19. Oct. 1703. de sua ex gallica in lusitanicam Missionem translatione. — germ. ib. n. 85.

Epistola ad R. P. Franciscum Menegati S. J. Leopoldi I. Rom. Imp. Confessarium, ex eodem loco 19. Oct. 1703, continens relationem annuam totius Missionis Sinicae. — germ. ibid. n. 86.

Epistola ad R. P. Balth. Miller ex Tschinamfu in Schantung 15. Oct. 1705. de bello tartarico, legatione moscovitica etc. — germ. ib. P. V. n. 100.

Epistola ad R. P. Jo. Paulum Studena ex Tschinamfu in Schantung 28. Oct. 1706. de adventu P. Frideli et vocatione in aulam Pekinensem. — germ. ib. n. 104.

Epistola ad eundem Pekino 20. Oct. 1707 de statu calamitoso rei Christianae in China. — germ. ib. n. 105.

Epistola ad eundem ex Tschinamfu 20. Oct. 1710. — germ. ib. n. 108.

Epistola ad eundem ex eodem loco 30. Oct. 1712. de persecutione in Tunchin. — germ. ib. P. VI. n. 133.

Epistola ad eundem ex eodem loco 31. Oct. 1714. de persecutione in Schantung. — germ. ib. n. 134.

Epistola ex eodem loco 10. et 20. Sept. et

Digitized by Google

11. Oct. 1716. de Eleemosyna accepta et Medicina Ignatiana. — germ. ib. P. VII. 154.

FRANZ Josephus, Germanus, Lincii in Austria 23. Febr. 1704. natus et aet. 15. in Societatem receptus 4 vota professus et Philosophiae Doctor ab anno 1743. in Universitate Vindobonensi Mathesim primum tum Astronomiam et Physicam experimentalem docuit. Fuit etiam successive per 20 annos Praefectus speculae Astronomicae, quam ipse in Collegio Academico extruxit et copiosis ac exquisitis instrumentis instruxit, et Musaei Mathematici, quod multum auxit et in quo ab anno 1742. ad obitum usque suum Collegia physico-experimentalia dedit. Anno 1740. Legatum Caesareum Com. ab Uhlefeld Constantinopolim est comitatus et occasione hac cum quibusdam Nobilibus Legationis sociis in Asiam minorem, Smyrnam, Ephesum, aliasque Archipelagi insulas excurrit, magna inde antiquarum rerum, naturalium et nummorum collatione relata. Docuit et Philosophiam omnem Ser. Archiducem Josephum dein Romanorum Imperatorem, et Franciscus I. hujus Pater multa cum eo experimenta chymica fertur fecisse, frustraque tentasse e minoribus gemmis majores efformare. Direxit simul primus pluribus annis Academiam Orientalem, in qua nobiles juvenes in linguis orientalibus instituuntur, qui nomine Caesareo-Regio Legatorum munere in oris illis fungantur. Erat vir acri ingenio ad res physicas perscrutandas inveniendasque natus, studiumque Matheseos, Mechanicae et cumprimis Physicae experimentalis in terris Austriacis multum promovit; nec minus in historia et re nummaria veteri versatus, praeter patriam et latinam linguam calluit utramque graecam, turcicam, gallicam et italicam. In alios comis et beneficus, in se arduus, raro ultra tres horas somnum cepit, coenavit nunquam et vino fere semper abstinuit, ejus loco potu ex fabis arabicis cocto sed multum diluto usus. Commissa ei negotia extera, ut montanistica et mensurarum et ponderum jussu M. Theresiae per terras Austriacas aequalis institutio. Denique ipsimet a Consiliis vir aeque doctus et probus pie obiit Viennae 12. Apr. 1776. aet. 72. sumtibus Josephi II. solemnissime tumulatus.

Extat ejus:

Observationes Cometae ab eo factae mense Februario 1743. Viennae, et extractae ex epistola P. Cornabe ad Isaacum Lawson ac insertae in transactionibus philosophicis. Londini 1743.

Dissertatio de natura Electri. Viennae 1751. 4.

Lusus foliorum geographicus. Viennae 1759.

Godefridus Hierosolymitanus. Tragoedia lingua latina, gallica et arabica spectante Aula 1757. 58. et 61. producta.

Observationes astronomicae ab eo in specula Viennensi ab anno 1734. ad 1750. factae sparsim et diversim vulgatae, dignae quae collectim prodiissent.

Translationes plures in linguam turcicam in usum Academiae.

Plura manuscripta chymica magni momenti, et omnium fere scientiarum, inter quae: Compendium Metaphysicum et Mechanicum pro examine Ser. Principis Josephi 1755.

FRANZELL Andreas, Germanus, Villaci in Carinthia 24. April 1638. natus et aet. 15. Societati addictus, 4 vota professus, Philosophiae Viennae Doctor creatus, cum Sacerdos Viennae Poesim doceret, ad quaeque aptus et ab omnibus consultus Philosophiam Lincii ac Graecii, Theologiae diversas partes diversis in locis tradidit; in mathematicis adeo versatus, ut Nuntius Apostolicus ei Cathedram Romae offerret. At vir demississimus quidquid honori cederet semper deprecatus pie demum obiit Labaci 23. Nov. 1711. aet. 53.

Edidit latine:

Lustrum primum Seren. Archiducis Josephi. Tyrnaviae typ. Acad. 1683. Carmine heroico.

Serenissimi Josephi I. Regis Apostolici lustrum II., qua sago qua toga felix et fortunatum. Viennae 1688. 8. Carmine heroico.

Fabulae poeticae Elegiis comprehensae. Tyrnaviae 1693.

Ephemerides sacrae seu Divi per annum

Digitized by Google

Coelites sacro epigrammate celebrati. Graecii 1697. 8.
Theoremata Mathematica.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Paintner. Wittmann.)

FRANZIN Franciscus, Germanus, Viennae Austriae 13. Dec. 1645. natus et aet. 16. Societati aggregatus tam virtute quam litteris adeo excelluit, ut 4 vota professus et Philosophiae non minus quam Theologiae laurea decoratus, illam Viennae et Graecii hanc Viennae publice doceret; unde in Aulam translatus Josepho I. Augusto Rom. Regi a confessionibus fuit, ac demum pietatis tum sacerdotalis tum regularis Cultor eximius, dolores vehementissimos morbi ultimi patientissime perpessus, placide obiit Viennae 6. Jan. 1702. aet. 57.

Edidit latine:

Viridarium Palladis, in quo multiplex honoris germen Nobilitati enascitur. Graecii Widmanst. 1622. 8. stilo soluto et ligato.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

FRAYDT Leopoldus, Germanus, Muraeponti in Styria 24. Aug. 1706. natus, aet. 16. in Societatem admissus, et 4 vota professus, absolutis studiis vix tertium probatus, totum Missionibus se dedit et per 30 annos in Austria, Carinthia et Styria Missionarius seu vagus seu certis stationibus, ac ultimo in Freystein prope Leobium affixus non minori cum fervore quam fructu fuit, vir vere apostolicus eminentis sanctitatis et intimae cum Deo unionis. Opera ejus homiletica, catechetica, et ascetica singulari unctione scripta diu manibus Parochorum maximo animorum fructu terebantur. Demum vir Dei piissime obiit Leobii 20. Sept. 1769. aet. 63.

Opera ejus germanice scripta sunt:

Doctrina christiana seu fundamenta fidei, per Quaestiones et Responsa proposita. Clagenfurti. Kleinmayr. 1754. 8.
Postilla manualis seu Brevis Expositio Evangeliorum in Dominicas totius anni. Tomi II. Viennae Trattner. 1759. 8.
Expositio in Evangelia festorum totius anni. Tomi II. Viennae.
Postilla quadragesimalis seu Expositio Evangeliorum Quadragesimae. Tomi II. Viennae ibid. 1764. 8.
Conciones Catecheticae de 12 articulis Symboli Apostolici. Tomi II. Viennae et Augustae. Veith 1770.
Conciones catecheticae de Oratione in genere et in specie de Oratione Dominica et Salutatione Angelica. Augustae 1771. Salisburgi Mayr 1771. 8.
Conciones Catecheticae de Praeceptis Dei et Ecclesiae. Viennae Trattner 1766. et 71. 18.
Conciones Catecheticae de septem Sacramentis. Tomi II. Augustae Veith. 1769. 8.
Conciones Catecheticae de officiis diversorum statuum, patrumfamilias, parentum etc. Viennae Kurzbeck 1768. 8. Augustae 1774. 8.
Propagatio Honoris Mariae per plures Conciones solatio et doctrina plenas habitas occasione Peregrinationis ad loca ejus thaumaturga. Viennae. Trattner 1765. 8.
Quadraginta Panegyres Marianae ex locis S. Scripturae deductae. Viennae. Kurzbeck 1769. 8. Augustae et Salisburgi 1770. 9.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Mensel.)

FRIDELLI Erenbertus Xaverius, Germanus, Lincii in Austria 1673. natus et aet. 17. Societati adscriptus scientiis omnibus excultus et praecipue in Mathesi omnimode instructus, ab anno 1703. Missionarium strenuum in China egit. Jam altero ab ejus adventu anno, cum Imperator Chamhy Mappam totius Imperii Sinico-Tartarici quam exactissimam describendam decrevisset, inter membra Tribunalis aulici mathematici ipse quoque operam suam conferre jussus molestissimis decem prope annorum peregrinationibus per vastissimum illud imperium ad ultimos Tartariae limites maximam sibi gloriam peperit, quin ullam in his itineribus praedicandi Evangelium Christi occasionem praetermiserit. Redux Superior sexennio Residentiae S. Josephi Pekini elegantem adeo more Europaeo Ecclesiam a fundamento erexit, coadjutoribus Ferdinando Moysi Architecto et Josepho Castiglione pictore non parum conferenti-

Digitized by Google

bus, ut Sinensibus admirationi esset, et Europaei ipsi assererent, eam cum honore in quovis Romae foro stare posse. Destinatus dein est ab Imperatore Christianis summopere favente, ut Romae causam Rituum Sinensium et rei Catholicae coram summo Pontifice ageret. At legatione illa interturbata, Pekini Collegium sexennio rexit, quo finito ad Residentiam S. Josephi reversus ad meritorum Apostolicorum praemium in Coelos abiit 4. Jun. 1743. aet. 70. Imperatoris sumtibus splendide elatus. Elogium ejus in Augustini Hallerstein Epistola ad P. Georg. Pray 6. Oct. 1743.

Sunt autem ejus:

Epistola ad R. P. Wolfgangum Eggendorfer S. J. Univ. Graec. in Styria Cancellarium ex Insula Salsete prope Goam 2. Dec. 1704. qua iter suum Ulyssipone Goam usque, quaeque in primo suo adventu tum Goae tum in Salsete observavit, ut et quaedam de Martyrio V. P. Rudolphi Aquaviva et Sociorum refert.

Epistola ad eundem ex Sinarum urbe Chinchian 1. Maji 1706. qua iter suum Goa et adventum in China describit. In Msc. in Bibliotheca Caes. Vindob. Tomo Recens. Schwandtner. N. 1117. Miscell. Sinens. n. 504. — germanice in Stöcklein Parte V. n. 103.

Epistola Pekino 29. Oct. 1720. de instituta a se schola christiana aliisque. — germ. ib. P. VIII. n. 194.

Epistolae duae Pekino 20. Nov. 1739. et 16. Nov. 1740. quibus spem facit melioris sortis rei christianae in China et Cochinchina — Extractae germ. ib. P. XXX. n. 589.

Epistola ad Patrem S. J. Pekino 1. Nov. 1741. de rigore justitiae in China, morte quorundam Missionariorum et Cultu SS. Cordis Jesu. — germanice ib. P. XXXIV. n. 674.

Mappae Imperii Sinici a se confectae et Pekini aeri incisae.

Iter suum, impressum pariter Pekini.

Informatio pro veritate contra iniquiorem famam sparsam per Sinas cum calumnia Patrum S. J. et detrimento Missionis communicata Missionariis in imperio Sinensi 1717. Impressa in fol. cujus exemplum ipso Confessario Imperatoris Viennam transmisit, Missionem adflictam ei commendans.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

FRIDVALSZKI Joannes, Hungarus, Veterosolii 13. Dec. 1740. nobili genere de Frivald natus, et aet. 16. Societati insertus, 4 vota professus et Philosophiae Doctor, elegantiores primum litteras annis aliquot, tum Mathesim Claudiopoli docuit, ac ultimis annis ad abolitionem usque Ordinis Bibliothecam ibidem custodivit, itineribusque pluribus per Transylvaniam factis naturam mineralogicam praesertim indefessus investigavit, plurimaque ejus in hanc plagam deposita percensuit, a Jos. Benkö et Alex. Horanyi summopere dilaudatus. Ob hos labores, etiam abolito Ordine continuatos, et praecipue ob plantam coriariam in montibus Hackcensibus et e Typha arundinea chartam parandi artem a se inventam a M. Theresia primo centum aureis nummis, dein adjectis ad pensionem 200 florenis, tum Abbatiae novae Infula, denique 1777. Canonicatu Szepusiensi donatus est, ubi et Archidiaconus in Comitatu Liptoviensi et Tabulae Judicorum assessor vir non minus pius quam doctus decessit 1784. aet. 54.

Edidit latine:

Diploma Andreae Regis Hierosolymitani, quo Gertrudis praecipue a sex fere saeculis inter historicos patriae innocentiam demonstrat; honoribus Com. Dionysii Bánfy oblatum, annotationibus quibusdam illustratum. Claudiopoli typ. acad. S. J. 1760. fol.

Mineralogia Magni Principatus Transylvaniae, seu ejus metalla, semimetalla, sulphura, salia, lapides et aquae. Claudiopoli 1767. 4. c. fig.

Inscriptiones Romano-Dacicae, honoribus Com. Andreae ab Hadik et Jos. L. B. a Thoruczkey oblata. Claudiopoli 1767. fol.

Dissertatio de Skumpia seu Cotino planta coriaria (Rhus Cotinus Linnaei) cum diversis experimentis in Transylvania institutis. Claudiopoli 1773. 4. c. fig.

Diss. de Ferro et de Ferrariis Hungariae et Transylvaniae. ib. 12.

Reges Hungariae Mariani, ex antiquissi-

Digitized by Google

mis Diplomatis aliisque manuscriptis conscripti. Viennae Trattner 1775. 4.

Heroes Hungariae Mariani, ex antiquissimis Diplomatis aliisque manuscriptis conscripti. Viennae 1775. 4.

Suppellex Concionatoria in festis Deiparae Virginis et SS. Angelorum cum 2 dissertationibus. Pars I. Leutschoviae. II. Cassoviae 1781.

Poemation ad Solemnia Consecrationis Antonii L. B. de Andrassi Ep. Rosnav. 1800.

(Hornyi. Bensö. De Lucs. Bibl. Szechen. Paintner.)

FRIZ Andreas, origine Germanus, sed natus Barcinone in Hispania 28. Julii 1711. et Societatem Viennae in provincia Austriaca 1726. ingressus, 4 vota professus et Theologiae Doctor, vir in omni scientia egregie versatus, Poesim primum docuit Graecii, tum Szakolczae et Jaurini repetentes in latina graecaque lingua instituit. Historiographus dein ad S. Annae, in Collegio Theresiano simul Professor historiae, linguae graecae, et humaniorum scholarum praefectus. Subin in Collegio Academico Vindobonensi Professor S. Scripturae, ac linguae graecae, et ultimis tribus ante abolitionem Ordinis annis, quod provectiore aetate auram noricam jam non ferret, Goritiae Matheseos Professor, ibidem obiit Novembri 1790. aet. 81.

Edidit latine nitidissimo omnia stilo:

Zrinyius ad Szigethum. Comoedia a Rhetoribus Posonii acta. 1738. 4. Recusa Viennae.

Dissertatio de cognitione brutorum Ignatii Geston Pardies S. J. e gallico versa. Graecii. 1741.

Narratio historico-poetica utriusque Thaumaturgae Imaginis in Strassengel. Graecii Widm. 1741. 16.

Hymenaeus Austriacus in Nuptiis Annae Austriacae et Caroli Lotharingici. Carmen elegantissimum elegiacum. Graecii id. 1744. 8.

Oratio de Nobilium Collegio a M. Theresia Augusta Viennae Austriae recens instituto habita in eodem Collegio, cum Nobilis Juventus Augustae munificentiam communibus votis ac laetitia celebraret. Viennae Trattner. 1750. fol. ib. Kaliwoda 1757. 8.

Oratio gratulatoria Emin. ac Cels. D. Josepho Presb. Card. a Trautson Archi-Episcopo Viennensi, dum sacra ex Urbe purpura donaretur. Viennae Trattner 1756. fol. et Kaliwoda. 1757. 4.

Tragoediae, Dramata et Orationes, Voll. II. Viennae 1757. et 64. 8. — germanice reddita a Fr. Xav. Riedl et Aug. Schöffel Magistris S. J. dum Lincii humaniora docerent. Viennae 1771. 8.

Synopsis Historiae Germaniae usque ad Conradum I. in usum Collegii Theresiani Partes II. Viennae Trattner. 1752. et 53. 4. cum tabulis geograph.

Dissertatio de primis S. Matthaei Evang. verbis, eorumque cum subjecta Genealogia consensu, in usum Auditorum. Viennae. Trattner. 1756. 8.

Dissertatio in illa Thamaris verba: Quin potius loquere ad Regem, et non negabit me tibi. II. Reg. XIII. 13. dicta in Consessu theologico. Viennae. Trattner. 1757. 8.

Leopoldo Ernesto e Com. de Firmian S. R. I. Principi et Episcopo Passaviensi Gratulatio. Passavii. 1763. fol.

Brevis Introductio ad linguam latinam cum quibusdam ex Grammatica germanica adjectis observationibus in usum Scholarum Austriacarum confecta. Partes IV. Viennae Leop. Grund. 1763. 8. sine nomine, colloborantibus pluribus.

Germanice:

Brevis Introductio in Linguam Graecam in usum earundem. Viennae Kaliwoda. 1768.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Mrusel. Denis. Garell. Bibl. Cat. Trattner. Bibl. Premi.)

FRIZ Edmundus, Germanus, Viennae Austriae 1714. natus, et aet. 15. in Societatem receptus, absolutis Graecii studiis ob summam dicendi vim pluribus in locis cum plausu concionatus, cum etiam Graecii Eloquentiam tum sacram tum profanam tradidisset, Viennam 1762. evocatus in Aula Caesarea quinquennio S. Praeconem egit, simul Ser. Archiduci Mariae Annae a confessionibus fuit. A Superioribus ex

Digitized by Google

Aula avocatus Schurzium ibidem obiit 1775. aet. 61.

Est ejus germanice:

Funebris Francisco I. Rom. Imp. cum triduanae Exequiae in Templo aulico celebrarentur. Viennae. 1765. fol.

(Paintner.)

FRÖHLICH Erasmus, Germanus, Graecii in Styria 2. Oct. 1700. natus et aet. 16. Societatem ingressus, in eaque 4 vota professus et Philosophiae Doctor in hac aeque ac in Theologia excelluit, cujus studium tota vita etsi aliis distentus nunquam intermisit, nec minus in linguis tum antiquis hebraica et graeca tum recentioribus, quam in antiquitate eruditus, singulari cum profectu Numismaticae se dedit, magisterio Patrum S. J. Christiani Edschlager et Caroli Granelli usus. Docuit humaniores classes Clagenfurti, tum Hebraeam et Mathesim in Universitate Vindobonensi eamque 14 annis domesticis tradidit, simul socius primum, tum ipse Praefectus Musaei Mathematici et Cimelii Granelliani promotor. Anno 1747. cum a M. Theresia Augusta Collegium Nobilium Viennae erigeretur, ipse inter primos selectus est, qui nobilem juventutem in litteris non minus quam moribus institueret; ac praeterquam quod ei ab Augusta Bibliotheca Garelliana, quam Collegio dono dedit, custodienda traderetur, 12 annis, quibus supervixit, successive et fere simul Professor Historiae generalis tam antiquae quam recentioris, Diplomaticae, Heraldicae, linguae ac rei nummariae, Praefectus altiorum scholarum ac Praefectus spiritus fuit. De fructibus ex ejus institutione a nobili juventute partis, suavitate, pietate vere religiosa, animarum zelo studiosae praesertim juventuti impenso, et aestimatione, qua inter Magnos non minus quam Doctos sui aevi, ut et apud Franciscum I. Imperatorem, qui eo in Cimelio suo instruendo multum usus, polluit, vide Denisium in Bibl. Garell. T. I. pag. 7. et seq. ubi et Opera ejus edita recenset. Obiit Viennae in Collegio Theresiano 7. Jul. 1758. aet. 58.

Opera ejus latina omnia sunt:

Utilitas rei Nummariae compendio exhibita. Accedit:

Appendicula ad Nummos Coloniarum Romanarum per Clar. Vaillantium editos e Cimelio Vindobonensi cujusdam e S. J. (Caroli Granellii) Viennae Voigtin 1733. 8.

Appendicula ad Nummos Augustorum et Caesarum ab Urbibus graece loquentibus cusos, quos Clar. Vaillantius collegerat, concinnata e Cimelio Vindobonensi cujusdam e S. J. (Car. Granellii). Viennae 1734. 8.

Dissertatio de Nummis monetariorum veterum culpa vitiosis. Viennae 1736. 8. Quatuor haec opuscula recusa sub titulo:

Quatuor Tentamina in re Nummaria veteri. Viennae 1737. 4. et ibidem Kaliwoda 1750. 4. cum nomine Autoris.

Animadversiones in quosdam Nummos veteres Urbium. Viennae 1738. 8. et Florentiae apud Albizium 1751. 8. curante Gorio, editore Musaei Florentini et Symbolarum litterariarum, quarum Volumine VII. egit et de Nummis veteribus Urbium, quod ceu nova editio Operis illius P. Fröhlichii haberi potest, additis notis, quas hic ei submisit, quaeque in editione Viennensi non sunt.

De figura Telluris Dialogus. Partes II. Viennae Kalliwoda 1743. 8. et Passavii Mangold. 1757. 4.

Appendiculae duae novae ad Nummos Coloniarum altera, altera ad Nummos Augustorum et Caesarum ab Urbibus graece loquentibus percusos. Viennae 1744. 8. Recusae ad calcem opusculi posthumi de familia Valabathi.

Optica Colorum. R. P. Castel S. J. latinitate donata. Partes III. Viennae 1744. et 45. 8.

Annales compendiarii Regum et rerum Syriae nummis veteribus illustrati, deducti ab obitu Alexandri M. ad Cn. Pompeji in Syriam adventum cum amplis Prolegomenis; dedicati M. Theresiae Augustae, dum sub ejus auspiciis praeside P. Jo. Prileskio S. J. in Universitate Tyrnaviensi universam Philosophiam propugnaret Car. Comes de Esterházi. Viennae Kraus 1744. fol. cum tabulis XXI.

Digitized by Google

Editio secunda, cui accessere notae compendiariae et monogrammata Numismatum graecorum. Vien. Bernard 1734. fol. c. fig.

Opus hoc ob firmatam in eo Librorum II. Machabaeorum autoritatem reprobarunt Acta Lipsiensia mens. Sept. 1745. et Godefridus Wernsdorfius Prolusionem de fontibus Historiae Syriae in Libris Machabaeorum Lipsiae 1746. et Commentationem historico-criticam de fide historica Librorum Machabaeorum, Wratislaviae 1747. 4. edidit. Contra illam ipse P. Frölichius edidit:

De Fontibus Historiae Syriae in Libris Machabaeorum Prolusio Lipsiae edita in examen vocata. Viennae 1746. 4.

Contra Commentationem vero P. Frölichium aliis distentum defendit P. Josephus Khell S. J. praemissa Frölichii Epistola in Opere: Autoritas utrinsque Libri Machabaeorum Canonica historice asserta et Frölichiani Annales Syriae defensi adv. Godefridum Wernsdorfium a quodam S. J. Sacerdote. Viennae Trattner 1749. 4.

Introductio facilis in Mathesim conscripta in usum tyronum Philosophiae. Partes III. Viennae 1746. et 50. 8.

Historia Germaniae in usum Collegii Theresiani. Viennae Kaliwoda 1752. et 57.

Numismata Cimelii Caes. Reg. Austriaci studio de France et du Val editi. Viennae Trattner 1754. et 55. Tomi II. fol. Laboravit in hoc opere cum P. Jos. Khell S. J.

Dubia de Minnisari aliorumque Armeniae Regum Nummis et Arsacidarum epocha nuper vulgatis proposita. Viennae Trattner 1754. 4.

Ad Numismata Regum veterum anecdota aut rariora Accessio nova. Viennae Trattner 1755. 4.

Dialogus, quo disputatur, anne Rudolphus Habspurgicus Regi Bohemiae Ottocaro ab obsequiis fuerit, eumdemque tentorio lapsili deluserit. Viennae. Van Ghelen 1755. 4.

Genealogiae Sounekiorum Comitum Celejae et Comitum de Heunburg Specimina duo. Viennae Ghelen 1755. 4.

Diplomataria Sacra Ducatus Styriae. Collegit P. Sigismundus Pusch S. J. Viennae Trattner 1756.

Specimen Archontologiae Carinthiae. Viennae Trattner 1758. 4.

Notitia elementaris Numismatum antiquorum illorum, quae Urbium liberarum, Regum ac Principum et Personarum illustrium appellantur. Viennae Trattner 1758. 4. c. fig.

De familia Valabathi Nummis illustrata. Opusculum posthumum. Accedunt Appendiculae duae ad Numismata antiqua a Cl. Vaillantio olim edita, editione altera restituta curante Jos. Khell S. J. Viennae Schulz 1762. 4.

Cogitationes de Timore Mortis. Aug. Vind. 1756. 4. germanice.

Sub directione ejus a Nobili juventute Collegii Theresiani prodiere:

Tentamen genealogico-chronologicum promovendae seriei Comitum et rerum Goritiae conscriptum a Rudolpho S. R. I. Comite Coronini de Quischa L. B. a Cronberg in Coll. Theres. Hist. et Jur. Studioso. Viennae Trattner 1752. 4. Auctius et emendatius ibidem Kaliwoda 1795. fol. cum icone Frölichii.

Regum veterum Numismata anecdota aut perrara notis illustrata, collecta opera et studio Franz. Ant. S. R. I. Comitis de Khevenhüller, Hist. Math. et Phil. in Coll. Theres. Studioso. Viennae Trattner 1752. 4.

Leopoldi Com. de Clari et Aldringen e Coll. Ther. Tentamen Historicum de Titulo Imperatoris Romani, qui Carolo M. etiam ex pacto cum graecis Imperatoribus accessisse vulgo creditur. Viennae Trattner 1753. 4.

Dominici Ant. Spingaroli e Dominis de Dessa e Coll. Ther. Tentamen historicum contra vulgatam de Rudolphi I. Habspurgici Excommunicatione sententiam. Viennae Trattner 1753. 4.

Caroli Comitis ab Althan e Coll. Theres. Tentamen historicum de Leopoldo illustri, quo Tempore Austriae Marchionatum adiisse censendus sit. Viennae Trattner 1754. 4.

Casulae S. Stephani Reg. Hung. vera imago et expositio; quas publica luce donavit Franciscus L. B. de Balassa Gyar-

Digitized by Google

math e Coll. R. Ther. Viennae Trattner 1754. 4.

Diplomatarium Garstense emendatum, auctum et illustratum ex Collectaneis Msc. R. P. Sigismundi Pusch S. J. et ex aliis monumentis. Opera Mich. Caroli S. R. I. Com. ab Althan e Coll. Ther. Viennae Trattner 1754.

Mscpta ejus sequentia Cl. Paintner possedit:

Genealogia et Gesta Imp. Caroli V. Ferdinandi I. II. III. Maximiliani I et II. Leopoldi I. Josephi I. — Inscriptiones quaedam. — Notata de quibusdam Monasteriis. — Quaesita ex Historiae universae studio.

Geographica. Antiquaria quaedam et Numismatica.

Notae in fragmentum graecum latine redditum: Decretum Synodi celebratae Nicaeae in Bythynia sub Germano II. Patriarcha CP. cum subjectis sibi Graecae Ecclesiae Praesulibus de unione Ecclesiae Orient. et Occid.

Sylloge praecipuarum rerum, quibus Graecitas nova a veteri diversa est. Constantini Porphyrogeniti de Patzinaticis.

Moralia diversa et Colloquia e graeco versa.

Alphabeta diversarum gentium, Hebraeorum, Gothorum etc.

Institutiones quaedam Linguarum italicae et gallicae.

Arithmetica. De mensuris et ponderibus.

Poemation heroicum: De nummo Alexandri Severi Imp. invento in fundamentis novi aedificii Collegii Theresiani cum Inscriptione: Spes publica.

Ascetica multa, ut: Exercitia octiduana, Conferentiae spirituales. Themata Exhortationum, Conciones etc.

Historia Patrum Tertiae probationis in Collegio Judenburgensi usque ad annum 1732. quo ipse in hac probatione versatus est.

Excerpta de diversis Periodis Imperantium in Britannia, Belgio, Gallia, Hispania, ac reliqua Europa, pro Tentaminibus publicis.

Elogium hujus viri celeberrimi latine confecit Josephus Khell S. J. Professor in Coll. Theres. Vindob. et addidit operi posthumo Fröhlichii de Familia Valabathi. Viennae Kraus 1762. — In germanicam vertit S. W. Oeller Historiographus Brandenburg. Norimbergae 1773. 4. pag. 32.

Praeterea Elogium ejus in Denisii Bibl. Gar. in Lexico Eruditorum per Adelung; in Xisti Schier Specimine Styriae litteratae; in Schrankii Relationibus de celebribus Eruditis; in Memorabilibus e vitis distinctorum Germanorum Saeculi XVIII.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Jour. des Sav. Mem. Trev. Saxius. Schier. Denis. B. G. Trattner. Mossel. Feller. Brunnet. Paintner qui fasum ejus Elogium ministrat.)

FROELICH Gabriel, Germanus, Viennae Austriae 7. Oct. 1657. natus, et aet. 16. Societatem ingressus, vir magni ingenii et doctrinae, Philosophiae et Theologiae Doctor utramque tradidit, Collegium Lincense rexit, sedulus simul praesertim pauperum Operarius, ideoque universalis Patris titulo honoratus, praecipuus cultor Christi crucifixi et B. V. Mariae, Viennae in domo professa pie obiit 1725. aet. 68.

Edidit latine:

Carolus V. Dux Austrasiae, panegyrico celebratus. Graecii 1688. 8.

Manipulus laurearum de triumphis anno superiore de Turcis relatis congestus. Graecii 1689. 8.

Ecclesia nascens, Martyrum sanguine ac litterato Doctorum sudore per prima V. Saecula irrigata et crescens, compendiosa narratione repraesentata: praemissa Oda stili veri Horatiani, qua neo-creatis Doctoribus Theologiae gratulatur. Viennae 12.

Austria coelestis. Viennae 1691. 8.

Collectiones mathematicae ex Architectura militari. Viennae 1691. c. fig.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Vogel. Paintner.)

FÜRST Thomas, Germanus, Mödlingae in Austria prope Viennam 19. Jan. 1614. natus, et aet. 17. Societati insertus 4 vota professus, Viennae Poeta et Rhetor, Catecheta, Magistri Novitiorum Socius et in Domo professa Bibliothecarius, vir domesticis et exteris, discipulis aeque ac poenitentibus charus et ob singularem morum probitatem communiter Sanctus dici solitus sancte etiam obiit Styrae 21. Jan. 1684. aet. 70.

Digitized by Google

Edidit latine:

Amulethum philosophicum recens creatis Philosophiae Magistris oblatum. Viennae typ. Jac. Kürner 1650. 4. latine.

De Poenitentiae et Eucharistiae Sacramentis Libellus. germanice.

De Rosario B. V. Mariae cum Mysteriis recitando. germanice.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

GABELICH Joannes, Illyrus, Bosniensis, Saralae 20. Jan. 1666. natus, et alumnus Lauretani Illyrorum Collegii, aet. 24. in provinciam Austriacam receptus, turcicam et germanicam linguam summo labore edoctus, Budae Catechetam Illyricum summo zelo tantoque profectu egit, ut multos ad Ecclesiae unionem reduceret ac demum calculi doloribus fortiter toleratis pie obiit Budae 13. Maji 1703. aet. 57.

Edidit aliquot libellos lingua illyrica fidei catholicae amplectendae et pietati fovendae peridoneos.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

GABON Antonius, Hungarus, Neosolii 16. Febr. 1677. natus, et aet. 20. in Societatem adlectus, 4 vota professus et Philosophiae Doctor, primum curae animarum penitus se dedit, et Posonii peste infectis inserviit. Tum Philosophiam Viennae et Tyrnaviae, quaestiones morum Agriae, Jaurini, Tyrnaviae exposuit. Dein Collegium Jaurinense, et Seminaria Tyrnaviae ac Cassoviae pluribus annis rexit, ac demum Jaurini 6. Maji 1735. aet. 58. pie obiit.

Edidit latine:

Luctuosa Hilaria sive Pentas insipide ac sero sapientium. Tyrnaviae 1704. Carmine elegiaco.

Physica exotica, seu Secreta naturae et artis. Tyrnaviae typ. Acad. 8. 1717. Cassoviae 1742. 12.

Panegyrici XV. Praelatorum et Magnatum Hungariae, qui Saeculo XVII. pro fide Dei ac Regis laureata morte vitam terminarunt. Tyrnaviae 1718. 12.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Bibl. Saechen. Paintner).

GABRIEL Gregorius, Germanus, Graecii in Styria 11. Martii 1657. natus, aet. 17. Societati adnumeratus, et 4 vota professus, pluribus annis diversis in locis concionatus, pie demum obiit Viennae in Domo Annaea 10. Junii 1739. aet. 82.

Edidit typo plures libellos pios et paravit de peccatis capitalibus et virtutibus oppositis.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

GAERTLER Josephus, Germanus, Cremsii in Austria natus, et 1722. in Societatem susceptus Coadjutor temporalis, Viennae in Domo Annaea per 30 annos artem coquinam exercuit, in eaque novicios laicos huic muneri destinatos instituit ac ibidem pie obiit 30. Aug. 1772.

Cujus Liber germanicus de Arte Coquina primum Viennae 1778. 8. editus, auctior semper et emendatior tricesies et amplius Viennae recusus est.

GALL Josephus, Croata ex illustri familia Segniae 15. Oct. 1675. natus, et aet. 15. Viennae in tyrocinium receptus, 4 vota professus, Philosophiae et Theologiae Doctor, utramque Graecii et Viennae docuit. Destinatus ad regimen, sed expetitus a potentissimo Poloniae Rege et Saxoniae Duce, 13 annis summa et approbatione et aedificatione omnium eidem a confessionibus fuit, et pie demum obiit Varsaviae in Polonia 23. Febr. 1734. aet. 59.

Edidit latine:

Compendium Geographicum S. R. Imperii ex adscriptis Autoribus collectum. Graecii 1708. 12.

Dictamina Ethico-Politica ex Enchiridio Epicteti in universalia capita distributa, et brevi discursu illustrata. Graecii Widm. 1709. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

Digitized by Google

GALLENFELS Carolus, Germanus, Feldae in Carniola illustri genere 6. Jan. 1673. natus, et aet. 16. Societati insertus, absolutis severioribus studiis 1711. in Lusitaniam transmissus est, ubi primo Gynaeceo a confessionibus fuit, dein Serenissimis Infantibus Mariae Barbarae, Carolo et Petro in litteris et pietate Instructor datus, et postremis 11 annis ipsius Ser. Reginae Annae Josephae conscientiam moderatus est, ac denique Ulyssipone 18. Sept. 1741. aet. 68. pie obiit.

Extat ejus:

Epistola, qua mortem P. Kiliani Stumpf S. J. Pekini 1720. et P. Provana in mari defuncti cum brevi elogio refert. — germanice in Stöcklein P. VIII. n. 193.

Praeterea in Msc. extat Codex in 4. varia Drammata, Elegias, Satyras octo de studio litterarum continens.

(Paintner. Wittmann.)

GALLER Leopoldus, Germanus, ex illustrissima familia Graecii in Styria 1. Apr. 1682. natus, et aet. 17. Societati adscriptus, 4 vota professus, Philosophiae et Theologiae Doctor, utramque tum alibi, tum Viennae ac Graecii ipsis 29 annis, et inter alia in Collegio Theresiano Jus Naturae et Pontificium 4 annis docuit; ac demum viribus fractis, Studiorum in diversis locis praefectus, conscientiae casuum solutor, et revisor librorum, pie obiit Lincii 17. Jan. 1761. aet. 79.

Extat ejus:

Sermo Panegyricus D. Ignatio. Viennae Georg. Schlegel 12. 1707.

Recudi curavit Thomae Cevae S. J. Philosophiam novo-antiquam, et Ign. Derkannis Tractatum de Creatione mundi. Viennae 1718. et 19. 12.

(Gesta et Scrip's Prov. Austr. Paintner.)

GALLER Maximilianus, Germanus, Graecii in Styria ex illustrissima stirpe 5. Julii 1669. natus, et aet. 16. Societati adscriptus, 4 vota professus, Philosophiae et Theologiae Doctor, Viennae Poesim, Rhetoricam et Ethicam, Lincii casus tradidit. Mox regimini admotus, Collegium primo Leobiense, tum Convictum Graecensem, post Collegia Labacense, Passaviense et Clagenfurtense rexit. Dein universae provinciae Austriacae praepositus est. Post Rector Collegii Viennensis et Graecensis et Praepositus Domus professae interfuit etiam Romae Congregationi XV. generali, in qua A. R. P. Franciscus Retz Societatis totius Praepositus Generalis electus est. Demum Regens Collegii Nordici Lincii, vir semper mansuetus in suos, et fortis in adversis animi, pie obiit 28. Sept. 1750. aet. 81.

Edidit latine:

Apollo sacer nascens, moriens, triumphans. Viennae 1701.

Suada Polemica. Viennae Leop. Voigt 1702. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

GALLOVICS Nicolaus, Croata, Zagrabiae 1614. natus, et aet. 21. in Societatem cooptatus, 4 vota professus, Flumine, Varasdini, Zagrabiae Concionator annis 13 Rector, Minister, Procurator, et Seminariorum Regens, Operarius inter haec indefessus, aegro etiam et decrepito corpore, Crucifixi, Divinae Matris et Sanctorum Ordinis Cultor tenerrimus, post diuturnam 10 annorum cum morbo luctam, ad capessendam primae innocentiae coronam avolavit in patriam 8. Nov. 1684. aet. 70.

Concinnavit plures libros pios patrio sermone, et aliorum in eundem traduxit.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

GANS Joannes, Germanus, Franco, Herbipolitanus natus 1591. aet. 19. in Societatem in Provincia Austriaca adlectus, et 4 vota professus, in philosophicis, mathematicis et theologicis disciplinis, quos biennio publice docuit, probe exercitatus, missione in Sinas nequidquam petita, uti concionandi laude praecipue excelluit, munus hoc annos complures Graecii, ubi jam ante Philosophiae Doctor creatus Liturgiam S. tradidit, et Viennae in templo cathedrali S. Stephani obiit. Tum a Ser. Hungariae et Bohemiae Rege Ferdinando III. in aciem adversus Suecos prodeunte in Concionatorem adscitus est, cujus partes simul et Confessarii, postquam is ad Imperii Sceptra electus est, annis 22 usque ad illius obitum sustinuit, in Aula causa nulla, nisi quae

Digitized by Google

Dei Cultum et Religionem attineret, suscepta. Eo autore potissimum promotus Immaculatae Conceptionis Deiparae Cultus, erecta eidem in foro Viennensi ab Aug. Caesare statua, et Universitatibus in terris haereditariis ad juramentum pro defensione piae sententiae inductis. Juramentum hoc in templo Domus professae ipse a piissimo Principe suscepit, et primam ad erectum Colossum exhortationem habuit. (Schönleben in 60 Doctoribus Vienn. et Mittendorfer in Hist. Univ. Vienn. et in Libello: Monumenta Religionis Augustae). Denique cum charitatem singularem in summos et imos, extinguendo odia, tollendo vitia, aerumnas sublevando, per vitam omnem ad mortem usque continuasset, piissime obiit Viennae in Domo professa 11. Martii 1662. aet. 71.

Edidit germanice:

Concio funebris in Exequiis Illustr. D. Rudolphi Baronis de Paar. Graecii 1626.

Concio panegyrica in Consecratione Illustr. et Reverendissimi D. Antonii Wolfrath Episcopi Viennensis. 1631.

Ophtalmia Lutherana, sive de Mutatione Confessionis Augustanae facta a Theologis Saxonicis. Viennae 1631.

Considerationes decem plagarum Aegypti, quomodo iisdem Dei filius in Passione plagatus sit. Viennae Michael. Rictii 1663. — latine ab ipso redditae.

Imago Mortis delineata ex Capite XII. Ecclesiastae. Viennae Vid. Rictii 1635.

Quinquatria Mariana, seu Quatuor Discursus concionatorii de quavis quinque Solemnitatum Deiparae cum tribus de S. Aegidio Abbate Graecii dictis. Viennae 1635. 8.

Arboretum Genealogicum exhibens omnes fere Imperii Principes et Europae hodie Reges linea recta a Rudolpho I. Imperatore Austriaco descendentes. Coloniae Jo. Kinkii 1638. fol.

Gynaeceum Austriacum, seu Vitae Serenissimarum e Domo Austriaca Heroinarum, quae excellentiore aliqua virtutis laude floruerunt a Rudolpho I. usque ad nostra tempora. Coloniae 1638. 8.

(Sotwell. Propylaeum.)

GARSTENAUER Leonardus, Germanus, Styrae in Austria natus 8. Junii 1664. et aet. 16. Societati adnumeratus, Comoronii Concionatorem egit, et ante discessum ex Ordine, cum Tyrnaviae humanitatem docuit,

edidit latine:

Prosopopoeia terrae sanctae ad Leopoldum M. Rom. Imp. et Augustum ejus filium Josephum Rom. et Hung. Regem directa. Tyrnaviae typ. Acad. 1690. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

GASO (Gazo) Stephanus, Hungarus, Lednitzii in Comitatu Trenchiniensi 1. Nov. 1711. natus, et aet. 18. in Societatem admissus, absolutis Tyrnaviae severioribus studiis, Szakolczae quinquennio repetentibus Ordinis humaniores litteras tradidit et cum altero quinquennio Tyrnaviae, Doctor Philosophiae creatus, hanc et Eloquentiam docuisset, asthmate relicto magno sui desiderio praemature obiit 22. Maji 1755. aet. 44.

Edidit latine:

Felicitas omnis Hungariae singulari favore Mariae, extemporalibus aliquot Heroum Marianorum Epistolis proposita. Carmine elegiaco. Tyrnaviae 1738. 8. c. fig.

Bellica Hungarorum fortitudo, aliquot veterum exemplis adumbrata. Tyrnaviae 1745. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

GÁSPÁR Casparus, Hungarus, Schemnitzii 6. Jan. 1740. natus, et aet. 18. in Societatem adlectus, absolutis studiis et doctis aliquamdiu humanioribus litteris, cum aliis Sociis ad dimetiendam Galiciam et Lodomeriam missus est, ubi deinceps soluto Ordine navigationem direxit, et quod fluvium Tyras per magnum spatium navigabilem fecit, a Josepho II. nummo aureo e catena itidem aurea pendente donatus, a Francisco Imp. autem 1699. celebri Liesganigio in suprema rei aedilis cura suffectus est, in cujus biographia de ejus laboribus recurret mentio.

(Paintner.)

GASPARIS Josephus, Italus, Goritiensis, anno 1754. in Provinciam Austriacam receptus, absolutis studiis, octennio Flumi-

Digitized by Google

ne et Goritiae Poesim et Rhetoricam docuit, et soluto Ordine

edidit italice:

Historia, Consequentiae et animadversiones relativae ad antiquam Poenitentiam publicam pro majori congruentia sacri Sermonis in Quadragesima facti an. 1786. Goritiae ad animandos recidentes ad poenitentiam. Viennae Ghelen 1787. 8.

(Bibl. Carniol.)

GASSNER Joannes, Transylvanus, Saxo, natus 1684. in Societatem receptus aet. 19. peractis cum laude studiis, cum Concionatorem uno alterove anno egisset, vir zelosus praematura morte occubuit Cibinii 21. Martii 1723. domicilii hujus conditor et parens.

Edidit latine:

Vindiciae Conceptus illibati B. V. Mariae Tyrnaviae 1715. 4.

Magnus pacis Vindex, seu Eugenius. Tyrnaviae 1719. 12.

Certamen praecipuarum Virtutum elogiis expressum.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

GASTINGER Antonius, Germanus, Passavii 5. Maji 1675. natus, et aet. 16. in provinciam Austriacam receptus, pluribus annis in diversis Austriae et Hungariae locis concionatus, pie obiit Judenburgi 13. Sept. 1756. aet. 83.

Edidit latine:

Exercitia Parnassi Cassoviensis narratione poetica proposita. Bartfae 1714. 8.

(Paintner.)

GEIGER Bernardus, Germanus, 4 vota professus, Philosophiae Doctor eandem Viennae triennio docuit. Rexit Collegium Judemburgense, et Trenchinii pie obiit 22. Jan. 1698.

Edidit cum Viennae Philosophiam doceret, latine:

Imago Austriaca a Carolo II. Hisp. ac Indiarum Rege Madriti 1685. publice exposita. Viennae Christ. Cosmerovii 1685. 8.

Cursus philosophicus. Viennae 1686. 8. Carmine itidem heroico.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Paintner.)

GEIGER Mathias, Transylvanus Claudiopoli 24. Febr. 1720. natus, et 1738. in Societatem receptus, et 4 vota 1755. professus Mathesim Budae et Claudiopoli quinquennio docuit, Praefectus dein Viennae in Collegio Theresiano triennio, tum quadriennio Regens Convictus Regii Archiepiscopalis Tyrnaviae, ac demum ab anno 1768. Regens Convictus Nobilium Sopronii, sublato etiam Ordine illud Jaurini regere perexit, ad nobilem juventutem educendam factus, et a M. Theresia Abbatia mitrata S. Crucis ad Muram donatus. Sublatis his omnibus a Josepho II. contuberniis se in Abbatiam suam retraxit et Sacerdos jubilatus Jaurini decessit. Vir linguarum latinae, germanicae, hungaricae, gallicae, italicae, anglicae, valachicae et turcicae gnarus, multaeque lectionis.

Edidit latine:

Cineres pretiosi duorum fratrum Jo. Georgii et Franc. Caroli Nagy de Tsatar, Physices ac Poeseos auditorum aet. 18. et 14. die resurgentis Domini e variolis defunctorum, dum eis ab Academia Claudiopolitana lugubri oratione parentaretur. Cibinii 1744. 4.

Oratio de Spiritu S. coram Senatu Academico die Pentecostes in Ecclesia metropol. Viennae dicta 1748.

Gallice:

Oratio coram M. Theresia Augusta in Festo S. Theresiae nomine Collegii Theresiani dicta a C. Michaelo Nádasdi. Viennae 1760.

Festa celebrata Tyrnaviae per nobilem juventutem Academiae hujates occasione Conjugii Josephi II. cum Josepha Bavara 5. Febr. 1765. Tyrnaviae. Continet Dramma et Pastoralem.

Benjamin seu Recognitio Josephi. Tragoedia. 1768. 8.

Aesopus in Collegio. Dramma comicum a nobile juventute actum Sopronii 1772. 8.

Sosipater seu Amor filialis. Sopronii. 1774.

E gallico latine reddidit:

Spiritus Flechier Episcopi Nemausiensis Oratio panegyrica S. Ignatio Loyola dicta coram Regina Galliarum. (Kaprinai Eloq. S. T. II. p. 363.)

(Bibl. Sarchen. Paintner.)

Digitized by Google

GELB Gotthardus, Germanus, Graecii in Styria 5. Nov. 1661. natus, et aet. 17. Societatem ingressus, 4 vota professus et Philosophiae Doctor, Viennae Poesim, Tyrnaviae Philosophiam, Theologiam pluribus in locis docuit. Rector dein Budae, et Posonii, Minister ac praefectus spiritus Viennae et Lincii, hic demum, vir magnae probitatis et mortificationis, pie obiit 21. Jan. 1723. aet. 62.

Extant ejus latine:

Epistolae fraeno poetico ligatae. Viennae Cosmerovii Vidua. 1695.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

GELB Wolfgangus, Germanus, Graecii in Styria 3. Apr. 1634. natus, et aet. 16. in Societatem admissus, 4 vota professus, gnarus per omnem vitam Operarius et in Exercitiis S. Ignatii tradendis solers, quibus etiam ipso duce Rev. Neostadiensis Antistes se subjecit, Collegii ejusdem triennio Rector, et Gynaeceo Augustae Viduae Eleonorae Mantuanae duodecim annis in spiritualibus praefectus, vir apprime religiosus piissime obiit Viennae in Domo Annaea 26. Febr. 1703. aet. 69.

Edidit germanice:

Consilium magnum, seu Devotio novem dierum ad S. Franciscum Xav. Viennae Kürner 1688. 8.

Transtulit in germanicum:

Exempla tragica malae Confessionis, quae ex hispanico P. Christophori Vega italice reddidit Jos. Fotius S. J. Viennae 1681.

Exempla laeta verae Poenitentiae. Viennae Krembsel 1694. 12.

Plures alios pios tractatus partim conscripsit, partim ex aliis linguis traduxit.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Propyl. Bibl. Univ. Graec.)

GENELLI Christophorus, Germanus, a parentibus italis oriundus, natus Berolini in Borussia 24. Apr. 1800. Absolutis in Universitate Berolinensi studiis et Sacerdotio initiatus, post aliquot annos Canonicus Capituli Kulmensis ibique Director Seminarii Episcopalis renunciatus est. Hoc in munere per decem annos in formando juveni Clero desudans et invicto labore jura Ecclesiae defendens, tandem ad altiora vocatus mundo ejusque honoribus valedixit et anno 1842. tyrocinium Graecense Societatis Jesu ingressus est; quo peracto Romam accitus Ministrum in Collegio hung.-germanico egit. Ob afflictam vero valetudinem in Provinciam austriacam reversus per aliquot annos Oeniponte se studiis theologicis et litterariis impendit, simulque in ministerio verbi et in Missionibus strenue laboravit. Tempore dispersionis anno 1848. in Americam missus ibique in Universitate Missouriensi Societatis Professorem historiae ecclesiasticae egit, donec in Austriam revocatus et sine mora iter aggressus, ubi in Urbe Cincinatti advenit, Cholera ibi vehementissime grassante correptus pie in Domino obiit 17. Julii 1850. aet. 50.

Ante ingressum in Societatem scripsit germanice:

Epistolae genuinae S. Ignatii M. Ep. Antioch. ex graeco textu germanice redditae. Monasterii in Westfalia 1827. 8.

De mortis sententia in Causa D. N. J. C. Disquisitio theologico-exegetica; inserta in Ephemerid. theol. Tubingens. Tubingae 1840.

Lyrica. Collectio Carminum lyricorum. Misnae et Lipsiae 1840. 8.

S. Chrystophorus. Carmen epicum IV. Cantibus. Aug. Vind. 1841. 8.

In Societate edidit pariter germanice:

Carmina ecclesiastica in memoriam Exercitiorum spiritualium pro populo. Oeniponte 1847. 12.

Vita S. Ignatii de Loyola Fund. Soc. Jesu ex actis authenticis imprimis Epistolis ipsius propriis. Oeniponte Wagner. 1848. 8.

In Msc. reliquit:

Vita Ven. P. Jos. Maria Pignatelli Soc. Jesu, et Collectanea historiae Ordinis Templariorum parandae.

GENNGEY Ladislaus, Hungarus.

Edidit latine:

Idea verae Nobilitatis honori Illustr. D. Comitis Viti a Strasoldo dicata. Graecii 1664. 12.

(Wittmann.)

GENTILI Franciscus, Germanus, in Carniolia 16. Sept. 1637. natus et aet. 17.

Digitized by Google

Societati adnumeratus, Operarius per omnem vitam indefessus et Concionator tam facundus, ut suae linguae Cicero diceretur, vir usquequaque religiosus pie obiit Flumine ab omnibus deploratus 29. Nov. 1704. aet. 67.

Collegit et edidit varios libellos ad devotionem excitandam.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

GENTILOTTI Cornelius, Germanus, Clagenfurti in Carinthia 3. Maji 1618. natus et aet. 18. in Societatem admissus, 4 vota professus, a sanctitate non minus quam doctrina conspicuus, Philosophiae et Theologiae Doctor utramque Viennae docuit. Dein Provinciae Praesidis Socius, Collegii Leobiensis et Clagenfurtensis, et postquam Roma, quo ad Congregationem Procuratorum missus est, rediit, Collegii Graecensis Rector; quo in munere vir zelosissimus, qui plures heterodoxos ad veram fidem, peccatores obstinatos ad poenitentiam adduxit, peste infectis non semel adstitit, cujus opem animae purgatorii saepius coram implorarunt, sub cujus Sacrificio adolescens a vitae integritate notissimus puerulum Jesum in S. Hostia vidit, cujus demum oratione Graecii fulmine cadente ignis indomitus non aqua sed nudarum manuum attactu sopitus est, sanctissime obiit Graecii 24. Juli 1681. aet. 63.

Extat ejus:

Sermo sacer, quo de laudibus Immaculatae Conceptionis in primo ejus publico Cultu peroravit. Viennae 1649.

Funebris Ferdinando III. Rom. Imp. dicta, dum ei Collegium Viennense S. J. justa solveret. Viennae. 1657. 4.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. ubi fusius ejus Elogium. Poistner.)

GERALDINI Balthasar, Germanus, Viennae Austriae ex illustri Hibernorum familia 25. Nov. 1624. natus, et aet. 16. in Societatem in Provincia Austriaca cooptatus, Philosophiam Viennae, Theologiam Romae publice defendit, et utriusque Doctor creatus, utramque, 4 vota professus, Viennae ac Tyrnaviae, et Turca Viennam obsidente Monachii docuit. Triginta annis in scholis summa approbatione transactis Collegium Lincense rexit; hinc Provinciae Praesidi Socius datus, post sesquiannum vir admodum religiosus extinctus est Viennae 19. Martii 1678. aet. 54.

Edidit latine:

Theatrum Sapientiae. Viennae Jac. Kürner 1657. 8.

Quaestiones philosophicae in Universitate Viennensi ipso praeside disputatae. Partes duae. Viennae Cosmerov. 1661. 12.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

GERŐ Georgius, Hungarus, Szekszárdini 12. Aug. 1732. natus, 1752. Societatem ingressus, et 1765. Sacerdos factus, cum absoluta tertia probatione, humaniores classes biennio docuisset, Unguarini ex febri hectica pie obiit 28. Aug. 1768. aet. 32.

Edidit:

Christiani Herculis Godefridi Bullionii Bellica facinora e latino in hungaricum sermonem translata. Partes II. Cassoviae 1760. 8.

(Horanyi. Poistner.)

GERSTL Adamus, Germanus, e Provincia Austriaca, Missionarius in Novo Mexico, in America Septentrionali, cujus:

Epistolae XXVI. ad Patrem suum Officialem Caesareum in Styria partim ex Hispania partim ex America a 30. Junii 1678. usque ad 14. Jul. 1681. quarum ultima Angelopoli in Nova Hispania, scripta; in unam collectae germanice per Stöcklein in Mercurio P. I. n. 31. aguntque de discrimine Hispanorum a Germanis in moribus, de itinere per Hispaniam, naufragio prope Gades, itinere in America, diversisque novis ex utraque India.

GINDHOER Franciscus, Germanus, Passavii 14. Dec. 1714. natus, et aet. 16. in provinciam Austriacam receptus, 4 vota professus, utriusque facultatis Doctor Viennae Philosophiam, Lincii et Graecii diversas Theologiae partes docuit, sublato Ordine mortuus.

Recudi curavit latine:

Jos. Rogerii Boscovich: Dissertatio de inaequalitate gravitatis in diversis terrae locis. Viennae 1751. 8.

Digitized by Google

Ejusdem: Dissertatio de viribus vivis. Ibid. 1752. 8.

Edidit latine:

Introductio in Artem diplomaticam.

(Paintner.)

GLABOTSCHNIG Casparus, Germanus, ad S. Pauli in Carinthia 1. Jan. 1661. natus, et aet. 19. Societatem ingressus, 4 vota professus et Philosophiae Doctor, eandem Viennae docuit. Sed mox Socius Magistri Novitiorum, ac subin Magister ipse et Collegii Annaei Rector, officio hoc ad mortem usque functus est, novellorum Religiosorum in via perfectionis vere et ductor et exemplar. Extruxit etiam novam Ecclesiam, Dei Eucharistici tam eximius cultor, ut noctibus singulis ad eum adorandum surrexerit. Obiit in Domo Annaea Viennae 4. Apr. 1708. aet. 47.

Edidit latine:

Leopoldi Magni Caesaris invictissimi Victoriae praecipuae ab anno 1683. ad 1697. adversus Turcas obtentae. Carmen. Viennae Cosmerovii 1698. 8.

Epistolae poeticae ad Domum Austriacam de ejus Virtute bellica. Viennae 1698. 8. Vogel.

Phosphori Austriaci sive Compendiosae Historiae de Augustae Domus Austriacae Origine, Magnitudine et Potentia. Libri duo. Viennae Schlegel 1699. et 1701. 12.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

GLASER Petrus, Germanus, Wormatiae 25. Dec. 1640. natus, Philosophiae Magister aet. 21. in Societatem in provincia Austriaca admissus, et 4 vota professus, Graecii Poesim, tum Viennae Philosophiam, ejusdem Doctor creatus, tradidit. Zagrabiam hinc missus, Minister Collegii, praemature licet, piissime obiit 26. Julii 1678. aet. 38.

Edidit latine:

Idea Sapientiae delineata, seu B. Stanislaus Kostka S. J. vario carminum genere celebratus. Graecii Widm. 1670. 8.

Aristoteles cum veris suis stagyritis defensus. Viennae Thurmayr Vidua 1676. 8.

Gloria D. Caroli Borromaei. Viennae Cosmerovii. 1677. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

GLAVACH Stephanus, Croata Varasdini 13. Dec. 1627. natus, et aet. 21. in provinciam Austriacam cooptatus, 4 vota professus, et Philosophiae ac Theologiae Doctor, Mathesim Graecii, tum Philosophiam, Theologiam ac Jus Canonicum ibidem pluribus annis tradidit, ac demum pie obiit Tyrnaviae 20. Aug. 1680. aet. 53.

Extat ejus:

Tabula geographica Croatiae et Slavoniae a mendis repurgata. 1673.

(Propyl. Bibl. Univ. Graec. Gesta et Scripta Prov. Austr.)

GLEISBACH Sigismundus, Germanus, ex illustri familia in Styria 3. Jan. 1633. ortus, et aet. 16. in Societatem receptus 4 vota professus, Philosophiae et Theologiae Doctor, cum utramque Viennae 19 annis docuisset, Goesium S. E. Card. et Episcopum Gurcensem Romam comitatus, eidem septennio a consiliis et confessionibus fuit. Redux Convictum Graecensem et Viennensem, Collegium Labacense rexit, et vir a summis quibusque ob singularem prudentiam et eruditionem in rebus gravissimis consultus, pie obiit Leobii 24. Dec. 1703. aet. 70.

Edidit Poeta Viennae latine:

Epigrammata. Viennae 1657. 8.

Imago Sapientiae, seu quatuor Philosophi antiqui, Seneca, Diogenes, Anaxarchus et Bias carmine celebrati. Viennae Matth. Cosmerovii 1657. 8.

Castellum, quod intravit Sapientia, et sicut Lucerna fulgoris illuminavit. Carmen elegiacum. Viennae 1637. id 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

GLOYACH Andreas, Germanus, e nobilissima familia Graecii in Styria 30. Dec. 1639. natus, et aet. 15. Societatem amplexus, Philosophiam Viennae, Theologiam Romae tanto cum plausu defendit, ut docti Germani nomine honoraretur. Redux utramque scientiam Graecii per plures annos tanta approbatione praelegit, ut scripta ejus etiam ab exteris in Italiam expeterentur. Operarius ad haec indefessus et in S. Tribunali rigida etiam hyeme in meridiem usque assiduus, demissionis et obedientiae exemplar, orationis studiosissimus, non

Digitized by Google

tam annis quam meritis Coelo maturus, pie obiit Graecii 16. Febr. 1677. aet. 38.

Edidit latine:

Laureati a Pallade flores, seu Condecorata Sapientiae insignibus Nobilitas. Graecii Widm. 1669. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

GOEGGER Franciscus, Germanus, Viennae Austriae 16. Oct. 1681. natus, et aet. 15. Societati adnumeratus, 4 vota professus, ob singularem facundiam mox S. Cathedrae admotus, praecipuis Provinciae locis, Labaci, Lincii, Graecii, Viennae et quidem in Domo professa verno jejunio quinquies per hebdomadam quadriennio ad populum dixit. Tum ad Aulam translatus quinquennio Gynaeceo Augustae et annis 17 ipsi Elisabethae Imperatrici a sacris Confessionibus fuit. Ab hoc tempore indefessus ad mortem usque Operarius in Domo professa pie obiit Viennae 3. Nov. 1760. aet. 79.

Vertit ex italico et gallico in germanicum et edidit:

Prola Josephi: Dies verae vitae, seu quotidiana praeparatio ad mortem. Viennae Kurzbeck. 1742.

Mariani Francisci Antonii: Exercitium devotum pro Cultu S. Francisci Borgiae S. J. ad obtinendam ejus intercessione gratiam sine SS. Viatico non moriendi. Viennae Kaliwoda 1754. 8.

Chappuis Meditationum Pars I. Viennae 1749. 8. et plura alia.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

GOEGGER Josephus, Germanus, praecedentis frater, eodemque loco 3. Maji 1673. natus, et aet. 18. in Societatem receptus, 4 vota professus, Philosophiae et Theologiae Doctor, utramque in Universitate Vindobonensi 14 annis tradidit. Rector dein Collegii Lincensis, Cremsensis, et Domus Annaeae, et Praefectus spiritus annis pluribus, vir magnae prudentiae et probitatis religiose obiit in Collegio Viennensi 9. Nov. 1752. aet. 79.

Edidit latine:

Theses Ethicae de Virtutibus moralibus, prudentia, fortitudine et temperantia, cum Problemate historico. Viennae Heyinger 1708. 8.

Problemata physico-moralia de natura et proprietatibus hominis. Viennae Voigtin 1719. 8.

Problemata polemico-moralia de Re Militari. Viennae Voigt 1711. 8.

Philosophia tripartita in sacram, coronatam et gentilem distributa, narratione historica et dissertatione philologica illustrata. Viennae Voigtin 1711. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

GOELZ Franciscus, Germanus, Passavii 9. Sept. 1681. natus, et aet. 12. Societati in provincia Austriaca adscriptus, Humanista, Concionator, Congregationum praeses et Minister, pie obiit Sopronii 16. Dec. 1724. aet. 43.

Edidit germanicé:

Panegyricus honori S. Annae in monte Crucis dictus, et impressus Passavii. 1719. 4.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

GOENNER Casparus, Germanus, natus 6. Jan. 1744. Passavii absoluta Philosophia an. 1763. in provinciam Austriacam adscriptus, et sublato Ordine Sacerdos factus et Theologiae Doctor, ab Episcopo Spirensi Bruchsaliam evocatus, Seminario Clericorum praefuit, unde redux Labaci Rhetoricam docuit, ibique pie obiit 1794. aet. 50.

Edidit germanice:

Conciones pro ruricolis.

Quatuordecim Conciones festivales. 1788. 8.

Quatuordecim Cnnciones Dominicales. 1789. 8.

Vertit in germanicum ex italico P. Pinamonti S. J.

Infernus apertus Christiano, ne in eum labatur. Considerationes in singulos hebdomadae dies. Aug. Vind. Doell. 1791. 8.

Cor contritum, seu Motiva veram contritionem de peccatis eliciendi. Considerationes in singulos hebdomadae dies. Ibid. eod. 8.

(Paintner.)

GOERGEI Christophorus, Hungarus, natus 1685, et aet. 17. Societatem ingres-

Digitized by Google

sus, 4 vota professus Philosophiae et Theologiae Doctor, Claudiopoli et Tyrnaviae utramque pluribus annis docuit, Seminarium Clericorum Tyrnaviae bis rexit, PP. tertiae probationis Neusolii instruxit, Collegium Cassoviense rexit, et Rector Collegii Agriensis ibidem pie obiit 1. Dec. 1747. aet. 62.

Edidit latine:

Decenna Magni Indiarum Philosophi, seu Theses Xaverianae. Claudiopoli 1718.

(Paintner.)

GOESSNER Ignatius, Germanus, Styrus Marzhoffii in Valle Martia 21. Nov. 1716. natus, et absoluta Graecii Philosophia aet. 23. in Societatem receptus, ex Theologia Graecensi in Indias abiit 1749. Missionarius in Philippinas destinatus, ibique usque ad annum 1760. moratus, redux in Provinciam Temesvarini fervidum Operarium egit, et soluto Ordine meritorum plenus piissime obiit.

Ejus est:

Epistola ad R. P. Mathiam Pock Rect. Coll. et Univ. Graec. Gadibus 4. Aug. 1749. ubi cum multis Missionariis abitum se in utramque Indiam expectare ait. — Germanice in Stöcklein P. XXXIII. n. 664.

GOETTNER Franciscus Xaver. Germanus, Lincii in Austria 12. Oct. 1695. natus, et aet. 18. Societati adjunctus, 4 vota professus et Philosophiae Doctor, Viennae Ethicam, Graecii triennalem Philosophiam, Labaci Theologiam morum docuit, ac Missione Indica non obtenta, zelosus semper Operarius Labaci pie obiit 1. Sept. 1733 aet. 38.

Edidit latine:

Lauri et Olivae conjunctio, sive Pax ter secundis Caroli VI. Rom. Imp. armis Hungariae recuperata. Tyrnaviae typ. Acad. 1719. 8.

Mercurius Austriacus seu Memorabilia Austriae superioribus annis gesta. Pars I. Hymenaeus Austriacus in Nuptiis Ser. Friderici Augusti Elect. Saxon. et Mariae Josephae Josephi I. Aug. Filiae. II. Victoria Austriae in Sicilia. III. Parentalia Austriae piissimis manibus Eleonorae Augustae. Tyrnaviae typ. Acad. 1729. 8. Prosa et metro.

Panegyris D. Stanislao Kostka Academico Viennensi dicta, cum Canonizatio ejusdem Academici et Tutelaris sui ab Universitate Vindobonensi celebraretur. Viennae Wolfg. Schwendiman 1727. fol.

Successio genealogica Imperatorum et Regum Europae. Graecii Widm. 1729. 8.

Successio genealogica S. R. I. Principum. Graecii Widm. 1730. 12.

Successio genealogica Principum Italiae. Graecii id. 1730. 12.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

GOETZ Stephanus, Germanus, Griskirchii in Austria 11. Nov. 1642. natus, et aet. 18. in Societatem cooptatus, 4 vota professus, et Philosophiae Doctor, Poesim docuit Viennae, Eloquentiam, Philosophiam sexennio Zagrabiae, tum annis 14 diversis in locis ad populum dixit. Capellanus dein castrensis, at muneri huic ob attritas nimiis laboribus vires valedicere mox coactus, Minister et Praeses Congregationis civicae per multos annos, singularis Dei Eucharistici et divinae Matris Cultor, vir ad normam Constitutionum factus pie obiit Clagenfurti 9. Maji 1711. aet. 69.

Edidit latine:

Florilegium seu virtutes Sacratissimarum Majestatum Leopoldi I. et Claudiae in coronam collectae. Viennae Math. Cosmerovii 1674. 8. vario carmine.

Axiomata Veterum e Sapientum officinis comparata. Graecii Widm. 1677. 8.

Dies Herculeus seu laboriosus Sapientiae triumphatricis tot victoriarum de animi monstris quot horarum parens. Graecii 1678. id. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

GOETZE Franciscus, Hungarus, Lévae 2. Nov. 1714. natus aet. 17. Societati insertus, receptis Cassoviae altioribus scientiis Claudiopoli Philosophiam quinquennio tradidit, dein Jaurini et Viennae ad Hungaros dixit, ubi contracta a milite in nosodochio lue in malignas maculas erumpente, victima charitatis obiit 23. Apr. 1758. aet. 44.

Est ejus hungarice:

Digitized by Google

Panegyricus B. Josepho a Calasanctio Fund. piarum scholarum in ejus Beatificatione dictus in Bisztriz 15. Sept. 1749. Claudiopoli 1750. 4.

(Paintner.)

GOLDPERGER Ignatius, Germanus, in Cellis Angelorum prope Passaviam natus 3. Febr. 1649, et Sociorum numero in provincia Austriaca adscriptus Viennae 1666. 4 vota professus, Viennae et Clagenfurti studiorum praefectus dramata coram Aula summa et laude et utilitate exhibuit. Operarius simul sedulus praemature sublatus est Clagenfurti 24. febr. 1692. aet. 43.

Transtulit e latino idiomate in germanicum:

Tres Centuriae Epigrammatum. Salisburgi 1685. 8.

(Propyl. Bibl. Univ. Graec. Gesta et Scripta Prov. Austr.)

GORITIENSE COLLEGIUM a Ferdinando II. Caesare 1621. fundatum, a quo:

Oratio Leopoldo M. Imp. semper Augusto Goritiam ingredienti dicta. Utini Nic. Schiratti. 1660.

Manuscripta Collegii hujus servantur in Bibl. C. R. Vindob. T. III. Recens. Schwandtner N. IV.

Instrumenta item varia et Documenta. ib. n. 2068. a fasciculo I. ad XVIII. inter quae Historia oeconomiae hujus Collegii.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Paintner.)

GOTTGEISEL Joannes, Hungarus, Posonii 16. Julii 1726. natus, 1743. in Societatem receptus, et 4 vota professus, Philosophiae et Theologiae Doctor, Mathesim Claudiopoli, Jaurini, Tyrnaviae, ibidem integrum Philosophiae cursum, tum Posonii, Cassoviae, Jaurini, Budae ad sublationem usque Ordinis Controversias, Canones ac Scripturam S. exposuit, ac simul saepius Catechista aut Concionator fuit, et sublato Ordine pie obiit 1794. aet. 58.

Edidit Rhetor Cassoviae latine:

Palatini Hungariae sub Regibus Austriacis versu heroico expressi. Cassoviae typ. Acad. 1753. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Aust.)

GOTTSCHEER Martinus, Germanus, Kirchoffii in Austria 6. Dec. 1648. natus, et act. 18. in Societatem receptus, 4 vota professus et Philosophiae Doctor, Poesim primo Graecii docuit; tum in Exercitu Caesareo in Hungaria Capellanus castrensis, dein Viennae Ethicam docuit, hinc cum Legato Caesareo Dresdam missus, cum Joannem Georgium III. Electorem Viennam ad eandem a Turcis liberandam comitatus esset, cum eo redux annum adhuc unum Dresdae perstitit. Tum Philosophiam triennio Lincii et altero Graecii, docuit. Dein Franciscum Ottocarum Comitem de Stahrenberg Legatum Caesareum Holmiam in Sueciam comitatus est. Redux hinc Lincensis Seminarii Regens, fundamenta simul ibidem Collegii Nordici posuit, cujus primam ideam in Septentrione degens concepit, et in quo juvenes illarum regionum ad fidem catholicam conversi educarentur, ut reversi alios rursus ad eandem perducerent. Sed demo cum viro illustri Seavio in Transylvaniam missus, stationem Carolinae et monasterium Cibinii cum Templo Societati vindicavit. Vix Lincium redux Ducem Zeizium in Saxoniam comitari est jussus. Hinc quoque mox reversus Casus Conscientiae et Jus Pontificium quinquennio explanavit, Patres tertiae probationis biennio instruxit, ac interim Collegium suum Nordicum collectis undique etiam per Imperium eleemosynis penitus absolvit ac 9 annis primus Regens gubernavit. Ultimo decennio Graecii praefectum spiritus egit. Fuit vir insignis charitatis, quam maxime in castris, ubi vulnerato militi in ipsa pugna assistens duplici ictu et ipse in capite lethaliter vulneratus est, tum Cassoviae, cum peste infectis suprema moribundorum Sacramenta impertiit, tum in Suecia et Saxonia, ubi multa pro Gloria Dei et errantium reductione fecit tulitque, tum per omnem vitam et in ipso adhuc senio exhibuit, quo in S. Tribunali assiduus, ad periculose aegrotantium lectos diu noctuque affixus, in tradendis S. Ignatii Exercitiis indefessus, pater juvenum et pauperum fuit; inter haec pro sua demissione et animarum zelo non semel testatus, malle se in Hungaria sacram missionem, quam utut conspicuum in Societate munus suscipere. Denique Pueri Jesu praecipuus cultor, cujus miram opem

Digitized by Google

bis in extrema necessitate expertus est, Graecii sub ipsa communi precatione vespertina genibus innixus 21. Sept. 1731. aet. 83. apoplexia ictus piissime obiit. Virtutem ejus duo Summi Pontifices Innocentius XII. et Clemens XI. Imperatorestres Leopoldus, Josephus et Carolus, plures tum S. R. Imperii tum S. R. Ecclesiae Principes et Antistites suspexerunt. Ob sanctitatem suam a pluribus post mortem privatim est cultus et in auxilium vocatus, et matrona nobilis priscae fidei, et fraudis nescia testata est, se in gravi et desperato filioli sui morbo, invocato P. Martino, sanitatem proli eo ipso momento non sine prodigio impetrasse.

Collegium Nordicum SS. trium Regum dictum opera ejus fundatum, integro Saeculo floruit, dum a Josepho II. tolleretur, fundatione postmodum Cremifanium ad PP. Benedictinos translata.

Edidit latine:

Refutationes Anti-Bellarmini.

Conclusiones ex universa Philosophia Aristotelis cum animadversionibus. Lincii Rödelmayr 1687.

Positiones ex universa Aristotelis Philosophia positionibus moralibus sapientissimorum Philosophorum illustratae. Lincii id. 1687. 4.

Sententiae et Animadversiones Corn. Taciti, sapientissimi Senatoris Romani. Lincii Rödelmayr 1687. 12. c. fig.

Vita Thomae Mori Angliae Cancellarii autore Stapletono. Graecii 1689. 12.

Philosophia universa D. Brunoni ejusque Venerabili Religioni Cartusianae dedicata. Graecii Widmanstadii 1690. 8.

Philosophia Polemica secundum Aphorismos Aristotelis Stagiritae cum adnotationibus tum philosophicis tum stagiriticis ex variis Autoribus desumtis. Graecii id. 1690. 4. c. fig.

Theses Theologiae Moralis ex Praecepto primo Tabulae primae. Lincii Rödelmayer 1707. 4.

Bene et male secundum Praecepta secundae Tabulae. Lincii Freyschmidt 1708. 4.

Positiones Cosmographicae. Lincii Heydenmayr 1711. 8.

Symbola cum Inscriptionibus in Nordico Collegio exhibita. Lincii Freyschmidt 1713. 8.

Opusculum Doctrinam Fidei continens. Lincii 8. germanice.

Devotio Nordica. Recusa saepius.

Limavit etiam operose Jus Canonicum P. Friderici Krimer S. J. pro typo 4 Tomis in folio.

Denique extat:

Sermo sacer ad secundas suas Primitias. cui titulus: Solatium senum Doctrina juvenum, a se ipso confectus et dictus in Templo aulico S. Aegidii Graecii, et ibidem impressus typ. Widm. 1726.

In Stöckleinii vero Mercurio Parte XXIV, continetur germanice a pag. 141—187.

Iter, Vita, Acta et Missio R. P. Martini Gottscheer S. J. Missionarii in Suecia e Prov. Aust. — Accedit Iter ejusdem Vienna Holmiam ab ipsomet latine scriptum, germanice redditum.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Propylaeum Bibl. Univ. Graec. Bibl. Carniol.)

GRABMER Georgius, Germanus, natus Mauthusii in Austria 1749. quatuor annis in Societate transactis, abolito Ordine Presbyter saecularis, Philosophiae Doctor, pluribus annis ruri in cura animarum versatus, Viennae 20 et amplius annis Poenitentiarium in Templo Academico, simulque apud Ursulinas Concionatorem, Conferentiarium et Confessarium convictricum ad mortem usque egit, quam apoplexia ictus pie oppetiit 7. Apr. 1822. aet. 73. completo.

Extat ejus germanice:

Sermo ad primitias fratris sui Josephi Canonici regularis S. Augustini ad S. Floriani. Styrae 1775. fol.

(Bibl. pr.)

GRAECENSE COLLEGIUM, in Styria Provinciae Austriacae a Serenissimo Carolo II. Archiduce Austriae, Ferdinandi II. Caesaris patre anno 1573. fundatum et celebri Academia ornatum, a Conjuge ejus piissima Maria Bavara et Ferdinando II. Rom. Imp. auctum, edidit latine:

Parentalia Serenissimo Carolo Archiduci Austriae Fundatori suo. Graecii Widmanstadii 1590.

Orationes tres in Exequiis ejusdem a tribus Patribus habitae. Graecii id. 1590.

Sertum Austriacum LVII. Heroum An-

Digitized by Google

gustae Domus Austriacae variis Alumnorum Graecensium metris exornatum, ac Carolo Austriae Archiduci Ferdinandi filio 1605. dicatum. folio pag. 109. Msc. in Bibl. Caes. Vindob. Recens. Schwandtner T. II. n. 1476.

Parentalia Serenissimae Mariae Bavarae A. A. Ser. Caroli Viduae Graecii 29. Apr. 1608. pie defunctae. Graecii id. 1608.

Insignia Virtutis, Honoris, quinque Sodalibus B. Virginis Annuntiatae, Stanislao Danecki, Wenc. Udalr. Taubnero, Simoni Trinkae, Joanni Wabele et Jacobo Pauker, cum in Universitate Collegii Archiducalis S. J. Graecii primam S. Theologiae lauream acciperent, Don Mathias ab Austria, S. R. I. Marchio, ejusdem Sodalitatis Rector etc. Gratulationis ergo S. D. D. C. Graecii typ. Georg. Widmanstadii 1615. 4.

Pompa Funebris Ser. Mariae Annae Bavarae Ferdinandi II. Bohemorum tum Regis Conjugi emblematis et elogiis expressa. Graecii 1618. 4.

Imperium Romanum Ferdinando II. Augusto, Pio Patriae Patri, ab Augusto Septemvirorum S. R. I. Senatu votis concordibus delatum, faustae gratulationis ergo exhibitum. Graecii Ernesti Widmanstad. 1620. fol.

Amphitheatrum Regium Serenissimo Potentissimoque Ferdinando III. Hungarorum Regi in faustam Gratulationem laboratum; dicatum anno saecularis aerae 26. Graecii 1626. fol.

Epithalamium symbolicum Conjugibus Porphyrogenitis Serenissimo Potentissimoque Ferdinando III. Hungarorum Bohemorumque Regi et Serenissimae Mariae Reginae Hispaniarum Infanti, Archiducibus Austriae, cum Viennae Austriae Regias Nuptias solemniter agerent, in laetissimam Adgratulationem debitique honoris aeternum monumentum dicatum. Graecii Em. Widmanstad. 1631. fol.

Annus primus Imperii Austriaci XII. Caesaro-mensium et CCCLXV. anno-dierum D. Ferdinandi III. Imperio expletus, nunc annus secundus inchoatus, supputatus, concinnatus, oblatus a Collegio S. J. Graecensi anno 1638. fol. cum Symbolis Imperialis Inaugurationis Ferdinandi III. ejusdemque felicissimae in Regem Romanorum Coronationis.

S. Franciscus Xaverius e S. J. Orientis Apostolus, sacra Miraculorum gratia Potami in Oppidulo seu Casale Calabriae celebris, jussu Episcopi Miletani a Fr. Natalio collectus, Bononiae, Genuae, Neapoli italice editus, et in Collegio Graecensi S. J. latinitate donatus. Graecii Widmanstad. 1636. 8.

Mitrata Corona Montium, seu XL. Abbatum Admontensium Elogia oblata A. R. Patri Manincor Rectori suo, cum Jus Canonicum defenderet, a Sodalitate majori Mariana. Graecii Widm. 1661. 8.

Artium Gloria seu Honor domesticus, quem Adm. Rev. ac Religioso D. Paulo Auer dignissimo quondam Rectori suo obtulit Sodalitas major Mariana, cum in Alma Universitate Graecensi Supremos Doctoratus Theologici honores capesseret. Graecii Widmanst. 1665. 8.

Genealogia Serenissimae Domus Austriacae a Philippo I. Hispaniorum Rege altero Austriacae Magnitudinis Fundatore usque ad Augustissimos Caesares Leopoldum et Margaritham deducta, eisque Neonuptis oblata a Coll. Graec. S. J. Graecii Ferd. Widmanstad. 1666. fol.

Cyrus ludis nuptialibus Leopoldi Aug. et Claudiae Felicis, ab Academica juventute in scenam datus. Graecii 1673. 8.

Josephi Proregis Aegypti Polymita, seu Virtutum Regiarum in pluribus olim Principibus laudatarum Symetria in Josepho I. Rom. Rege coronato concinnata, eique dicata a Coll. Graec. S. J. Graecii Widm. 1690. fol.

Laurus Leslaena explicata, seu Enumeratio personarum e Comitibus Leslie, a Patribus S. J. Missionis Scotiae edita. Graecii 1692. fol. c fig.

Coronatus Virtutum Magister Carolus Archidux Austriae, Universitatis Graecensis Fundator. Graecii 1701. 8.

Hercules Austriacus, seu Josephus I. Rom. et Hung. Rex versu chronistico adumbratus. Graecii 1072. 8. c. fig.

Mausoleum Augustissimis manibus Leopoldi I. Rom. Imp. in ejus parentali-

Digitized by Google

bus erectum a Collegio S. J. et Universitate Graecensi cum duplici Panegyri. Graecii Widmanst. 1705. 4.

Triste amoris monumentum Deo et hominibus dilecto Leopoldo I. Rom. Imp. in triduanis Exequiis ab Univ. et Coll. Graec. exhibitum. Oratio funebris germanica Autore Jos. Sprudler. Graecii 1705. 4.

Augustissimis manibus Leopoldi I. consilio et industria Magni Panegyris lat. dum Coll. et Univ. Graec. eidem publicis Exequiis parentaret. Graecii 1705. 4. Autore Ant. Stieff.

Apparatus funebris Josepho I. Rom. Imp. Graecii haer. Widmanst. 1711. fol.

Quinquennium primum Imperii Romano-Germanici Caroli VI. cum sub ejus Auspiciis ex universa Philosophia defenderet Jo. Jos. Comes a Wildenstein, Praeside P. Marco Hansiz S. J. Phil. Doct. et Prof. Graecii Widmanstad. 1717. fol. c. fig.

Cenotaphium Caroli VI. Rom. Imp. Graecii Widm. 1740. cum symbolis.

Genethliacus Applausus Josepho II. Graecii 1741.

Selecta Musae Graecensis juxta systema naturae. Graecii 1761. 8.

Synopsis germanica Tragoediae Clodoaldus in Adventu Caes. Majestatum et Reg. Celsitudinum introductae in Coll. Graec. S. J. Graecii 1765.

Diarium Academici Mariani. Graecii 1728. 8.

Manuscripta hujus Collegii cum rebus Residentiae Millestadiensis et Praeposituraе Oberndorfensis servantur in Bibl. Caes. Vind. Recens. Schwandtner. Tomo III. n. I. ut et

Varia ad hoc Collegium pertinentia ibid. Tomo III. Fasciculo 16. et 17.

(Sotvell. Gesta et Scripta Prov. Aust. Vogel.)

GRAFF Gabriel, Germanus, Priborii in Moravia 20. Mart. 1696. natus et aet. 17. in provinciam Austriacam receptus, Philosophiae et Theologiae Doctor, quam utramque Tyrnaviae excepit, 4 vota professus, Mathesim Tyrnaviae et Cassoviae, tum hic Philosophiam triennio, ac postmodum Controversias, Casus et Dogmaticam octennio praelegit. Rector dein Tyrnaviae et Budae, Posonii Censor librorum, Cassoviae Typographiae praefectus pie obiit 21. Apr. 1759. aet. 63.

Est ejus latine:

Panegyris D. Francisco Xav. adornata. Tyrnaviae 1722. 12.

Problema philosophicum orbis litterati judicio propositum. Cassoviae 1731. 12. scilicet Orationi Jacobi Facciolati: Nullam esse adolescentibus tradendam Philosophiam nisi Historicam, opposuit Orationem: Philosophiam esse tradendam non solum Historicam, sed omnium maxime Peripateticam; accedit appendix de Aristotelis genere, institutione, vitae progressu, libris, ingenio et doctrina.

(Paintner.)

GRAFFHEIDEN Franciscus, Germanus Labaci in Carniolia 11. Mart. 1696. natus, et aet. 20. in Societatem receptus, 4 vota professus, Philosophiae et Theologiae Doctor, illam Viennae et Graecii, hanc Graecii et aliis locis docuit, pieque obiit Graecii 8. Apr. 1746. aet. 50.

Recudi curavit latine:

Edmundi Campiani S. J. Rationes decem oblati certaminis in causa fidei redditae Academicis Angliae; praefixa ejusdem vita et gloriosa morte. Tyrnaviae 1742. 12.

Jo. Eus. Nierembergii S. J. Theo-Politicus. Graecii 1774. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

GRANELLI Carolus, Italus, Mediolani 21. Febr. 1671. natus, et aet. 16. in Provinciam Austriacam receptus, nuncupatis 4 votis Philosophiae et Theologiae Doctor, utramque in Universitate Viennensi docuit. Ut in Mathesi, ita etiam in re historica et nummaria apprime versatus Frölichii institutor, antiquorum nummorum magno labore et sumtu partam collectionem Collegio Viennensi reliquit, quae sublato Ordine in Cimelium Caesareum translata est. Ab Augusta regnante Amalia Josephi I. conjuge conscientiae arbiter delectus, Principem hanc 30 annorum spatio ad insignem sanctitatem induxit, munerique huic duobus ante ipsam annis piissime immor-

Digitized by Google

tuus est Viennae in Collegio 3. Mart. 1739. aet. 58.

Edidit latine:

Germania Austriaca, seu Topographia omnium Germaniae Provinciarum Domui Austriacae subjectarum cum tabulis. Partes II. Viennae Georg. Schlegel 1701. fol. Pars I. recusa sine tabulis ibid. Trattner 1752. 4. et iterum novis accessionibus aucta ibid. 1759. 4. — Seorsim Styria. Graecii 1727. 12.

Tabula chronologica Monarchiae Sinicae a P. Philippo Couplet S. J. concinnata. Viennae 1703. cum charta geographica.

Hispania ter quaterque beata in septem Austriacis Regibus. Viennae Leop. Voigt 1704. 8.

Reliquit praeter plurima alia in Msc. Catalogum Cimelii sui eleganti ordine dispositum et exquisitis notis adspersum.

(Propyl. Bibl. Univ. Graec. Gesta et Scripta Prov. Austr. Vogel. Denis Bib.)

GRANSFELD Otto, Germanus, antequam rursus deseruisset Ordinem, dum Graecii Philosophiam doceret,

Edidit latine:

Sol in geminis, cum duo Perillustres Domini a Maurburg prima Philosophiae laurea donarentur. Graecii Widmanstadii 1676. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

GRASSMANN Oswaldus, Germanus, Alsata Thanensis, juvenis Societatem ingressus Viennae, et 4 vota professus, Missionem in Dacia ardenter expetiit, in eaque pluribus annis maximo cum fervore versatus est. Tradidit triennio Philosophiam, Operarius semper strenuus, et ultimo vitae anno Collegii Pazmaniani Rector, vir singulari pietate praeditus, obiit Viennae 22. Jan. 1667.

Impressit plures libellos de auxilio animabus purgantibus praestando.

(Gesta et Scrip. Prov. Austr.)

GREINER Ignatius, Germanus, Lincii in Austria 8. Dec. 1698. natus, aet. 18. Societati insertus, et 4 vota professus, Poesim primo ac Rhetoricam Viennae in Collegio docuit; tum annis 16 Posonii, Passavii, Styrae, Cremsii concionatus, Praeses dein Congregationis Coelibum in Domo professa ac Rector Neosolii, demum Minister Graecii pie obiit vir singularis mortificationis 7. Aug. 1755. aet. 57.

Edidit latine:

Bibliothecae veterum deperditae in Caesarea Viennensi instauratae. P. II. In prima Bibliothecas veteres, Alexandrinam, Atticam, Atheniensem etc. in altera Caesaream describit. Viennae Schwendiman. 1729. 8.

Laudatio funebris Benedicti XIII. Pont. Opt. Max. Viennae Voigtin 1730. 8.

Recollectio triduana. Cremsii Praxel 12. germanice.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Paintner.)

GRELL Casparus, Germanus, Cremsii in Austria 6. Jan. 1718. natus, et aet. 15. in Societatem admissus, vix absolutis studiis tertio probatus, Concionatorem illico ipsis 24 annis diversis in Hungariae locis, et quidem 16 postremis Sopronii magno tum zelo tum fructu egit, et abolito Ordine obiit Viennae 22. Apr. 1790. aet. 72.

Extat ejus germanice:

Panegyricus S. Vincentio Ferrerio Sopronii in Templo PP. Praedicatorum dictus. Impressus ibid. 1760.

Funebris in obitu Caroli Principis Regii dicta et edita Sopronii 1761. 4.

Funebris in obitu Georgii L. B. a Kalchreutt C. R. Generalis Equitatus dicta et edita Sopronii 1763. 4. P. Grell ei postremis morbi et vitae ad 77. aetatis annum perductae diebus ad Fidem Catholicam converso ad bene moriendum institutor adstitit.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Bibl. Szechen.)

GREMS Stanislaus, Germanus.

Cujus germanice:

Conciones doctrinales per exempla et historias. Ratisbonae 1647. fol.

(Bibl. Caes. Vindob.)

GRETH Christophorus, Germanus, Viennae Austriae 10. Sept. 1731. natus, et Philosophus absolutus aet. 18. in Societatem admissus, excepta Tyrnaviae Theologia, Praefectus in Collegio Theresiano,

Digitized by Google

Viennae triennio, tum diversis locis annis 12 cum fructu ad populum dixit. Ultimo Societatis anno celeberrimo P. Parhamer praesidi Orphanotrophii B. V. Mariae in Rennweg adjunctus est, ubi ad sublationem hujus domus per Josephum II. moratus, in Ecclesiam parochialem 9 Chororum Angelorum, ante Domus professa, se transtulit et impigrum Operarium egit, ultimo adhuc vitae anno septuagenario major virili cum vigore nec minore zelo concionatus.

Est ejus germanice:

Panegyris D. Joanni Nepomuc. in solemnitate eidem a Cancellaria aulico bellica habita. Viennae 1782. 4.

(Paintner.)

GRIBOCZI Michael, Hungarus, Szontoviciensis 17. Apr. 1625. natus, et aet. 18. Societati insertus, 4 vota professus, et utriusque facultatis Doctor, utramque pluribus annis cum laude docuit, et Theologiam Cassoviae induxit. Ut doctrina, ita virtute et rerum gerendarum dexteritate praestans rexit Collegium Soproniense, Tyrnaviense, Cassoviense, ac vir pietatis ac innocentiae singularis Tyrnaviae tertio Rector, cujus Collegii pene parens fuit, obiit 9. Febr. 1690. aet. 65.

Edidit latine:

Septem Miracula Orbis, in recentiorum temporum microcosmum traducta et in Theologiam erecta pro Baccalaureatu Theologico. Tyrnaviae typ. Acad. 1674. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

GRIENBERGER Christophorus, Germanus, Halae ad Oenum in Comitatu Tyrolensi natus 1561. aet. 19. in Provincia Austriae in Societatem susceptus, et 4 vota Romae professus, post humaniores litteras Mathematicam tam in Austria ac in specie Graecii, quam Romae 28 annis explanavit, dignus Clavii discipulus, in cujus Cathedram Romae successit; ubi etiam vir candidus, humilis, mansuetus et obsequiosus pie obiit 11. Martii 1636. aet. 75.

Opera ejus sunt:

Catalogus veteres stellarum fixarum longitudines et latitudines cum novis collatas continens. Romae Barth. Zanetti 1612. 4.

De Speculo ustorio elliptico libellus, et appendix ad practicam coni sectionem, cui annexa Consectaria, quae circulorum contactum sectionemque angulorum curvilineorum concernunt.

Rerum Mathematicarum Opusculum I. quod continet sex primos libros Geometricorum Elementorum Euclidis, cum parte undecimi ex Commentariis Clavii contractos. Romae haer. Zanetti 1629. 12.

Opusculum II. in quo Elementa Trigonometrica, id est, Sinus, Tangentes, Secantes etc. continentur. Romae ib. 1629. 12.

Elementa Euclidis contracta; recusa a Jac. Honorato Durando S. J. addita sua Geometria etc. Graecii 1636. 12.

Addidit etiam Demonstrationes Libro III. Rosae Ursinae Christophori Scheiner S. J. qui cum hoc nostro, Athan. Kirchero, Gasp. Scotto et Christoph. Clavio tantam germanico nomini ex scientia mathematica gloriam Romae pepererunt.

Tabulae mathematicae bipartitae universae Mathesis. Berolini et Francofurti 1690. 8.

Reliquit in Msc. Elementa Conica.—Nova horarum omnis generis delineandarum inventio. — Astrolabiorum omnis generis describendorum tractatus.

(Sotwell. Feller. Ossolinski. Paintner.)

GRILL Georgius, Germanus, Cremsii in Austria 9. Apr. 1704. natus, aet. 16. Societatem ingressus et 4 vota professus, Graecii Poesim, tum biennio Leobii Repetentibus hanc et Rhetoricam tradidit. At ob raram dicendi facultatem S. Cathedrae admotus, annis continuis 18 Posonii, Graecii, Viennae in Collegio, et 9 ipsis annis in Domo Professorum Dominicis et in Quadragesima quinquies per hebdomadam est concionatus, eique muneri ibidem immortuus 19. Martii 1757. aet. 53. deploratus a summis et infimis.

Edidit latine:

Epithalamium M. Theresiae Archiducis Austriae et Francisci Lotharingiae Ducis. Elegia. Graecii 1736. 8.

Germanice:

Panegyricus funebris Carolo VI. Rom. Imp. Graecii Widm. 1741. fol.

Panegyrici 88. Kiliano, Vigilio, Udalrico,

Digitized by Google

Casslano et Patronis Tyrolensibus dicti. Viennae 1746 — 51. 4. Viennae Kurzbeck 1746 — 51. fol. 4.

Panegyricus S. Colomano. Cremsii 1749. 4.

Defensio Immaculatae Conceptionis B. V. M. Viennae Kirchberger 1750. fol.

Doctrina morum ex Historia amarissimae Passionis et Mortis D. N. J. C. tempore Quadragesimae proposita. Concionum quadragesimalium Cursus quatuor. Partes IV. Viennae Kurzbeck 1758 — 61. 4.

Doctrinae morales Christianae in Dominicas totius anni et Evangelia Festivalia. Partes III. Viennae 1760. 4.

Conciones Dominicales, festivales et Quadragesimales. Augustae Vindel. Tomi XII. 1769 — 76. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Vogel.)

GROSS Franciscus, Germanus, Düsseldorfii in Ducatu Montium 28. Apr. 1685. natus, et aet. 16. Viennae in Provinciam Austriacam receptus, nuncupatis 4 votis Philosophiae et Theologiae Doctor, humanitatem Graecii, Philosophiam et Theologiam pluribus annis Viennae et Graecii docuit; Operarius inter haec strenuus et Congregationis Marianae Praeses permultos ad veram pietatem, multos haereticos ad veram Fidem perduxit, pieque obiit Passavii 2. Oct. 1743. aet. 58.

Edidit latine, cum Graecii Poesim et Rhetoricam doceret:

Vitae Caesarum Austriacorum cum metrica Symbolorum paraphrasi. Graecii Widmanstadii 1716. 12. ex quibus ipsius, et recusae in Analectis Kleinii:

Tropaeum Carolo V. abdicatis Regnis sui ipsius Victori. Recusum Viennae 1755. 8.

Panegyricus Ferdinando I. Religionis avitae Propugnatori.

Carmen Soterium Maximiliano II. fatali periculo defuncto.

Carmen Paraeneticon Rudolpho II. erudito, temperanti.

Epinicion Mathiae pietate in Numen Eucharisticum urbium Expugnatori.

Praeterea:

Annus primus Belli Turcici victricibus armis Caroli VI. Imp. inter luctum domesticum gloriosus; Oratio gratulatoria. Graecii 1717. 12. Accedit:

Threnus dithyrambicus Austriae Imperii in praematuram mortem Leopoldi AA.

Geographica Globi terraquei Synopsis quaesitis comprehensa. Partes II. Graecii Widm. 1720. et 21. 12.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Analecta Kleinii.)

GROSSINGER Joannes Bapt., Hungarus, Comaromii 27. Sept. 1728. natus et aet. 17. Societati insertus, 4 vota professus, Praefectus et professor linguarum in Convictu Tyrnaviensi, Collegio Theresiano Viennensi et Convictu Nobilium Cassoviensi, Professor repetentium humaniores litteras Jaurini ac Controversiarum Cassoviae, et postremis tribus annis Missionarius Castrensis Legionis Hellerianae in Italia, peragratis plurimis Austriacae ditionis provinciis Musaea praesertim naturalia perlustravit, et collectionem non exiguam rerum naturaliumipse Cassoviae coacervavit. Anno 1780. Parochus in Castro veteri Comaromiensi, et hoc triennio post diruto, laboribus tum spiritualibus tum litterariis ibidem vixit et pie obiit 1803. aet. 75.

Edidit latine:

Dissertatio de terrae motibus regni Hungariae, excerpta ex universa Historia Physica regni hujus. Msc. Jaurini 1783. 8. Seriei terrae motuum subjungitur: Elegia de nuperrimo terrae motu Comaromii 1783.

Plausus Comaromiensis Sacrae regni Coronae datus et dicatus, dum Vienna Budam translata momento hic consisteret. Ibd. 1790. 4. — Oda alia de eodem subjecto hungarice. Ibd.

Vota natali die R. Domino Petro Matzer (olim e S. J.) Parocho Comaromiensi. Ibd. 1793. 4.

Lessus et luctus in praecox fatum Leopoldi AA. Regni Hungariae Palatini. Carmen. Comaromii 1795. 8.

Vota et Propeneticon in Iter Josephi Antonii AA. Palatini Hungariae, dum Comaromium praeterveheretur. Ibd. 1795. 8.

Censura in Carmina Sen. Joannis Bajesi. Comaromii 1796. 8.

Exequiis D. Joannis Bajesi Sen. Comitatus

Digitized by Google

Comarom. Judicis, Notarii et Vice-Comitis. Ibd. 1798. 8.
Epicedion Joanni Bajesio. 1798.
Eucharisticon ob impetratum pensionis augmentum. Comaromii 1800. 8.
Plausus Sacro Pannoniae Monti hodie redivivo dicatus 1803. 4.
Comaromiensis Arx, Urbs et Provincia, historice et topographice adumbrata.
Universa Historia physica Regni Hungariae secundum tria Naturae regna et quidem:
Tomo I. Regnum Animale. Cujus Parte I. Zoologia seu Historia Quadrupedum. Posonii et Comaromii 1793. 8. cum Dissertatione praevia de re litteraria et Introductione in universam physicam Hungariae: subnexo Indice quadrupedum lactantium in lingua lat. germ. hung. slavo-bohemico-illyrica.
Tomo II. Pars II. Ornithologia, seu Historia Avium. Ibd. 1793. cum simili Indice.
Tomo III. Pars III. Ichthyologia seu Historia Piscium et Amphibiorum. Ibd. 1794. cum Indice.
Tomo IV. Pars IV. Entomologia seu Historia Insectorum. Ibd. 1794. cum Indice.
Tomo V. Regnum Vegetabile. Pars I. Dendrologia seu Historia Arborum et fruticum. Ibd. 1797. cum Indice.
In Msc. supersunt:
Tomo VI. Pars II. Phytologia seu Botanica.
Tomo VII. Regnum Minerale. P. I. Lithologia cum Oryctographia.
Tomo VIII. P. II. Mineralogia.
Tomo IX. Hydrologia cum Potamographia.
Praeterea in Msc. reliquit:
Litteratura totius orbis succincte adumbrata. Partes IV.
Farrago diversorum Carminum, inter quae eminent, quae in Bohemia de ultimo Bello Borussico fudit, cui cum legione pedestri Principis Ant. Eszterházi interfuit.
Exercitia oratoria et poetica, quae Repetentes S. J. Jaurini ipso ductore composuere.
Eucharisticon ad D. Vice-Comitem Jo. Bocicsy pro transmissis suis Carminibus. (Paintner inter Epistolas num. 109.)

(Bibl. Szechen. Heinsius in Supplem. Paintner.)

GRUBANOVICS Josephus, Hungarus 21. Aug. 1701. natus, et absoluta Philosophia aet. 23. Graecii in Societatem receptus, audita Tyrnaviae Theologia, cum et hanc et Philosophiam diversis in locis docuisset, ut et concionatus esset, et pluribus Residentiis praefuisset, Budae pie obiit 18. Nov. 1751. aet. 50.

Edidit latine:
Dissertationes de variorum animalium natura et proprietatibus. Graecii 1740. 8.
Dissertatio de cognitione brutorum ex gallico P. Ign. Pardies S. J. Ibd. 1741. 8.

(Paintner.)

GRUBER Antonius, Hungarus, in provincia Arvensi natus, et 1717. Societatem ingressus, Philosophiam et Theologiam docuit, ad populum dixit diversis in locis et Neosolii Rector pie obiit 1. Sept. 1747.

Edidit latine:
Historia Thaumaturgae Virginis Claudiopolitanae. Ibd. 1736. 12.

(Paintner.)

GRUBER Gabriel, (Grueber juxta veterem modum scribendi, uti etiam in ultimo Catalogo Prov. Austr. ante abolitionem Ordinis editi apparet) Germanus, Viennae Austriae 6. Maji 1740. natus et aet. 15. Societati addictus, audita Graecii Philosophia et Theologia et tempore intermedio Professor linguae latinae in Academia Orientali, et ante abolitum Ordinem ultimus in hac Provincia 4 votorum professus, posthac 18 annis Mechanicam et Hydraulicam Labaci docuit, simul fluminum cursibus regendis et paludibus exsiccandis Praefectus in Carniolia. Sed molestiis sibi factis fessus 1786. Sociis se in Alba Russia aggregavit, ubi Polociae praeter alia munia per plures annos Architecturam et artem mechanicam tradidit et Museum physicum Academiae Polocensis ingeniosis et novis inventionibus ita illustravit, ut Viri nobiles et arte periti passim illud visitantes in admirationem raperentur. Anno 1800. Petro-

Digitized by Google

polim accitus et Catholicis spiritualem opera impendere jussus, Collegii novi, a Fundatore suo Paulo I. Imperatore Russiae Paulini dicti primus Rector constitutus, simulque Sodalitii sui Praeposito Vicario Generali Assistens et Physicam experimentalem explicuit. Cum non tantum in litteris sed etiam in Arte medica fuisset versatus, quippe qui in juventute his studiis se impendit, ut pro munere Missionarii se idoneum redderet, ac divina Providentia ita disponente Imperatricem, aliis Medicis in cura illius aberrantibus felici successu a morbo sat periculoso sanasset, tantum exinde Caesaris gratiam sibi conciliavit, ut illi raro exemplo, quandocunque liberet et quin annuntiaretur, liber ad Caesaris Aulam aditus pateret, quin immo et Imperator illum Insignibus Ordinis Russici condecorare in animum habuerit. Erat vir egregiae indolis, probatae virtutis, eruditionis magnae et solidae pietatis, praeprimis excellens in Hydraulica et Mechanica, gnarus insuper plurium linguarum, et in Medicina, Chirurgia, Musica, Architectura, et Pictura valde peritus. Artem vero perspectivicam in delineando tam perfecte callebat, ut delineationes illius, quibus Museum Polocense propria manu ornaverat, ita oculos intuentium fallerent, ut ficta potius quam picta et plastice magis elaboratae, quam penicillo descripta crederentur. Societas Jesu tunc temporis in Russia per Vicarium generalem gubernabatur. Fuit is P. Stanislaus Czerniewicz a 17. Oct. 1782. tum P. Gabriel Lynkiewicz a 27. Sept. 1785. tandem P. Franciscus Xaverius Kareu a 1. Febr. 1799. Postquam vero Paulus Imperator Russiae confirmationem Societatis pro Russia a Pio VII. P. M. petiisset, isque Brevi ad P. Kareu 7. Martii 1801. dato eandem confirmasset, hoc mortuo 30. Julii 1802. idem P. Gruber a Congregatione Generali 10. Oct. 1802. habita Praepositus generalis Societatis Jesu electus est, quam triennio magna cum prudentia gubernavit, lectis undique viris praestantibus auxit, Sociorum plurimos in longinquas Missiones direxit, eosque primus post Abolitionem Ordinis Italiae legitime restituit, et post tot praeclare facta occasione erumpentis incendii terrore nimio correptus piissime in Domino obiit Petropoli 25. Martii 1805. aet. 65.

Edidit germanice:

Modus Savum fluvium in meliorem statum redigendi, ut navigatio promoveretur, et ab inundationibus caveretur. Insertus Archivo pro Geographia et Statistica. Pragae 1802. Recensetur in Annalibus litteraturae Austr. Apr. 1802.

Paravit anno 1786. paulo ab adventu suo in Russia pulcherrimas ichnographicas delineationes Templi et Collegii Polocensis, quarum binae Lipsiae in fol. maj. excusae sunt.

(Paisturr.)

GRUEBER Franciscus Xaver., Germanus, Lincii 1747. Philosophus absolutus in provinciam Austriacam receptus, audita Graecii Theologia, 4 vota professus, ibidem Philosophiae Doctor Ethicam quadriennio et ultimo Ordinis biennio Casus et Jus Pontificium praelegit.

Sunt ejus latine:

Assertiones ex Ethica. Graecii 1756. 4.

GRUEBER Joachimus, Germanus, Passavii 9. Dec. 1639. natus, ibidemque aet. 16. in provinciam Austriacam receptus, Graecii humaniores litteras docuit, et 4 vota professus, per plures annos Styrae, Sopronii, Comaromii, Viennae, Lincii, Labaci et Passavii in Templo principe dixit. In Castris quoque Caesareis militi spirituali subsidio fuit. Minister subin et Congregationum Marianarum praeses vir aeque zelosus ac pius obiit Viennae 14. Apr. 1706. aet. 67.

Edidit:

Annus solatii Defunctorum, seu Modus menstruas Synaxes generales rite peragendi. Viennae 1681. 12.

Medicamen mortis per mortis memoriam. Viennae 1683. 16.

(Propyl. Bibl. Univ. Graec. Gesta et Scripta Prov. Austr.)

GRUEBER Joannes, Germanus, Viennae Austriae natus, et ibidem aet. 17. Societati adnumeratus Missionarius in India Orientali, et China fuit.

Cujus:

Epistola ad R. P. Joannem Haffenecker

Digitized by Google

Rect. Coll. Graec. ex Surate in Regno Magni Mogolis 7. Mart. 1658, qua Exequias pro Imperatore Romano celebratas in India, insigne Miraculum cum Statua S. Francisci Xaverii in Zeylan patratum, et Lusitanos ab Hollandis victos refert. — germanice in Stöcklein Mercurio P. I. n. 34.

Extant etiam italice:

Notitiae variae Imperii Sinensis et quarundam aliarum regionum adjacentium, e gallico per Jac. Carlieri. Florentiae 1697. 12. In his:

Colloquium P. Joannis, cum e Sina redux per Florentiam transiret 1665. cum D. Carolo Dati habitum, in quo status naturalis et politicus regni chinensis describitur. ital.

Tres ejus Epistolae: Prima ad P. Joannem Gamans S. J. Aschaffenburgi, qua, post tres annos commorationis in Sina reditum suum negotiorum causa itinere difficillimo terrestri per Tartariam desertam, regnum magni Mogolis etc. describit. lat.

Epistolae duae ad virum nobilem Dantieri 11. Dec. 1664. et 14. Mart. 1665, quibus statum Sinae pariter describit. lat.

Vita Confucii, et Scientiae Sinicae inter Libros Confucii secundus. lat.

GRUEBER Leopoldus, Germanus, Rohrenbaci in Austria 12. Nov. 1696. natus, et aet. 18. Societatem ingressus, 4 vota professus et Philosophiae Doctor, Poesim et Rhetoricam Viennae in Collegio, et in eadem Universitate triennalem Cursum philosophicum docuit, tum Trenchinii et ad S. Annae Socius Magistri Novitiorum fuit. Dein Viennae, Lincii, Clagenfurti Controversias, Casus et Canones praelegit. Ab anno vero 1742. Graecii et ad S. Annae Minister, Traunkirchii Superior, Cremsii et Clagenfurti Rector, Convictus Graecensis ac ter Seminarii Ferdinandei Regens in munere hoc pie obiit anno 1773.

Edidit latine:

Honores Sacri Divis Aloysio et Stanislao S. J. in Sanctorum numerum nuper relatis exhibiti. Carmen. Viennae Schwendiman 1727. 8. c. fig.

Nummi Augustorum Caroli VI. et Elisabethae Christinae Viennae Austriae cusi breviter descripti et explanati. Viennae Schwendiman 1728. 8.

Emphyander seu Vir ingeniosus, opusculum omnibus omnigenae litteraturae candidatis utile autore P. Honorato Fabri S. J. tractans libro I. de dotibus a natura ei insitis vel extrinsecus accidentibus. II. de requisitis et sponte ac studio comparatis. III. de Disciplinis, quas sibi comparare debet. Recudi curavit Viennae id. 1731. 8.

Assertiones philosophicae. Clagenfurti Kleinmayr. 1740. fol.

Sermo sacer in Jubilaeo Anni Millesimi Monasterii Lunaelacensis Ord. S. Benedicti ibidem dictus 1749. Germanice apud Jo. Gastel. Bibliopolam Monacensem. 4.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

GRUEBER Tobias, Germanus, Viennae Austriae 12. Sept. 1744. natus, et Gabrielis Praepositi Generalis in Russia germanus frater, an. 1760. in Societatem receptus, Ordine sublato Theologus absolutus et Sacerdos, Mathesi, quam Viennae sub Scherfero addidicit, praecipue se dedit; quare mox Director Caes. Reg. Navigationis in Banato Temesvarensi, ac dein aedificiorum in Dominiis Camerariis Regni Bohemiae creatus est, simulque Secretarius Societatis Bohemicae Scientiarum pie obiit Pragae 1806.

Edidit germanice:

Epistolae hydrographici et physici argumenti ex Carniolia, in quibus praecipue explorationem famosi lacus Circiensis an. 1779. a se susceptam describit, ad Jo. de Born. Viennae 1781. 8. c. fig.

Appendix ad Epistolas ex Carniolia, in Borni laborum physicorum Cursu annuo primo. Viennae 1783.

Earundem Continuatio. Viennae 1785. 4.

Dissertatio physica de fractione radiorum in planis calefactis. Dresdae et Viennae 1787. 4. c. fig. et in Dissertationibus Societatis Bohemicae 1786. et in Gilberti Annal. Phys. T. 3.

Digitized by Google

Memoria de Magnitudine et gloria Leopoldi II. lecta in Sessione Societatis Bohem. litter. cum Nummo in honorem Leopoldi II. ob pacem cum Turcis et Borussis initam. Pragae 1792. 4.

Relationes de Carniolia relate ad aquas. In D. Borni laboribus 1785.

De figura Basaltae. Pragae 1786.

Methodus parvos fluvios metiendi, et chartas eorundem conficiendi. In Dissertationibus Societatis privatae in Bohemia. T. V. 1782.

Theoria cum reflexione conjuncta depressionis et elevationis objectorum in horizonte. (In Gilberti Annalibus Physicae 36.)

Iter per regionem quampiam relate ad detectiones physicas et confectionem chartae hydrographicae. In Diss. Soc. litt. Boh. 1785.

Observationes eudiometricae et meteorologicae de tractu montium Sudetium Schneekoppe dicto Pragam usque. ib. 1787.

Tentamina de Exhallationibus aquae in spatio vacuo Barometri. ib. 1788.

De methodo tentandi et corrigendi libram aequilateram, relate ad ejus sensibilitatem et certitudinem. ib.

Considerationes de partibus constitutivis Athmosphaerae relate ad densitatem et pressuram. In Dissertationibus novis Soc. litt. Bohem. 1791.

Observationes physicae et oryctologicae ex montibus Sudetibus collectae. In Observationibus in itineribus eo factis. Dresdae 1791. 4.

Observationes super Consequentiis Darvini ex speciminibus de productione frigoris per mechanicam extensionem aeris. In Grenii Diurno physico 1791.

Epistola ad Dnum. Forster Hallae, extracta ib. 1792.

Apparatus quantitatem aeris diversorum fluidorum determinandi ib. 1794.

De Sectionibus rhomboidalibus in montium fodinis. In novis Diss. Soc. litt. Bohem. 1795.

De emolumentis Chartarum hydrographicarum. ib.

(Meusel. Gött. Gel. Anz. Bibl. Carniol.)

GRUENDLER Franciscus Xaver., Germanus, Viennae Austriae 26. Julii 1661. natus, et aet. 18. in Societatem cooptatus, 4 vota professus, Concionator in Hungaria annis 12 tum ibidem annis 10 Missionarius, dein Castrensis duobus; tum curam pauperum domuum habuit Viennae, et sodalitati tyronum opificum praefuit annis 7, in omni munere perquam zelosus, ac pius, demum Cassoviae Minister obiit 9. Nov. 1711. aet. 50.

Reliquit plura manu sua conscripta Opera, inter quae solae Conciones debite elaboratae integros Tomos conficerent.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

GRUNDTNER Joachimus, Germanus, Austriacus Ebenseeensis 21. Nov. 1735. natus, in Societatem receptus 1754. Petrovaradini et Sopronii Catechista et Concionator; ab anno 1770. Traunkirchii in Austria per loca Cameralia Missionarius.

Scripsit germanice:

Considerationes in singulos Quadragesimae dies in usum Cultorum Passionis et Mortis D. N. J. C. Styrae Abr. Wimmer 1784. 8.

GUESSMANN Franciscus, Germanus, Wolkerstorfii in Austria 30. Sept. 1741. natus et aet. 16. in Societatem admissus, summa cum laude studia tum philosophica tum theologica in ea absolvit, publiceque defendit. Ultimo Societatis anno duce Liesganigio cum Gasparo Metzburgo et Rhenio Galiciam et Lodomeriam Domui Austriacae recens adquisitam dimensus est, quo tempore petitam facultatem in Chinam abeundi cum Metzburgo a R. P. Generale obtinuit. At abolito subinde Ordine vir praestantissimi ingenii Physicam primo Leopoli in Galicia, tum Viennae in Universitate, in cujus facultate philosophica Doctor creatus, ac demum ibidem in restaurato Collegio Theresiano docuit. Etsi vero plura ingenii sui monumenta reliquit, dolendum, quod pro ejus vastitate et profunditate non plura scripsit, cujus rei causa est, quod Operarius simul zelosus non solum Viennae Exercitia S. Ignatii saepius dederit, sed etiam ruri missiones obierit. Denique in Seitenstetten Coenobio Benedictino-

Digitized by Google

rum in Austria se contulit, ut ope celebris Bibliothecae opus suum de aetate telluris secundis curis elaboraret. At sequenti jam anno 1806. acuta febri ibidem pie obiit 28. Jan. aet. 65.

Edidit latine:

Ephemerides Astronomicae absente Hellio in Norvegia pro 1776. cum Ignatio L. B. de Rhein. Viennae.

Lithophylazium Mittisianum, Dissertatione praevia et observationibus perpetuis physico-mineralogicis illustratum. Tomi II. Viennae 1785. 8. c. fig. Invenit novum systema regno huic naturae partiendo.

Germanice:

Collationes ad determinandam aetatem telluris et habitatorum ejus hominum. Partes II. Viennae Gerold 1782. et 1783. 8.

Tryphon et Justinus seu de Judaismo cum Praefatione ad P. M. Mendelson. Viennae 1785. 8.

Relatio de Directione Perspectivorum ad efficiendas immanes auctiones. Viennae Stahel 1788. 8.

De antiquis Zodiacis in Aegypto. Viennae 1801. 8.

De Commentatione Semitarum Cometarum. Viennae 1802. c. fig.

Super Pluviis Lapidum. Viennae 1803. 4.

De factis adhuc tentaminibus eorumque supputatione relate ad theoriam actionis et reactionis corporum fluidorum. Viennae et Lipsiae 1805. 4.

Correctio tuborum. Voigt Magazin T. V.

Occupationes christianae pro diebus festis et horis serotinis. Tomi IV. Viennae Schmidt 1795 — 1798. 8.

(Heinsius. Bibl. Theres.)

GULLIK Casparus, Hungarus 1676. natus et aet. 16. Societatem ingressus, in cura animarum, quam zelose exercuit, brevi consumtus.

Edidit latine:

Vindiciae illibati Conceptus Mariani. Tyrnaviae 1704.

(Paintner.)

GULDIN Paulus, Germanus, Helvetius ad S. Galli 12. Jun. 1577. ab haereticis parentibus natus et Habacuc dictus, artem mechanicam aurificis exercuit, eamque Frisingae prosequens ad Fidem Catholicam adductus, et consilio vitae religiosae concepto, suadente Benedictinorum Priore, Societatem delegit, in quam Monachii pro Coadjutore temporali, assumto Pauli nomine, receptus est. Vixit in ea sorte ad annum 1609. cum perspecta ejus ad Mathesim indole, Romam missus, Philosophiae et Mathemathicae studere jussus est, etsi priorem suum gradum sua opinione tutiorem maluisset. Sacerdos factus et Coadjutor spiritualis formatus an. 1617. in Provinciam Austriacam missus est, ubi Graecii primum, tum recuperata in Superiori Germania valetudine, primus in Universitate Viennae 1622. et sequentibus Mathesim praelegit, et peste grassante infectis inserviit. An. 1637. Graecium reversus lucubrationes suas contexuit, ac pie obiit 3. Nov. 1643. aet. 66. Elogium ejus in Propylaeo Bibl. Univ. Graec. et in Scriptoribus Univ. Vien.

Scripsit latine:

Refutatio Elenchi Calendarii Gregoriani, a Setho Calvisio conscripti, et opera Davidis Origoni editi, libris V. Moguntiae 1616. 4. In hoc opere defenditur a calumniis Calendarium Gregorianum ejusque Editor et Explicator Christophorus Clavius S. J., proponitur methodus temporis civilis, comprehendens regulas et tabulas ad invenienda ea, quae peti possunt pro Calendario, tum antiquo tum novo; componitur etiam Calendarium Judaicum, et rejiciuntur Calendaria Calviniana. Accessit Digressio de Astronomia Scaligeriana, et breve examen libelli posthumi Josephi Scaligeri de Aequinoctiorum anticipatione.

Paralipomena ad Refutationem praedictam; in quibus et 29 exempla Paschatum ex S. Cyrillo Alexandrino nunquam ante edita producuntur. Moguntiae.

Problema Arithmeticum de rerum combinationibus, quo numerus dictionum seu conjunctionum diversarum, quae ex 23 Alphabeti litteris fieri possunt, indagatur. Viennae Austriae 1622.

Dissertatio physico-mathematica de Motu

Digitized by Google

terrae ex mutatione centri gravitatis ipsius proveniente. Viennae 1622.

Problema Geographicum de Discrepantia in numero ac denominatione dierum, quam qui orbem terrarum contrariis viis circumnavigant, et inter se, et cum iis, qui in eodem loco consistunt, experiuntur. Viennae 1633.

Centrobaryca, seu de centro gravitatis trium specierum quantitatis continuae lib. I. Viennae 1635. fol. Praemittuntur:

Prolegomena de disciplinarum Mathematicarum descriptione, ordine, divisione.

Inseritur:

Digressio de Quadratura Circuli et linea Quadratica; et

Annotatio ad Dissertationem de Motu terrae supra recensita.

Accedit:

Appendix, quae continet Potestatum Genesim et Analysim; Constructionem, continuationem et usum Tabularum quadratorum numerorum et cuborum; usum earundem Tabularum pro Virgis stereometricis; usum Logarithmorum pro eadem re; Regulas ad construendas acies militares; Compositionem et resolutionem numerorum polygonorum; ipsas Tabulas numerorum quadratorum et cuborum, a radicibus decies millies, hoc est ab 1 usque ad 10,000.

Centrobarycarum Pars altera, continens Librum II. III. IV. quibus agitur de usu centri gravitatis binarum specierum quantitatis continuae; de usus hujus fructu, qui est Geometria rotundi; et de gloria ex eodem sive Archimede illustrato. Viennae Matthaei Cosmerovii 1641. fol.

Alia parantem mors praeoccupavit.

In Hist. Acad. Reg. Paris. T. 2. habetur:

Refutatio sententiae P. Guldin de longitudine spiralis Archimedis per D. Varignon.

(Sotvell. Bauer. Pray. Bibl. Theres.)

GULNER Franciscus Xav., Hungarus, Pazmandini natus et 1755. Budae in Societatem receptus, audita Viennae et Tyrnaviae Philosophia, Neosolii tertio probatus, Comaromii Humanitatem docens 1771. Ordinem deseruit.

Est ejus latine:

Panegyricus D. Franciso Xav. dictus. Tyrnaviae 1765. 12.

Panegyricus D. Ivoni dictus. Ib. 1767. 4.

(Paintner.)

GUNDL Josephus, Germanus, Viennae Austriae 24. Sept. 1710. natus, et aet. 15. in Societatem receptus, studia omnia singulari cum laude absolvit, et 4 vota professus, Philosophiae ac Theologiae Doctor, vitam omnem docendo regendoque traduxit. Ac primo Graecii Ethicam, Philosophiam omnem Lincii ac rursus Viennae, tum Lincii Casus et Canones, ac denique Viennae Casus, Dogmaticam et Scripturam S. universim annis 18 docuit. Rexit dein Collegium Viennense, Clagenfurtense, Graecense, Lincense, ac ubique disciplinam religiosam tanta dexteritate urgere novit, ut a suis non minus amaretur quam timeretur. Lincii vero avulsa sibi infeliciter in pedis digito unguis parte, et accedente cancrena an. 1770. Viennam missus, ablato nequidquam digito, cum ad mortem usque, ut per vitam omnem singularia patientiae et pietatis specimina dedisset, eodem anno ad S. Annae obiit 20. Martii aet. 60.

Edidit latine:

Introductio facilis in doctrinam de Motu. Viennae Kaliwoda 1746. 8.

Dissertatio de Brutis excerpta ex Opere gallico de Opinionibus Gilberti Caroli le Gendre latine reddita. Viennae Kaliwoda 1747. 8.

GUSSITS Nicolaus, Hungarus, in provincia Arvensi 10. Apr. 1659. natus, et 1678. Societatem ingressus, 4 vota professus, Tyrnaviae Rhetoricam, Philosophiam et Controversias de fide explanavit, et pie obiit Cassoviae 23. Oct. 1707. aet. 46.

Edidit latine:

Ludi bellici Ser. Principis Ludovici Badensis. Carmine heroico. Tyrnaviae typ. Acad. 1692. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

GUTSMANN Oswaldus, Germanus, Carinthus Vindus, Graffensteinii 4. Aug. 1727. natus, et Cremsii Rhetor 1746. in Societatem receptus, mox absolutis studiis

Digitized by Google

Clagenfurti continuo haesit, et ab anno 1761. Concionatorem, Operarium et Missionarium Vindorum praecipue per Carinthiam egit, quin et sublato Ordine Missionarius in Carinthia, et Celsissimi Episcopi Lavantini Consistorialis, Clagenfurti demum pie obiit 1790. aet. 63.

Edidit lingua vindica:

Conciones in lingua vindica. Clagenfurti Kleinmayr 1770. 8. tacito nomine.

Grammatica Vindica ib. 1777. 8. saepius recusa.

Institutio solida linguam Vindicam brevissimo tempore et facillima methodo sine magistro addiscendi cum Indice Radicum. Cillejae Styrorum 1786. 8.

Dictionarium Germanico-Vindicum cum Indice Radicum Vindicarum germanice redditarum et quorundam derivatorum. Clagenfurti 1789. 4.

(Bibl. Carniol. Pointner.)

GYALOGI Joannes, Hungarus, Gyöngyösini 6. Jan. 1686. natus, et aet. 15. in Societatem admissus, absolutis studiis Claudiopoli Poesim et Rhetoricam et ibidem 4 vota professus Philosophiam triennalem docuit. Sed ob singulares dotes mox Sacrae Cathedrae admotus 34 annis per Hungariam et Daciam pro concione hungarica tanto et plausu et fructu dixit, ut fama ejus etiam heterodoxos acciret, pluresque in Ecclesiae unionem ab eo reducerentur. Concionatus est pluribus annis Claudiopoli et Tyrnaviae in Aede cathedrali, simul Superior et Regens Convictus et Seminarii, ubique indefessus Operarius etiam ultimo decennio, quo vires jam defecere, ac denique Budae plenus meritorum pie obiit 29. Maji 1761. aet. 75.

Edidit latine:

Immaculatus Virginis Conceptus. Oratio. Tyrnaviae 1712. 4.

Prima Jesu Societas Claudiopolitana sudore et sanguine secunda et foecunda. Carmen epicum. Claudiopoli 1715. 8.

Corona Joannaea, seu de septem Nostris (quos inter ipse) Claudiopoli degentibus, quibus nomen Joannes. Carmen elegiacum. Ibd. 1715. 8.

Iter ad Templum honoris per Templum virtutis. Oratio. Claudiopoli 1719. 12.

Theophili Romano-Catholici Hungari in Psalmos Amoris Diviui ignem accendentes. Elegiae XII. Tyrnaviae 1726. 8.

Dei amatoris Romano-catholici Hungari in Psalmos poenitentiales. Elegiae X. Tyrnaviae 1726. 8.

Daciae spes et deliciae in Antonio e Toparchis Lazariis ostensae, et in ipso aetatis flore (in tyrocinio S. J.) praesectae, altero labente lustro e sepulchri pulvere restitutae per sex Elegiarum lustra. Tyrnaviae typis Acad. 1730. 8.

Opusculum orthographicum de ratione recte scribendi et pronuntiandi. Tyrnaviae 1730. 8.

Emblemata et variae Inscriptiones anno jubilaeo Missionis S. J. Maros-Vasarhelynensis. Claudiopoli 1750. 4.

Epinicion manibus Antonii Fitter S. J. in Franc. Kazi Memoria posthuma. Tyrn. 1749.

Ad Cassovienses Coll. Acad. S. J. Scholasticos de Arte diu vivendi. Cassoviae 1753. 12. Carm. eleg.

Hungarice:

Oratio funebris Comiti Martino Kerestzes Küköllöensis Supremi Com. Claudiopoli 1728. 4.

Oratio funebris dicta Cibinii Joanni L. B. Bornemisza, Generali Vigiliarum. Claudiopoli 1747. 4.

Sermo cum Helena Szöggenai Ursulinarum habitu investiretur. Cassoviae 1752. 4.

Concionum Volumina VI. Cassoviae 1753. Plura reliquit Msc.

Provecta aetate otii causa Conciones P. Stephani Csete S. J. numero 1611 collegit et in 36 Tomos divisit, e quibus edidit SS. Patronorum Hungariae Panegyres. Cassoviae 1650. fol.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Hornyi. Pointner.)

GYURCSAK Ignatius, Hungarus, absoluta Tyrnaviae Philosophia Trenchinii 1762. in Societatem receptus, soluto 1773. Ordine Theologiam absolvit, et Rhetorices Tyrnaviae Professor

edidit latine:

Carmen, quod Francisco e C. Bercholdt primo Episcopo Neosoliensi, dum 1776.

Digitized by Google

primo Cathedralem Ecclesiam ingrederetur, Rhetoricae Neosoliensis nomine obtulit Franc. Xav. Puchner Rhetor Professore Ign. Gyurcsak. Tyrnaviae 1776. 4.

(Bibl. Szechenyi.)

HAAN Ignatius, Germanus, Styrae in Austria 17. Julii 1680. natus, et aet. 21. Philosophiae laurea insignis, Societati adscriptus, absolutis studiis ob singulare dicendi donum mox S. Cathedrae admotus, 4 vota professus, 9 annis Viennae, Graecii, Lincii, tum annis 16 Viennae in Aula Caesarea coram Augusta Imperatrice Amalia est concionatus. Tum Minister ad S. Annae et Lincii, Rector Styrae, Praefectus spiritus in Collegio Theresiano primum, ac demum in Academico Viennensi pie obiit 29. Aug. 1761. aet. 81.

Edidit germanice:

Cogitationes doctrinales Christianae in Evangelia Dominicalia et festivalia totius anni in Concionibus propositae, praeter quasdam Quadragesimales et occasionales. Tomi II. Viennae Prasser 1741. et Augustae Vindel. Rieger. 1764. fol.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

HAAS Carolus, Germanus, Labaci in Carniolia 13. Dec. 1657. natus, et aet. 16. Societati adscriptus, 4 vota professus, Tyrnaviae aliisque Hungariae locis ad populum dixit, Goritiae Moralem tradidit, Collegium Varasdinense bis rexit, et Clagenfurti pie obiit vir animarum sitiens 5. Aug. 1720. aet. 63.

Edidit lucubrationes, quibus Clerum in Junonia Carinthiae valle ad primaevum nitorem fervoremque reduxit.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

HABDELICH Georgius, Croata in Valla Csiska 1609. natus et aet. 21. Societati adscriptus, 4 vota professus et Philosophiae Doctor, altiores disciplinas aliquot annis tradidit, Collegium Varasdinense et bis Zagrabiense, Seminarium autem 20 annis rexit, et pauperum ac miserabilium personarum Operarius vere paternus, ibidem pie obiit 27. Nov. 1678. aet. 69.

Edidit latine:

Fasciculus Palmarum seu Elogia Neo-Martyrum Cocincinensium. Graecii 1668. 12.

Vulgavit Dictionarium Croatico-latinum (primum quod extat.) Graecii 1670. 8. et libellos aliquot pios lingua patria, inter quos: De peccato primi parentis seu de corrupta natura humana (opus Croatis gratissimum et usitatissimum) Graecii 1674 et de laudibus, honore et cultu B. V. Mariae. — Thomam Kempensem vero de Imitatione Christi croatice versum in Msc. reliquit.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Paintner.)

HACK Jacobus, Germanus, Juliacensis, natus 1379. aet. 19. Societati adscriptus in Provincia Austriae, et 4 vota Olomucii professus, Ecclesiasten plurimis annis cum fructu egit, et religiose obiit Commotovii 12. Oct. 1634. aet. 25.

Edidit germanice:

Defensio Concionis primae P. Georgii Scherer S. J. pro una et utraque specie adv. Marc. Ant. Hegium Calvinistam. Olomucii Seromnii 1613. 4.

Prolusio seu Brevis informatio, an Paulus Tossanus Theologiae Heidelbergensis Doctor, in diluendis mendaciis, quae Nic. Hegio Jacobus Hack S. J. objecit, ejusdem honorem sufficienter defenderit, nec ne. Olomucii id. 1614.

Solida Responsio ad 4 quaestiones hoc tempore scitu necessarias, contra Paulum Tossanum Calv. 1. An Ecclesiae Doctores primorum 4 Saeculorum ex parte Calvinistarum contra Catholicos sint, nec ne. 2. An per prima 4 Saecula Ca-

Digitized by Google

tholici aliud docuerint et crediderint, quam moderna Ecclesia Romana. 3. An Calviniana secta sit nova, et quae a Piccarditis et Hussitis non differat. 4. An Calvinistae juxta assertionem constantem Catholicorum et Lutheranorum doceant, quod Deus propria efficiens et impellens causa sit peccati. Olomucii Haer. Georg. Handalii 1617. 4.

(Sotvell. Gesta et Scripta Prov. Austr.)

HAELBLING Franciscus, Germanus, Austriacus Lincensis, Concionator germanicus Labaci dixit et
edidit germanice:
Umbra perfectissima Omnipotentiae Divinae in gestis praeclaris Leopoldi I. Rom. Imp. Oratio funebris coram Statibus Carniolae in Ecclesia Cathedrali Labacensi dicta. Labaci 9. Maji 1705. 4.

(Bibl. Carniol.)

HAENDL Franciscus, Germanus, S. Viti in Carinthia 1625. natus, Societatem ingressus Viennae 31. Oct. 1640. docuit humaniora et postea fuit concionator.
Cujus latine:
Monosticha. Tyrnaviae 1654. 12.

(Paintner.)

HAENGL Josephus, Germanus, Sallabergae in Austria 25. Sept. 1675. natus, et aet. 18. Societati insertus, totam vitam S. Concionibus Labaci, Clagenfurti, Posonii, Viennae impendit, pieque obiit Styrae 3. Dec. 1727. aet. 52.
Edidit Poesim docens latine:
Hercules Austriacus, seu Josephus I. Augustus Rom. et Hung. Rex versu chronostico felici vena adumbratus. Graecii 1702. Widm. 4.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

HAERING Joachimus, Germanus, Graecii in Styria 6. Maji 1630. natus, aet. 17. in Societatem receptus, et 4 vota professus, Concionator, Missionarius castrensis, zelosus per omnem vitam in Vinea Domini Operarius et vir egregiae virtutis pie obiit Viennae 1694.
Vertit in germanicum:
Nic. Avancini S. J. Vita et Doctrina Christi. Viennae 1687. et 1723. 8. ex latino.
Leges Congregationis Crucigerorum. Viennae 8. ex italico.

(Propyl. Bibl. Univ. Graec. — Schier. — Gesta et Scripta Prov. Austr.)

HAFFEL Joannes, Germanus, natus Majo 1641. aet. 19. ad Societatem accessit, et 4 vota professus Praesidem et Praefectum scholarum egit Neosolii, et ibidem pie obiit 2. Julii 1705.
Edidit Graecii Rhetor latine:
Hypotyposes Graecenses. Carmine heroico. Graecii Widm. 1674. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

HAFFENECKER Joannes Ferdinandus, Germanus, Viennae Austriae natus 1605. aet. 17. Societati adscriptus et 4 vota professus, Philosophiae et Theologiae studiis egregie excultus et Philosophiae Graecii Doctor creatus, Concionatoris munus, singularibus ad id naturae et gratiae donis ornatus, annis 19 in pluribus Provinciae Cathedris, tum coram Ser. Archiduce Austriae Leopoldo Guilielmo, quem etiam per castra tam in Germania quam in Belgio comitatus est, magno cum plausu et animarum fructu, nec minori animi demissione obiit. Rexit Collegium Clagenfurtense, Passaviense, Graecense, et in hoc officio obiit Graecii 29. Sept. 1659. aet. 54.
Extat ejus germanice:
Oratio funebris dicta in Exequiis Ferdinandi II. Imp. Aug. Lincii 26. Martii 1637.

(Sotvell. Propyl.)

HAIDER Josephus, Germanus, Viennae Austriae 1689. natus et aet. 15. Societatem ingressus, absolutis studiis Budae Philosophiam, Viennae Linguam hebr. tradidit, et sex annis ad populum dixit. Tum triennio Rector Domus Annaeae et Magister Novitiorum dein Cremsii Rector, demum pie obiit Lincii 22. Mart. 1732. aet. 49.
Edidit latine:
Suspicio peccati originalis, unica informatio-

Digitized by Google

ne deleta, seu Augusta Virgo Dei Mater ab originali labe oratoria dictione defensa. Tyrnaviae 1716. 4.

(Paintner.)

HAIMB Josephus, Germanus, Lincii in Austria 1. Jan. 1691. natus, et aet. 16. Societati adscriptus, 4 vota professus et Philosophiae Doctor, biennalem ejus cursum Clagenfurti primum, tum Graecii triennalem tradidit. Anno vero 1734. in Saxoniam missus in Aula Ser. Electoris simul et Regis Poloniae Gynaeceo triennio et anno uno ipsi Augusto II. Polon. Regi a sacris confessionibus fuit, ac pie obiit Varsaviae 11. Jun. 1737. aet. 46.

Edidit latine:

Exercitationes poeticae carmine vario, Graecii Widm. 1723. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

HAINAL Daniel, Hungarus, Graecii 1639. Poesim et Rhetoricam docens

edidit latine:

Centum Societatis Jesu Heroes, seu celeberrimi Scriptores, qui hoc primo saeculo ex Theologica, Philosophica et Humanistica Facultate prodierunt. Accedit Applausus neo-creatis Doctoribus Philosophiae Graecii. Ibd. 1640. 8.

(Paintner.)

HAINAL Mathias, Hungarus, Tyrnaviae 1578. natus, aet. 20. Societati insertus, et 4 vota professus, post traditas humaniores litteras in variis Missionibus annos 29 naviter impendit, pieque obiit Viennae Austriae 28. Maji 1644. aet. 66.

Edidit hungarice tacito nomine:

Cor Jesu Sacrum Imaginibus, Rythmis, Orationibus expressum. Viennae 1629.

(Sotvell.)

HAINFLING Antonius, Germanus; Labaci in Carniolia 1613. natus, et aet. 19. Societatem ingressus, humaniores classes Tyrnaviae, tum Philosophiam et Theologiam alibi docuit, pieque obiit Passavii 1660. aet. 47. Praeter duos alios libellos graduales Tyrnaviae editos

edidit latine:

Malum punicum. Viennae 1651. 12.

(Paintner.)

HAJAS Stephanus. Hungarus, Weszprimii 23. Oct. 1733 natus, e helvetica Confessione ad Ecclesiam Romano-Catholicam 1648. transiit et Professionem fidei in manus Martini Biro Episcopi Weszprimiensis deposuit, qui hanc in rem elegantem ad populum concionem dixit, quae in Actis Canonicae Visitationis Jaurini 1760. fol. editis continetur. Absoluta Philosophia 1754. Societati se dedit, ubi ultimo quinquennio Claudiopoli simul pro concione dixit, et simul Philosophiam morum triennio in scholis praelegit. Soluto Ordine Polotensis primum, dein ab anno 1779. Weszprimiensis Parochus potens sermone et opere ad mortem usque, quam oppetiit 29. Aug. 1798. aet. 65.

Edidit latine:

Mariana Pietas Joannis Almasi de Szadany C. R. Consiliarii intimi, posthuma laudatione celebrata Gyöngyösini. Pestini 1765. 4.

Templum Divi Proto-Regis nostri in loco suo natali, a S. Regis liberis dicto, restauratum a pluribus Hungariae Nobilibus.

Edidit etiam hungarice:

De Cultu et invocatione B. V. Mariae. Pestini 1749. 4.

Sermo dictus, dum Templum D. Proto-Regis nostri in loco suo natali, a S. Regis liberis dicto, Ill. ac RR. Domini Paulus Rosos, electus Episcopus Ansariensis etc. restaurarunt. Weszprimii 1789. 4.

Sermo de SS. Apostolis Petro et Paulo. Weszprimii 1791. 4.

Laudatio funebris Balthasaris Inkei hominis utut opulentissimi, christiani tamen Philosophi. Weszprimii 1792. 4.

Amicum responsum de vera catholica Hungarorum Protoregis S. Stephani Fide, ad libellum Györffii Helv. Conf. contra adnotationes cujusdam Hungari Danielis 1791. 8.

Liber P. Hannenberg S. J. in defensionem Cultus Mariani in hung. versus. Weszprimii 1791. 8.

Sermo de vera Illuminatione in Festo Epiphaniae 1792. 4.

Pastor Ecclesiasticus seu Cursus annuus Concionum Dominicalium Partibus V. quarum duae priores ternas, posteriores

Digitized by Google

duae binas, posthuma diversas continent. Weszprimii 1800. 4.

(Paintner.)

HALD Franciscus, Germanus, Viennae Austriae 9. Aug. 1751. natus, et aet. 15. Societatem ingressus, sublato Ordine Presbyter saecularis factus et Philosophiae Doctor creatus, reliquam vitam potissimum scribendis piis operibus consumsit, quibus et matrem decrepitam sustentavit, quam tamen post se reliquit, apoplexia momento prostratus 31. Dec. 1793. aet. 42. cum ad amicum ingrederetur, faustum ei annum precaturus.

Edidit germanice:

Concio in Festo S. Nominis Mariae. Viennae 1778.

Panegyris de S. Leopoldo. Viennae 1779. 4.

Super Miracula et Reliquias Sanctorum ex S. Augustino. Viennae 1784. 8.

Conciones quadragesimales juxta Historiam Passionis D. N. J. C. Partes II. Augustae Vindel. 1785. 8.

Sermones panegyrico-morales in Festis quorundam Sanctorum. Aug. Vind. 1785. et 1786. 8.

Pius Christianus ante SS. Altaris Sacramentum. Aug. Vind. 1792. 8.

Exercitia devotionis pro piis Christianis; simul Lectiones piae et integra Doctrina Christiana; liber pro omni classe utilissimus. Editus Viennae et Aug. Vind. saepius, ejusque facile 20 millia exemplarium distracta.

Sub nomine Obermayr edidit:

Pius Christianus in praeparatione pro Adventu Christi per salutares Considerationes in singulos Adventus dies. Viennae 1784. 8. et 1796. sub proprio nomine.

Spiritus fortes in tota sua infirmitate propositi. Viennae 1783. 8.

Debitum gratitudinis seu Excitatio ad Cultum Mariae occasione Jubilaei liberatae a Turcarum obsidione Viennae. Ibid. 1783. 8.

Expositio vera Catholica Evangeliorum singulis Quadragesimae diebus legi solitorum. Viennae 1787. et 1790. 8.

Novus liber pro Hebdomada sancta, preces omnes et ceremonias juxta ritum Ecclesiae Romano-Catholicae continens. Viennae 1790. 8. — Editio correctior et completior. Viennae 1821. 8.

Passio Christi considerata, pro lectione spirituali tempore Quadragesimae ex Operibus P. Bourdaloue. Viennae 1797. 8.

Concio cum in Parochia in Lichtenthal Deo gratiae agerentur, quod explosa repente turris pulvinaria non plus detrimenti attulisset. Viennae 1799. 4.

(Mensel, Heinsius. Paintner).

HALLER Richardus, Germanus, Norimbergae in Franconia ex pervetusta nobilium Hallerorum de Hallerstein familia natus 1540. aet. 29. Societatem complexus, dictis 4 votis, Philosophiam docuit sexennio, Collegium Dillinganum et Academiam rexit quadriennio; Ingolstadiense Collegium octennio; et 1598. Rector Collegii et Universitatis Graecensis in Styria, Margaritham Austriacam secutus in Hispaniam, ei, dum vixit, a Confessionibus fuit, vir modestissimus, media in Aula, honorum vel titulos, Episcopales etiam et Cardinalitios fugiens, temporisque reliquum piis libellis commentandis et vulgandis terens, pieque obiit Madriti 22. Jan. 1612. aet. 72. Funus jussu Regis Sacello Regis, Ordinibus omnibus Religiosis comitantibus insertum est.

Extat ejus latine:

De mundo et ejus elementis, coelo, igne, aere, aqua, terra Disputatio. Ingolstadii 1580. 4.

Commentatiuncula de contritionis actibus crebro eliciendis; vario idiomate in omni prope Europa et magna Indiae parte fructuose disseminata. Ingolstadii 1580. 4.

(Sotvell. Propyl. Gesta et Scripta Prov. Austr. Felbr. Nova lit. 1821. Apr.)

HALLERSTEIN Augustinus, Germanus ex illustri Comitum familia 18. Aug. 1703. in Carniolia natus, et 1721. absoluta Labaci Philosophia Viennae ad S. Annae tyrocinium in Provincia Austriaca ingressus, Leobii humaniores litteras, Viennae Mathesim repetiit, et mox audita Graecii per quadriennium Theologia Judenburgi tertio probatus, anno 1734. Temesvari-

Digitized by Google

ni Praesidem Congregationis Agoniae et Operarium egit, unde anno sequente pro voto suo in Indiam Orientalem et quidem in Sinam missus, cum P. Godefrido Lambekhofen, pariter e Provincia Austriaca, dein Episcopo Nankinensi, Ulyssipone navi in insulam primum Mozambicum devectus 1736. Magister sex tyronum, quos simul vexit, tempore quadragesimae lusitanice ad populum dixit. Idem Goae praestitit 1737. et ad Sepulchrum D. Francisci Xaverii solemne Pontifici Sacramentum dixit. Malacam hinc progressus, demum superatis innumeris terra marique periculis et difficultatibus 1738. terram Sinicam in Canton attigit, et hinc Macaum penetravit, unde brevi Pekinum evocatus ob insignem in Scientiis Mathematicis eruditionem Mandarinus in Aula Pekinensi, et post mortem P. Ignatii Kögler Praeses Tribunalis Mathematici factus in Aula etiam inter persecutiones semper perseveravit, simulque Praepositus Provinciarum Japoniae et Sinarum, regulari observantiae, virtutum omnium studio et promovendae rei christianae semper viribus omnibus intentus tandem in Domo Pekinensi piissime obiit 1774. eodem momento apoplexiae ictu prostratus, quo suppressionem Ordinis comperit.

Collegit vir celeberrimus Observationes Astronomicas ab anno 1717. ad 1753. Antecessoris sui P. Ignatii Kögler S. J. et cum propriis in Europam misit. Servantur Viennae in Msc. in Bibl. Caes. Reg. Recens. Schwandtner. T. II. n. 973. Editae vero sunt a P. Maximiliano Hell S. J. Voll. II. Viennae 1768. 8. Praeterea ejus est.

De supputanda distantia minima centrorum solis et lunae geometrica in eclipsibus solaribus ex harum initio et fine phasibusque ante et post medium illarum ope micrometri dimensis. In Ephemeridibus Viennensibus pro anno 1774.

Confecit etiam Mappam geographicam urbis Macao ejusque circumregionis jussu Gubernatoris 1739.

Anno vero 1749. jussu Imperatoris iter difficilimum cum aliis Sociis in Tartariam instituit, et cum iis mappam ejus topographicam confecit.

Epistolae ejus plures ex itinere et ex Sina datae et germanice continentur in Stöcklein Nuntio mundi, sc.

Epistola ad R. P. Franc. Molindes Praepositum Prov. Austr. 7. Dec. 1735. Ulyssipone, de itinere suo eo usque et quibusdam e Madura et Mogole. Parte XXX. n. 584.

Epistola ad P. Weichardum Hallerstein Caroli Gub. Belg. Confessarium, fratrem suum e S. J. Ulyssipone 24. Apr. 1736, de quinque Lusitanis Sociis a praedonibus maritimis interceptis. — Germ. ib. n. 585.

Epistola ad eundem Goa 13. Jan. 1738. de itinere suo, turbis in Regno Mogolis etc. — Germ. ib. n. 586.

Epistola ad eundem Pekino 4. Nov. 1739. de itinere suo et benigna apud Imperatorem acceptione. — Germ. ib. n. 587.

Epistola ad eundem Pekino 6. Nov. 1740. qua plura ad Missionarios et Missionem hanc attinentia refert. — germ. ib. n. 588.

Epistola ad eundem Pekino 10. Nov. 1741. de periculo Missioni impendente et gratia Fratris Castiglione pictoris apud Imperatorem. — germ. ib. P. XXXIV. n. 675.

Epistola ad P. Josephum Ritter S. J. Reginae Lusitaniae Confessarium Pekino 1. Nov. 1703. de statu praesenti Missionis Sinensis. — germ. ib. n. 681.

Epistola ad P. Nicolaum Giampriano e Prov. Neap. S. J. Pekino 28. Nov. 1749, de persecutione rei christianae, rebellione in Suchuen, statu Missionum et laboribus astronomicis Sociorum. — germ. ib. P. XXXV. n. 696.

Denique Georgius Pray Imposturis CCXVIII. in Diss. Ben. Cetto de Sinensium Imposturis detectis et convulsis Budae 1787. 8. sequentes Hallersteinii epistolas latine ad se datas annexuit:

Epistola Pekino 6. Oct. 1743. de Missionariorum et Missionis statu et morte P. Fridelli Pag. I.

Epistola Pekino 28. Nov. 1749. de persecutione sub Imp. Kienlong, laboribus suis astronomicis, et religionis statu in Cochinchina et Tunkino, p. XVII.

Epistola ex provincia Quamtung 21. Oct.

Digitized by Google

1753. qua refert, se Legationem lusitanicam Macao Pekinum et hinc retro duxisse. p. XXIX.

Epistola Pekino 6. Oct. 1757, de legatione russica, et religione Aulae Imperii et litteratorum in Sina p. XXXIII.

Epistola Pekino 29. Oct. 1761. de bello in Eluthenos moto. p. XI.

Epistola Pekino 27. Oct. 1765. de aulis Confucii et opinione Sinensium de immortalitate animae. p. XLV.

Epistola Pekino 24. Sept 1766. de statu Missionis, terrae motu, Imperatoris in regimine solertia, et de morte Fr. Jos. Castiglione Pictoris. p. XLIX.

Eaedem Epistolae continentur germanice in Historia Controversiarum de Ritibus Sinensibus Parte III. Augustae Vindel. 1792. 8. autore eodem P. Pray.

(Paintner.)

HALLOY Petrus de, Belga, in Comitatu Namurcensi natus 6. Apr. 1707, et aet. 15. in Provinciam Austriacam receptus, scholasticus adhuc, dum Viennae Historiam repeteret, librum de familia Stahrembergiana edidit. Absolutis studiis Philosophiae Doctor creatus et 4 vota professus, Tyrnaviae et Viennae Mathesim, Graecii triennalem Cursum philosophicum ac rursus biennio Mathesim tradidit, tum ibidem Praefectus Speculae astronomicae et Musei physici fuit. Subin biennio in Collegio Nobilium Theresiano Viennae Mathesim ac Physicam experimentalem, et iterum Graecii Mathesim domesticos ab anno 1750. ad 1766. docuit; ab hoc vero ad abolitionem usque Ordinis Residentiae Marburgensi praefuit, ibidemque 23. Jul. 1789. aet. 82. obiit.

Edidit latine:

Origo et Genealogia Stahrembergiana cum tabulis genealogicis et Insignibus aeri incisis. Viennae 1729. 4.

Artificia physica selecta ex Tomo II. et III. Magisterii naturae et artis Franc. de Lannis S. J. Tomi II. Graecii 1742. et 1743. 12.

Dialogi tres de Celeritate Gravium cadentium, quos finxit inter celeberrimos Mathematicos et Physicos e S. J. de Lannis Riccioli et Calfati. Graecii Widm. 1754. 8.

Germanice:

Dialogi quinque breves Christiani cum Libertino. Zagrabiae 1782. 8.

In Msc. reliquit latine:

Duodecim florum corona ethica Carmen elegiacum lat.

Sciatericum horizontale tam universale quam particulare geometrice descriptum. 4. c. fig. germ.

Nova methodus Arithmeticae et Algebrae.

Novum principium Mechanicae.

Novum horologium sciatericum.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Paintner.)

HALTEREN Guilielmus, Germanus, absoluta jam Viennae Theologia et Sacerdotio initiatus 1724. in provinciam Austriacam receptus, post aliquot annos, quo Viennae Catechetam et Schurzii Concionatorem egit, ab anno 1733. Missionarius in Insulis Philippinis, circa annum 1750. ibidem pie obiit:

cujus:

Epistola ad R. P. Wilibaldum Krieger Rect. et Mag. Novit. ad S. Annae Viennae ex Manila 10. Jul. 1736. de suis aliorumque laboribus in his insulis et causa praematurae tot juvenum mortis. — Germanice in Stöcklein P. XXXI. n. 617.

(Paintner.)

HANDLER Andreas, Hungarus, Nagy Martonii in Comitatu Sopronienſi 2. Oct. 1726. natus, et aet. 17. Societati insertus, absolutis studiis Graecam tum domesticos tum exteros aliquot annis docuit, et Tyrnaviae pie obiit 30. Apr. 1762. aet. 36.

Edidit latine:

Principes tredecim Transylvaniae. Carmine elegiaco. Claudiopoli typ. Acad. 1733. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

HANDLER Franciscus Xaver., Germanus, Viennae Austriae 30. Nov. 1665. natus, et aet. 19. Societati adscriptus, 4 vota professus, et Philosophiae Doctor, Viennae et Graecii Humanitatis primum tum Philosophiae Professor; Rector dein Clagenfurti, tum in Aulam Caesaream vocatus, Eleonorae Augustae Viduae primum,

Digitized by Google

dein Serenissimarum ejus filiarum Elisabethae et Magdalenae Archiducum Gynaeceo multis annis a sacris obsequiis fuit; vir integerrimus, qui primam innocentiae stolam tumulo intulisse creditur, quem petiit Viennae in Domo professa 15. Apr. 1728. aet. 63.

Edidit latine:

Navigatio laureata quoniam victoriosa Divi Francisci Borgiae ad portum vitae repertum in funere. Carmen. Graecii haer. Widmanst. 1692. 8.

Pressa non oppressa Pietas in Alphonsi VI. Lusitaniae Regis Conjuge. Drama. Graecii Widm. 1697. 8.

Suada ludens Dissertatiunculis oratoriis exercitata. Viennae Leop. Voigt 1698. 12.

Lucii Senecae Operum philosophicorum Selectus. Partes II. Viennae typ. Cosmerovii 1701. 12.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

HANSIZ Marcus, Germanus, Gentifori in Carinthia 25. Apr. 1683. natus, et aet. 15. Societati insertus, 4 vota professus et Philosophiae Doctor, eandem Graecii triennio docuit; tum per omnem vitam Historiographus diversis in Collegiis, ad S. Annae Viennae, Neostadii, Cremsii, Clagenfurti versatus, quin Romam etiam excurrere permissus, ut ubique Bibliothecas tum domesticas tum exteras, et in his Manuscripta potissimum scrutaretur, maxime tamen Viennae in Domo professa moratus est, ubi et vir non minus pius et zelosus quam eruditus obiit 25. Augusti 1766. aet. 84.

Edidit latine:

Commentarii Raymundi Principis Montecuculi Partes II. cum Aphorismis militaribus applicatis ad rationem belli Turcici in Hungaria gerendi. Graecii 1716. et 17. 8.

Quinquennium Primum Imperii Romano-Germanici Caroli VI. Graecii 1717. fol. c. fig.

Quinquennium Secundum ejusdem. Viennae 1717. fol. c. fig.

Pallium Archiepiscopale Cels. ac Rev. Principis Sigismundi a Kollonitz, primi A. Episcopi Viennensis, cum eo 1723. in Basilica S. Stephani applaudente Collegio S. J. insigniretur.

Decas Augusta seu Lustrum geminum Imperii Augusti Caroli VI. cum accurata belli turcici relatione. Viennae Voigtin 1724. 8. n.

Germaniae Sacrae Tomus I. Metropolis Lauracensis una cum Episcopatu Pataviensi chronologice proposita. Augustae Vindel. Schlütter et Hapach 1727. fol. — Tomus II. Archiepiscopatus Salisburgensis chronologice propositus. Ibidem idem 1729. fol. — Tomus III. Prodromus de Episcopatu Ratisbonensi, seu Informatio summaria de Sede antiqua Ratisbonensi nec non Salisburgensem et Frisingensem plenius illustrans. Viennae Trattner 1754. fol. — Opus eruditum et exactum, cujus Continuatio merito optanda esset, ut scriptis tot ignorantium aut heterodoxorum opponi posset, qui Annales Ecclesiasticos praecipue Germaniae tot mendaciis et calumniis defigurarunt.

Responsio ad Epistolam R. P. Bern. Pekii (Viennae 1731. 4.) super Vita S. Trudberti Martyris in Brisgovia. Viennae Schwendiman 1731. 4.

Illustratio apologetica Prodromi Episcopatus Ratisbonensis. (contra 5 scripta adversus eum edita) Viennae 1755. 4.

Disquisitio de Valore Privilegiorum Libertatis Monasterii Emeranensis. Viennae Trattner 1755. 4. — Cumque contra prodiisset Excussio Disquisitionis etc. Ratisbonae 1755. 4. ille reposuit:

Documentum decisorium Litis de Sede Monastica olim Ratisbonae propositum. Viennae Trattner 1755. 4.

Considerationes XV de statu et Bonis Ecclesiasticis ex certis sanae Politices principiis pro defensione Instituti Catholici et Austriacae pietatis.

Gratulatio ob felicem reditum Aug. Maj. Caroli VI. et Elisabethae a suscepta Bohemiae Coronatione.

Analysis Monitorum genealogicorum Palignesii.

Demonstratio synthetica de necessitate, veritate et sapientia Moniti pastoralis Cels. et Rev. Principis de Trautson Archiepiscopi Viennensis.

Analecta seu Collectanea pro Historia Carinthiae concinnanda. Opus posthumum.

Digitized by Google

Pars I. et II. Clagenfurti Kleinmayr. 1785. 8. Norimbergae 1792. 9.

Est etiam ejus sub alieno nomine:

Modesti Taubengall Apologeticus adversus Umbras Oratii Melliti (Bern. Pez. Benedict.) pro fama A. R. P. Gabrielis Hevenesi et universae Societatis Jesu in causa Libri: Cura Salutis etc. Veronae (locus fictus) 1722. 8. Vide Hevenesi.

In Manuscripto reliquit plures Episcopatus paene elaboratos, quibus ultima solum manus defuit; in specie Episcopatum Trevirensem, Ratisbonensem et Neostadiensem, ut et Chronicon rerum Carinthicarum, forte idem, quod prodiit Norimbergae 1793. 8. sub titulo: Analecta pro Historia Carinthiae, in quo et Historia Illyrici et Hunnorum.

Servantur haec Mscta. Tomis XIII in folio in Bibliotheca Caes. Reg. Vindobonensi. Tomo II. Recensionis Schwandtner numero 1562. et sequentibus; et continent in specie:

Excerpta ad Historiam Episcopatuum Germaniae pertinentia.

Collectanea ad Episcopatum Salisburgensem et Passaviensem.

Supplementa ad eosdem. Volumina VII.

Collectanea ad Episcopatum Trevirensem.

Collectanea de diversis Germaniae Episcopatibus ad Continuationem Historiae.

Collectanea ad Historiam Episcopatus Neostadiensis in Austria, ad ejus Episcoporum chronologicam seriem Volumina IV. literis B. C. D. F. signata, quo itaque litera A. et E. cum fortasse sequentibus desunt. Praecipue autem litera F. Diplomatarium seu Privilegia Civitatis Neostadiensis a Friderici Bellicosi Austriae Ducis tempore usque ad Leopoldum Imp. et annum 1689. Christophori Roxas Episcopi Neostadiensis Acta de negotio conciliandae Religionis sub auspiciis Leopoldi Imp. a se suscepto, Apologia ejus et Declaratio duorum magni nominis Protestantium Gerardi Molani et Godefridi Leibnizii de modo restituendae inter Catholicos et Protestantes unionis, multaque de instituenda in Clero Neostadiensi communi vita exhibentur. n. 1600.

Collectanea ad suam Germaniam sacram et quidem in hoc fasciculo ad Episcopatus Viennensem, Pataviensem, Salisburgensem, Graecensem pertinentia continentur. n. 1608.

Notitiae et Documenta ad Monasterium Cisterciense SS. Trinitatis Neostadii in Austria spectantia, pro Historia Episcopatus hujatis collecta. n. 1609.

Collectanea miscella ad Prodromum Germaniae sacrae. n. 1631.

Excerpta de variis Martyribus et Episcopis.

Collectanea varia ad Germaniam sacram, praesertim Salisburgensia, Passaviensia, et quaedam Gurcensia. n. 1633.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Welch. Vogel. Meusel. Feller. Cat. Trattner. Paintner.)

HANSIZ Paulus, Germanus, Viennae Austriae 3. Maji 1645. mundo, Societati 1661. natus, et 4 vota professus Graecii humaniores scholas, Philosophiam et Theologiam docuit, et illius an. 1674. hujus an. 1684. lauream consecutus est, ac quinquennio ibidem Cancellarius fuit; unde ad Praefecturam generalem studiorum translatus Viennam, vir aeque pius et religiosus ac omni scientiarum genere ornatus, in munere hoc ad mortem usque perstitit, quam subiit 8. Jan. 1721. aet. 76. qui ultimo vitae tempore, utut semper innocentissimae, diebus singulis horam unam precibus pro felici morte fusis impendit.

Edidit insignis praesertim Humanista praeter alia tacito nomine:

Prosopopoeiae sacrae 24. Graecii 1670. Recusae Viennae in Analectis poeticis P. Klein.

Anathemata verae historiae, Templo Gloriae M. Leopoldi consecrata, symbolis et emblematis aeri incisis exornata. Viennae Leop. Voigt. 1696. fol.

Adgratulatio facta Episcopo Passaviensi nomine Collegii Passaviensis. Viennae Kürner 1689. fol.

Vita et gesta Leopoldi. Ib. 12.

Vita Caroli Lotharingiae Ducis 12.

Styria gloriosa, seu Serenissimorum Styriae Ducum memoria fracto calamo adumbrata. Graecii 8.

Divinae Providentiae Cura in erigenda, conservanda et augenda Domo Austriaca historice descripta, additis Odis. Viennae Voigt. 1712. fol.

Digitized by Google

Oratio funebris Leopoldo I. Rom. Imp. virtutibus, meritis, victoriis, ipso obitu Magno ad Exequias solemnes a Caes. et Acad. S. J. Collegio celebratas dicta et impressa. Viennae Jo. B. Schönwetter 1705. fol.

Oratio funebris Josepho I. Rom. Imp. una cum apparatu funebri. 1711.

Ethica naturalis seu Documenta moralia e variis rerum naturalium proprietatibus, virtutum vitiorumque symbolicis imaginibus collecta et iconismis Christoph. Weigelii ornata. Norimbergae 4.

Epigrammata in Veteris Novique Testamenti historias, quae incisis scalpro imaginibus subjecit et edidit memoratus Weigelius. Recusa in Analectis P. Klein. Viennae 1757. ut et praecedens Opus.

Ethica symbolica. Symbola haec a Patre Abraham a S. Clara operi cuidam suo inserta tacito autoris nomine, a P. Klein in dictis Analectis recepta sunt.

Reliquit etiam copiosa, eaque praeclarissima Scripta Mathematica, et elegantissima Epigrammata luce dignissima.

(Propylaeum Bibl. Univ. Graec. Gesta et Scripta Prov. Austr.)

HANSTADT Ferdinandus, Hungarus, Neosolii 3. Nov. 1682. natus, Societatem ingressus aet. 15. et 4 vota professus, Tyrnaviae Rhetor, Socius Magistri Novitiorum Trenchinii, Concionator, et per omnem vitam strenuus pauperum praesertim Operarius, quibus et peste infectis adstitit, rigidus in se piissime obiit in Valle dominorum, innocentia prima tumulo illata, 20. Nov. 1718. aet. 36.

Edidit latine:

Sacra Tyrnaviae Academia seu Divi Universitatis Tyrnaviensis Patroni memori camoena celebrati. Tyrnaviae 1707. 12.

Vindiciae Marianae Zelantis pro honore Virginis Dei Matris Mariophili. Ibid. 1713. 12.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Paintner.)

HANTSAM Ludovicus, Germanus, e provincia Austriaca.

Cujus latine:

Disputatio de Sacramento Poenitentiae Graecii 1588. 4.

Disputatio de Fide, virtute theologica. Graecii 1589. 4.

(Bibl. Caes. Vind.)

HARMAYR Joannes, Bapt. Germanus, Viennae Austriae 16. Maji 1742. natus, et aet. 15. Societatem ingressus, absolutis studiis tertio probatus Labaci an. 1773. Poesim docuit, in qua excelluit, pluresque occasione data Odas lingua germanica edidit, mortuus Viennae.

Sunt ejus:

Obitus Josephae Bavarae Josephi II. secundae Conjugis. Labaci 1767. 8.

Transitus Leopoldi Magni Ducis Hetruriae per Styriam. Graecii 1769.

Josephus II. Labaci 1773. 8.

In obitum Josephi Leopoldi Com. de Petazzi Episcopi Labacensis. 1773. 8.

Ad Carolum Com. Herberstein Episcopatum Labacensem adgredientem. Labaci 1773. 8.

Possessio Poloniae Austriacae. Labaci 1773. 8.

Dies aperti a Josepho II. horti dicti Augarten. Viennae 1775.

Ad Magnam Defunctam. (M. Theresiam Aug.) Viennae 1780. 8. 1781. 4.

Instructio catechetica pro Autore de Sepulturis a viro sine praeconcepto judicio. Satyra. Viennae 1782.

In Obitum Leopoldi II. Viennae. 1782.

Ad Austriam in die solemnis homagii Francisco II. praestiti. Ibid. eod.

Scripsit etiam ab anno 1775. per decennium cum Antonio Renzenberg Nova latina Viennae edita et ob puritatem latini sermonis commendata.

(Bibl. Carniol. Paintner.)

HARSÁNYI Stephanus, Hungarus, Harsanii in Comitatu Borsodiensi 2. Febr. 1747. natus, et aet. 16. Societatem ingressus, Theologus primi anni dum solveretur Societas, ad Ordinem Praemonstratensium in Praepositura S. Joannis de Ponte transiit, et hac quoque 1785. soluta, serviens interea in cura animarum, ad illam 1802. a Francisco II. restitutam rediit, obiitque Csornae 3. Aug. 1803.

Est ejus hungarice:

Funebris dicta Francisco Xaver. L. B.

Digitized by Google

Spleny de Mihaldi (olim e S. J.) Episcopo Vaciensi. Ibid. 1796 4.
Conciones aliquot theophoricae. Pestini 1792. 8.

(Paintner.)

HASELPAUER Georgius, Germanus, Styrae in Austria 23. Apr. 1726. natus, Passavii in Provinciam Austriacam receptus, et 1760. quatuor vota professus, Ethicam Clagenfurti quadriennio, Metaphysicam et Physicam Passavii biennio docuit, et annis 9 Lincii, Labaci, Leobii, Posonii concionatus, sublato Ordine obiit.

Edidit germanice:

Solitudo christiana, seu Meditatio aeternarum veritatum in salutem hominum proposita in publicis Exercitiis Labaci ad S. Jacobi 1769 et 70. Labaci 1771. 8.

(Bibl. Carniol.)

HASKA Laurentius, Germanus, Viennae Austriae 1. Sept. 1749. natus, et aet. 15. Societati insertus, abolito Ordine in saeculum regressus, post plures annos Custos Bibliothecae Universitatis et Professor Aestheticae in Collegio Nobilium Theresiano, in Poesi germanica excellens, occasione data plures odas edidit, et inter illas:

Post expugnatum Belgradum. Viennae 1789. 8.
Laudon decantatus. Viennae 1790. 8.
Epinicion Dno. Jo. Aug. Stark. 1790.
In Reditum Leopoldi II. a Coronatione Francofurto. Viennae 1790. 8.
Ad pacem conclusam Szisztovii. Viennae 1791. 8.
Imprecatio Gallis. — e germ. hungarice per Ladisl. Erdödy. Budae 1793. 8.
Germania liberata. Viennae 1795. 8.
Foedus mortis, Francisco constanti. Viennae 1796. 8.
Ad Liberatorem Germaniae. ib. 1796. 8.
In Benedictione vexillorum voluntariorum Viennensium. ib. 1796. 8.
Duodecima Februarii 1797. Viennae.
Ad canendum pro Austria in annuo festo 17. Apr. 1797. 8.
Ad pacem conclusam Campiformii. ibid. 1798. 8.
Super Austriae et Russiae Victorias. 1799. 8.
In Obitum Denisii. Viennae 1800. 8.
In Franciscum I. haereditarium Austriae Imperatorem. Viennae 1804. 8.
Scientiae. Oda.

(Magazin Scient. et litterat. Bibl. Sacchen.)

HASL Josephus, Germanus, Carniolus Vindus e Comitatu Cilejensi natus, Graecii Rhetor 1743. Societati adscriptus, absolutis studiis Concionatorem carniolicum Labaci, Tergesti et Goritiae egit.

Vertit in carniolicam aut potius vindicam linguam:

Gabr. Hevenesi S. J. Quadragesima sancta. Labaci 1770. 8.

(Bibl. Carniol.)

HAVOR Stephanus, Hungarus, 1674. natus et aet. 16. in Societatem admissus, absolutis studiis diversis muniis functus, pie obiit Leutschoviae 5. Jun. 1731. aet. 57.

Edidit latine:

Discordia concors seu Disceptatio philosophico-rhetorica 12 Oratiunculis constans. Tyrnaviae 1706. 12.

(Paintner.)

HAUSEGGER Josephus, Hungarus, Posonii Rhetor in Provinciam Austriacam receptus, absoluta Cassoviae Theologia tertio probatus, Patakini Operarius et jam tum a virtutum omnium, modestiae praeprimis et suavitatis ornatu commendatus, 1730. in Indiam Orientalem concessit, et in Malabaria indefessum Missionarium, successive simul Rectorem in Ambalacata, Meliapor et Travancor, ad annum usque 1765. egit, quo ibidem meritorum plenus obiit.

Sunt ejus:

Epistola ad. R. P. Carolum Gallenfels, Confessarium Mariae Annae Reginae Lusitaniae Archiducis Austriae Goa 7. Jan. 1732. qua iter suum Ulyssipone Goam multa inter pericula peractum describit. — germanice in Stöcklein. XXXVII. n. 724.
Epistola ad Suam Majestatem Mariam Annam etc. ex Malabaria non procul Ambalacata in sua Missione 26. Sept. 1732.

Digitized by Google

qua aggressum suae Missionis, paupertatem Missionariorum, impedientem progressum Religionis, et diversas gentilium illorum superstitiones describit. — Germ. ib. n. 725.

Epistola ad R. P. Leopoldum Wezinger. Confessarium Gynaecei Reginae Lusitaniae ex Pallure 29. Aug. 1733. qua ritus Syrorum tam unitorum quam disunitorum et occupationes suas sacras describit. — Germ. ib. n. 726.

Epistola ad eundem ex Ambalacata 13. Jul. 1735. qua Reginae liberalitatem laudat, et laborum suorum copiam ob variolas inter infantes grassantes propriamque infirmitatem enarrat. — Germ. ib. n. 727.

Epistola ad R. P. Carolum Gallenfels ex Missione sua 12. Jul. 1738. qua persecutionem in Cochin partim ab ethnicis, partim ab Hollandis excitatam, ac famem et infirmitates in Malabaria grassantes describit. — Germ. ib. n. 728.

Epistola ad R. P. Leopoldum Wezinger ex Pallure 15. Jul. 1741. de turbis bellicis in Malabaria, magno Missionum damno. — germ. ib. n. 729.

Epistola ad amicum suum in Europa ex Malabaria 19. Jul. 1742. de bello in hac regione Religioni nocivo. — germ. ib. P. XXXII. n. 636.

Epistola ad R. P. Leopoldum Wezinger, ex Pallure 16. Jul. 1642. de diis illarum gentium aliisque superstitiosis doctrinis, ut et quibusdam ad historiam et politicam spectantibus. — Germ. ib. P. XXXVII. n. 731.

Epistola ad R. P. Josephum Ritter S. J. Confessarium Mariae Annae Reginae Lusitaniae ex Pallure 29. Oct. 1742. qua idola Malabarum ritusque superstitiosos, suos Sociorumque labores describit. — Germ. ib. n. 730.

Epistola ad eundem ex Ambalacata, ubi tum Rector fuit, 13. Aug. 1744, de paupertate hujus Collegii, statu sat prospero Missionum in Malabaria, tanto tristioris in Ora Piscatoria. — Germ. ib. n. 732.

Epistola ad eundem ex eodem loco 2. Aug. 1746. de iis, quae hoc biennio tum hic tum in Madura contigere. — Germ. ib. n. 733.

Epistola ad eundem ex Meliapor seu Civitate S. Thomae, ubi tum Rector, 1. Aug. 1748. qua iter huc suum, statum Orae Coromandel et lapidem porci spinosi describit. — Germ. ib. n. 734.

Epistola ad eundem ex Travancor, ubi tum Rector, 14. Jul. 1751. de statu Missionis in Meliapor et Travancor, et persecutione in Nemam. — Germ. ib. n. 735.

Epistola ad eundem ex Travancor 23. Aug. 1753. de Martyrio Lazari et necdum sopita persecutione. — Germ. ib. n. 736.

HAYMERLE Antonius, Germanus, Viennae Austriae 17. Apr. 1719. natus, absoluta Theologia jam Sacerdos et Cooperator in Penzing prope Viennam, Societatem 1744. ingressus, et 4 vota professus, Missionarius triennio in Styria, Carinthia et Austria superiore, et ab anno 1757. ad abolitionem usque Ordinis Procurator in Domo professa Viennae, simulque Concionator in Sacello Supremi Provinciarum Consilii, post abolitionem Ordinis pie obiit Viennae 10. Jun. 1775. aet. 56.

Edidit germanice:

Affectus pro infirmis et moribundis. Viennae Kurzbeck 1757. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

HEBELER Jacobus, Posonii 1740. in provinciam Austriacam receptus, absolutis Tyrnaviae severioribus studiis, Jaurini quadriennio cum domesticis humaniores litteras repetiit, tum ultimo decennio in Collegio nobilium Theresiano Viennae Praefectus, Subminister, Praefectus inferiorum scholarum et linguae graecae, gallicae et hungaricae Professor fuit et sublato Ordine obiit Viennae 14. Jan. 1793.

Reliquit in Mscpto:

Institutio brevis ad humaniores litteras discendas docendasque. 4.

Comoediae XV lingua latina.

Notata graeca, hebraica, historica, geographica et mathematica.

(Wittmann.)

HECKHEL Andreas, Germanus, Viennae Austriae 12. Sept. 1725. natus, et

Digitized by Google

aet. 15. in Societatem cooptatus, absolutis eximia cum laude studiis, 4 vota professus, ob praestans dicendi donum statim S. Cathedrae admotus, Clagenfurti primum 1757. tum Viennae in Collegio et in Domo professa, et ab anno 1762. ad 1768. in Ecclesia Metropolitana Viennensi Concionatorem numeris omnibus absolutum egit; sed jam fractis viribus Graecium missus Bibliothecae Catecheticae praefuit, ibidemque pie obiit 24. Martii 1770 aet. 55.

Edidit germanice:

Oratio funebris in obitu Francisci I. Rom. Imp. dicta Viennae ad S. Stephani et impressa ib. 1765. fol.

Veritates aeternae ex rectae rationis principiis deductae. Graecii 1768. 12.

Conciones Dominicales. Ex his extractae Doctrinae Morum Tomis II.

(Mensel. Paintner.)

HEDRI Antonius, Hungarus, Hamberkae in provincia Sarosiensi 28. Jan. 1702. natus et aet. 18. in Societatem receptus, absolutis studiis concionatus in pluribus Hungariae locis, etiam Residentiis quibusdam praefuit et pie obiit Udvarhelii 19. Apr. 1765. aet. 63.

Edidit latine:

Historia poetica Montium Transilvaniae. Claudiopoli 1728. 8. Carm. elegiaco.

Exordium Apostolici Hungariae Regni. Ib. 1729. 8.

(Paintner.)

HEHEL Franciscus Xaverius, Germanus, Viennae Austriae 9. Nov. 1690. natus, aet. 16. Societati insertus, et 4 vota professus Graecii Rhetoricam tum Lincii, Passavii, Budae, Clagenfurti diversas Philosophiae et Theologiae partes docuit; sed fracta brevi valetudine Neostadii piissime obiit 12. Apr. 1733. aet. 43.

Edidit latine:

Sanctior Europae fama aucta silentio seu vita et Mors S. Joannis Nepomuceni ob servatam Sacramenti fidem Martyris, famae tutelaris. Graecii Widm. 1722. 8. prosa et carmine.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

HEHEL Petrus, Germanus, Viennae Austriae 6. Jul. 1679. natus, et aet. 16. in Societatem receptus, absolutis studiis 4 vota professus, Ethicam Graecii docuit, et Philosophiae Doctor creatus est. Tum quindecim annis Graecii Concionator matutinus et tam indefessus Operarius, ut mirum visum fuerit, ubi aut quomodo Conciones suas conficere potuerit, qui et lue infectis adstitit, et heterodoxorum multos ad Ecclesiam veram reduxit, simulque Congregationi de Agone Christi pluribus annis maximo cum fructu praefuit; morte sua praedicta, cum adhuc die illa a moribundo rediisset, paralysi prostratus piissime obiit Graecii 2. Oct. 1728. aet. 49. tanta sanctitatis suae fama relicta, ut communiter Graecensium Apostolus audiret et illustris Ordinis Praesul diceret, se non pro eo Deum precari, sed ipsius potius patrocinium implorare.

Edidit ipse germanice:

Oratio funebris Ser. Dnae. M. Theresiae natae Duci de Liechtenstein, Viduae Comiti Lesleanae et Wagenspergianae dicta Graecii apud Ursulinas et impressa ibidem typis Widmanstadii. 1717. fol.

E relictis vero ejus tomis XVII. Concionum munde scriptarum et probe elaboratarum R. P. Jac. Henscitt S. J. ejus in Cathedra successor, successive tres tomos edidit, et quidem.

Tomo I. cui vitam ejus praemisit: Doctrina Fidei Christianae, brevibus concionibus proposita, in tribus Cursibus annuis, pro Dominicis et Festis. Aug. Vindel. et Graecii apud Veith. 1734. fol.

Tomo II. Verbum Dei incarnatum, praedicatum, in quo tota vita Christi a Nativitate ad Resurrectionem ejus ordine 4 Evangeliorum proponitur in Cursibus pariter tribus. Ibidem 1738. fol.

Tomo III. Bona dies, quomodo a quovis Christiano a mane ad vesperam transigenda, addita justitia christiana per totam vitam in operibus exhibenda. Accedunt selectae Conciones in honorem B. V. Mariae, Cohortationes ad Sodales Agoniae Christi. Ibd. 1741. fol.

Praeterea: Concionum de Festis Domini, B. Virginis et Sanctorum Tomus. Ibid. 1741. fol.

Major Dei gloria et Sanctorum in variis Cathedris proposita. Ibid. 1741. fol.

Digitized by Google

Denique ex omnibus collecta prodiit:
Christiana Fidei morumque doctrina in Cursibus sex annuis pro Dominicis et Festis Tomis sex, et quidem 1. Credenda neccessitate medii. 2. Sacramenta. 3. Praecepta Dei et Ecclesiae. 4. Bona opera et Virtutes. 5. Vitia et peccata. 6. Ratio diem christiane transigendi. Viennae. Trattner 1753. fol.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Catalogus Bibl. Acad. Vien. Paintner.)

HEIDFELD Adamus de, Germanus, Viennae Austriae 4. Nov. 1731. natus, aet. 16. Societati adscriptus, et 4 vota professus, ab anno 1762. in Collegio Nobilium Theresiano Viennae Praefectum, Professorem Metaphysicae, Physicae et rationum duplicium cameralium, quas primus in systema redegit, egit; post abolitum vero Ordinem Canonicus Neostadiensis, Consiliarius Consistorii militaris Viennae, et Superior Castrensis per Bohemiam primum, tum per utramque Austriam, obiit Viennae 30. Sept. 1786. aet. 57.

Edidit germanice:
Specimen de rationibus duplicibus. Viennae Kurzbeck 1771. 8.
Dissertationes diversae de eadem materia. Viennae 1770. 73. 8.
Principia emendatarum rationum cum diffusa declaratione introductarum rationum status. Viennae Kurzbeck 1773. 8.

(De Luca. Mensel. Denis G. B.)

HEINZ Michael, Germanus, Graecii in Styria 11. Jan. 1625. natus, et aet. 16. in Societatem receptus, 4 vota professus et Philosoohiae ac Theologiae Doctor, vir profundissimi et praesertim in Mathematicis perspicacissimi ingenii, Mathesim Graecii et Viennae tum domesticos tum exteros, reliquam Philosophiam ut et Theologiam Viennae docuit. Dein Procurator interioris Austriae, Regens Convictus Viennensis, Collegii Passaviensis Rector, vir consummatae ut prudentiae ita virtutis, pie obiit Viennae 12. Martii 1684. aet. 59.

Reliquit opus praelo dignissimum:
Trigonometria universa, servata in Msc. in Bibliotheca Mathematica Graecensi.

(Propyl. Bibl. Un. Graec. Schier. Gesta et Scripta Prov. Austr.)

HEINZE Wenceslaus, Germanus, Frankensteinii in Silesia 21. Nov. 1737. natus, et aet. 21. in Provinciam Austriacam receptus, ac 4 vota professus, Praefectus primum in Collegio Theresiano Viennae, tum Lincii Minister in Nordico, sublato Ordine Poesim aliquamdiu Lincii docuit dein Parochus in Campo veteri, Austriae oppido factus; quo in munere adhuc 1823. persistens a Caes. Reg. Majestate ob eximia per 60 annos tum docendo profanas litteras tum curam animarum exercendo comparata sibi merita numismate majore aureo cum catena 8. Jan. 1823. donatus est.

Edidit germanice:
Scripta mixta. Tomi II. Lincii 1780. 8.
Carmina lyrica. Lincii 1780.
Scripta mixta et Carmina. Lincii 1786. 8.
Diss. Fenelonii de Libertatibus Ecclesiae gallicanae germanice reddita.
Odae plures occasione data singillatim editae.

(Mensel.)

HEISLER Laurentius, Hungarus, Posonii 1757. in Societatem receptus, absolutis studiis ultimo quadriennio Tyrnaviae in Convictu 8. Adalberti Praefectum et Professorem Geographiae egit, et Ungarini Director studiorum obiit.

Est ejus latine:
Panegyris D. Ivoni dicta. Tyrnaviae 1769. 4.

(Paintner.)

HEIZLER Leopoldus, Germanus, Viennae Austriae natus, et Philosophia in patria absoluta Trenchinii 1730. tyrocinium ingressus, absolutis studiis Graecii Poesim et Rhetoricam, et Clagenfurti in quartum annum Philosophiam docuit, cum morte praematura abriperetur 26. Maji 1749.

Edidit latine:
Austria liberata in 3 libellos divisa. Carmine elegiaco. Graecii Widm. 1743. 8.
Martis Austriaci felices ad Rhenum progressus. ib. 1744. 12.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

HELL (Höll) Maximilianus, Hungarus, Schemnizii 15. Maji 1720. patre

Digitized by Google

Praefecto Caes. in illis fodinis et plurium machinarum hydraulicarum inventore natus, et Neosolii Rhetor aet. 18. in Societatem Trenchinii receptus, Philosophiam triennio, Mathesim sub Frölichio biennio, et traditis biennio Leutschoviae humanioribus litteris, Theologiam quadriennio Viennae itidem singulari cum laude excepit. Semper vero Mathesi praecipue se dedit, et jam eam Viennae repetens adjunctus Patris Franz Astronomi fuit. Quare tertio probatus Neosolii, Claudiopolim missus et Philosophiae Doctor creatus Mathesim triennio tradidit, interim 4 vota professus, simul tamen successive Praefectum Philosophorum in Convictu, Catechistam et Concionatorem festivalem Germanicum, adjutorem Curatoris Praesidii militaris, Operarium germanicum et slavonicum, et Praefectum Musei et Speculae Mathematicae, cujus ut Budensis et ipse autor est, egit. Cum autem M. Theresia Augusta anno 1756. Speculam Astronomicam in Universitate Vindobonensi erigeret, Hellius ob eximiam scientiae suae famam eo vocatus, eam instituit, unamque e primariis Europae effecit. Mansit Astronomus Caesarens, dum vixit, spatioque 35 annorum singulis annis Ephemerides seu observationes astronomicas summa sollertia factas edidit, eisque eruditas de eadem scientia Dissertationes addidit; tribus annis demtis, quo tempore in munere hoc eum Pilgramius supplevit. Ob singularem enim qua jam tum floruit, nominis sui celebritatem a Christiano VII. rege Daniae evocatus anno 1767. ut in insula Wardöhus in Finmarchia ad mare glaciale in extremis Laponiae oris transitum Veneris per discum Solis observaret, concedente Augusta et Ordinis Superioribus eo se cum P. Joanne Sajnovics contulit, et re feliciter confecta cum Haffniae 7 mensibus moraretur, in Academia Regia, cujus et Socius creatus (ut et Parisiensis, Bononiensis, Göttingensis et Helmiensis fuit) observationes a se factas aliasque dissertationes astronomicas communi cum applausu praelegit. Sublato Ordine honorificam in Angliam invitationem oblatis 3000 denariorum brittanicorum annuis reditibus, Augustae Domus et patriae amore recusavit.

Quam eruditus, tam solidus Religiosus, crebris maximorum virorum visitationibus et cum eruditissimis viris commercio litterarum minime est inflatus, fuit tenerrimae pietatis, et B. V. Mariam sabbatino jejunio per omnem vitam coluit. Aspectus Coeli largam ei semper mentem ad Deum elevandi materiam dedit. Ordini suo semper tenerrime adfectus mansit, nec eo licet sublato ab Augusta Beneficium ullum aut dignitatem accepit. Quidquid a salario superfuit pauperibus dedit, adeo ut post mortem ejus vix, unde sumtus pro ultima infirmitate solverentur, suppeteret. Obiit 14. Apr. 1792. aet. 72. tumulatus in Enzerstorf, dynastiae L. B. Jos. Penkleri ei amicissimi, cum Epitaphio a Denisio confecto, quod ita sonat: Hic situs est Max. Hell. Hung. Schemnitz. Soc. Jesu, dum illa stetit, Sacerdos, Phil. Doct. Caes. et Acad. Vindob. XXXVII. ann. Astronomus Europae notus Ingenii artisque monumentis, notior Deo vitae sanctimonia, evocatus ad laborum praemium aetatis anno LXXII. XVIII. Kal. Maji MDCCXCII. Quiescat in pace. L. B. Penkler Amico pos.

Opera ejus sunt:

Ephemerides Astronomicae annorum 1757. usque ad 1792, ad Meridianum Vindobonensem, totidem Tomis in 8. comprehensae; in quibus praeter Observationes anni praecedentis factas, et sequentis faciendae, additae semper quaedam ejusdem argumenti et magni momenti; latine; et quidem:

Ad Ephemerides pro anno 1757: Calculi mensium multo ampliores accuratioresque, quam in Ephemeridibus Parisinis; tabulae ad usum pleniorem tum Ephemeridum, tum etiam geographicum et nauticum, usus earundem, praecepta et exempla.

Pro anno 1758: Problemata nova ex Eclipsi lunari ab autore observata inventa.

Pro 1759: Situs astronomicus Satellitum Jovis pro singulis diebus, certaque hora quibusque paginis in calculis mensium adsignata. Nova methodus observandi Congressus Lunae cum fixis et planetis; typi horum congressuum construendi, et ex his determinandi loca apparentia Lunae et planetarum.

Digitized by Google

Pro 1760: Methodus observandi Cometas ope micrometri filaris. Observatio Cometae celeberrimi ex calculis Halleji praedicti, qui hoc anno 1759. sub finem Aprilis comparuit, et toto mense Majo visus est, anno 1835. rediturus.

Pro 1761: Dissertatio complectens calculos accuratissimos Transitus Veneris ad diem 5. Junii 1761, per discum Solis praedicti, methodosque varias, observationem hanc instituendi. (Edita etiam seorsim). — Methodus observandi Positiones Planetarum tam culminantium quam extra meridianum versantium.

Pro 1762. Observationes dicti Transitus Veneris Viennae et alibi per Europam factae. Elementa omnia astronomica ex hac observatione ab autore deducta, cum methodo calculandi illa et supputandi, duorumque aliorum ejus generis transituum futurorum calculis, quorum unus 3. Jun. 1769. Viennae erit invisibilis, alter 8. Dec. 1874. visibilis. (Opus insigne Viennae seorsim editum.)

Pro 1763: Multae novae tabulae ad aberrationem et mutationem fixarum pertinentes.

Pro 1764: Nova methodus, ex observationibus satellitum Jovis et eclipsibus lunaribus adeo adcuratas definiendi meridianorum differentias, ut error nonnisi intra 2 vel 3 secunda temporis consistere possit. Accedunt Tabulae solares et lunares ad meridianum Parisinum. (Seorsim editae.)

Pro 1765. Definitio adcurata differentiae meridianorum Viennam inter et Parisios ex 99 observationibus satellitum Jovis derivata. Expositio novae methodi cum omnium, quae objici possunt, difficultatum solutione. Applicatio hujus methodi ad reperiendos effectus tuborum et oculorum pro observationibus satellitum Jovis adhibitorum. Solutio nova problematis difficillimi de effectu tuborum noscendo in observationibus eclipsium Solis vel transituum Veneris aut Mercurii per discum Solis. — Tabulae planetarum omnium Cl. Cassini cum recens excogitata ratione, ex his Cassianis eaedem loca planetarum supputandi, quae ex Hallejanis haberentur. (Seorsim etiam editae.)

Pro 1766. Dissertatio de Satellite Veneris, qua ostenditur, celeberrimam hanc lunulam Veneris a pluribus, iisque praecipuis Europae Astronomis observatam, illusionem duntaxat opticam fuisse. (Seorsim edita).

Pro 1767. Differentia meridianorum Viennam inter et Cremifanum in Austria superiore. Resolutio duarum quaestionum astronomicarum. I. An methodus ex observationibus occultationum fixarum a luna aut eclipsium Solis definiendi differentias meridianorum, quoad praecisionem et certitudinem quantitatis definitae, praeferenda sit methodo eclipsium sattellitum Jovis, exposita in Ephem. Vindob. 1764. et 1765. II. An methodus satellitum Jovis explicata in Ephmeridibus Vindob. ann. 1764. et 1775. quoad certitudinem praecisionis determinandae differentiae meridianorum, praeferenda sit methodo occultationum fixarum a Luna et eclipsium Solis hactenus usurpatae. — Elogium rustici Tyrolensis, Petri Anich. (Seorsim editum.)

Pro anno 1768. Ephemerides quidem adhuc edidit, quin tamen quid adderet, eo quod hoc anno in Daniam abiisset. Quare Ephemerides sequentium 3 annorum cum additamentis Socii ejus P. Antonii Pilgram sunt.

Pro anno 1769. additae Tabulae pro delineandis occultantis Lunae phaenomenis, subservientes tam eclipsibus solaribus, quam fixarum occultationibus.

Pro 1770: Tabulae pro observationibus culminantium planetarum.

Pro 1771: Observationes transitus Veneris, aliorumque huc pertinentium a P. Hell Wardöhusii institutae. (Seorsim editae Haffniae 1770. 4.)

Pro 1772: Ephemerides jam rursus P. Hell confecit. Tabulae tamen lunares additae, a Cl. Mayer, recens Londini editae, a P. Pilgram in commodiorem calculantium normam reductae.

Pro 1773: Collectio observationum omnium Transitus Veneris per discum Solis 3. Jun. 1769. cum aliis ad longitudines geographicas determinandas spectantibus. — Dissertatio amplissima P.

Digitized by Google

Hell de Parallaxi Solis ex memorato transitu Solis definito.

Pro 1774: Supplementum hujus Dissertationis. — Disquisitio P. Pilgram de parallaxi Solis ex duobus internis contactibus Veneris, in eodem loco observatis. — Solutio utilissimi Problematis P. Hallerstein Pekini Mandarini de supputanda distantia minima etc. Vide eundem.

Pro 1775. Dissertationes duae. I. docet accuratam methodum ope solius tubi micrometro instructi, praecisam definiendi elevationem poli. II. de vera magnitudine apparente diametri lunae plenae oculo inermi visae.

Pro 1776: Appendix observationum astronomicarum anno 1772. 73. 74. 75. Viennae et alibi locorum factorum, dirigente Hell, calculantibus Ignatio L. B. de Rain et Francisco Guessmann, utroque S. J. Astronomis Universitatis.

Pro 1777. Admonitio P. Hell ad astronomos de transitu satellitis Veneris ante discum solis die I. Jun. 1777. secundum sententiam D. Lambert observando. — Theoria nova Aurorae borealis. — Socius Ant. Mayer S. J.

Pro 1778: appendix nulla.

Pro 1779: Observationes meteorologicae barometri et thermometri ann. 1775. 76. et 77. Viennae institutae.

Pro 1780: Praeter observationes astronomicas etiam aliorum locorum et meteorologicas Viennenses: Descriptio novi micrometri prismatici a R. D. Maskelyne Londini inventi.

Pro 1781: Observationes astronomicae etiam alibi factae.

Pro 1782: Praeter consueta: Tabulae pro lunationibus facili calculo eruendis, excerptae ex Ant. Pilgram Calendario chronologico. — Socius Fr. Triesnecker S. J. qui etiam Hellio post mortem successit.

Pro 1783: Antonii Pilgram. Tabulae pro reductione ascensionis rectae et declinationis planetarum et fixarum, declinationem 34 graduum non excedentium.

Pro 1784: Ant. Pilgram. Pars I. tabularum aberrationum et nutationum pro 500 fixis.

Pro 1785. Pars II. tabularum specialium aberrationum et nutationum 152 fixarum Catalogi Bradlejani una cum Supplemento e Catalogo Caillii. Autore Antonio Pilgram.

Pro 1786. Observationes meteorologicae annorum 1781, 1782 et 1783. Viennae habitae; una cum observationibus astronomicis Viennae aliisque in locis factis, inter quas primae observationes Uraniae Viennae habitae occurrunt.

Pro 1787. Pars I. Observationes meteorologicae Viennenses anni 1784; Observationes astronomicae ab anno 1784. ad 1786. Viennae aliisque in locis factae. Pars II. Dissertatio de novo Planeta autore Lalandio latine reddita a Franc. Triesnecker. Lis Astronomorum de nomine, quo planeta recens detectus sit appellandus. Carmen ab Uranophilo Austriaco (P. Hell). Tabulae novi planetae autore P. Placido Fixlmillner. Tabulae novi planetae autore Electo Bode.

Pro 1788. Historia novi Planetae Uraniae carmine exposita autore Georgio Szerdahely. Iterum Lis Astronomorum etc. Observationes meteorologicae Viennenses annorum 1785. et 1786. Observationes astronomicae diversis in locis habitae. Tabulae Mercurii novissimae ex Elementis Tobiae Mayeri constructae a Franc. Triesnecker.

Pro 1789. Observationes meteorologicae Viennenses anni 1787. Observationes astronomicae Viennae aliisque in locis habitae. Novae Martis Tabulae ex propriis elementis constructae a Fr. Triesnecker. Elogia epidictica, per quam demonstratur: Primum hominem Adamum fuisse primum et maximum Astronomum. Autore Georgio Szerdahely.

Pro 1790. Monumenta aere perennioria inter astra ponenda; primum Serenissimo Regi Angliae Georgio III.; alterum viro celeberrimo Friderico Wilhelmo Herschel a Maximiliano Hell proposita et dedicata 1789. — Novae Veneris Tabulae constructae a Fr. Triesnecker. — Observationes astronomicae Viennae, aliisque in locis habitae. Observationes meteorologicae Viennenses anni 1788.

Pro 1791. Observationes astronomicae

Digitized by Google

latitudinum et longitudinum locorum borealium Daniae, Sueciae, Norwegiae et Finnmarchiae Lapponicae per iter arcticum annis 1768, 1769. et 1770. factae a Max. Hell. De figura telluris e Solis eclipsibus deducta a Fr. Triesnecker. Observationes barometricae et thermometricae anni 1789. Viennae factae.

Pro 1792. Observationes astronomicae Viennae et alibi locorum factae. Dissertatio de motu proprio fixarum in ascensionem rectam et declinationem autore Franc. Triesnecker. Observationes meteorologicae barometri et thermometri anno 1790. Viennae institutae.

Pro 1793. Observationes astronomicae Viennae et alibi locorum factae. Fragmentum secundum Expeditionis litterariae ad Polum Arcticum a Maximiliano Hell, complectens observationes meteorologicas factas in insula maris glacialis Wardöhus dicta annis 1768. et 1769. Tabulae novae Solares ex observationibus deductae atque ad Meridianum Parisinum constructae a Franc. Triesnecker. Commentarius de diminutione obliquitatis Eclipticae seculari; autore Franc. Triesnecker.

Ex Ephemeridibus his Extractum fecit germanice C. A. Jungnitz sub titulo:

Additamenta ad Astronomiam practicam ex diversis Observationibus, Dissertationibus et Methodis in Ephemeridibus Hellianis contentis. Tomi IV. Wratislaviae 1791—1794. 8. c. fig.

Opera reliqua latina sunt:

Elementa Algebrae Joannis Crivellii magis illustrata et novis demonstrationibus et problematibus aucta. Vindobonae 1745. 8.

Adjumentum memoriae manuale chronologico - genealogico - historicum. Viennae Ghelen 1750. 12. Saepius auctum et recusum Monachii 1763. Viennae 1772, 1774. — a Georgio Mezburg 1788. — germanice per Ant. Geusau Viennae. 1798. 8.

Compendia varia praxesque operationum arithmeticarum, itemque regulae aureae simplicis, compositae etc. cumprimis ad usus mercatorum et civiles applicatae. Claudiopoli 1755. 8.

Elementa Mathematica Naturali Philosophiae ancillantia, ad praefixam in scholis normam concinnata. Pars I. Elementa Arithmeticae numericae et literalis seu Algebrae. Claudiopoli typ. Acad. 1755. 8. Viennae 1761. et 1763. 8.

Exercitationum mathematicarum Partes tres. ib. 1755. 8.

Una cum Exercitationibus Arithmeticis et Regula Rabbatae, Annatocismi et Juris civilis de quarta Falcidiae. Viennae Trattner 1759. 8.

Dissertatio complectens calculos accuratissimos Transitus Veneris per discum Solis in tertiam Junii 1769. praedicti, methodosque varias observationem hanc instituendi. Viennae 1760. 8. et in Ephemer. 1761.

Observatio transitus Veneris ante discum Solis die 3. Jun. 1761. una cum observationibus Satellitum in Observatorio Caes. Reg. Vindob. habitis, adjectis observationibus ejusdem Transitus Veneris factis a variis per Europam viris in observando exercitatis, cum Appendice aliarum nonnullarum Observationum. Viennae Trattner 1762. 8.

Introductio ad utilem usum Magnetis ex calybe. Viennae Ghelen 1762. 8. — etiam germanice.

Tabulae Solares Nic. Lud. de la Caille cum Supplemento reliquarum Tabularum Tobiae Mayer. Viennae 1763. 8.

Tabulae Lunares Tobiae Mayer cum Supplemento reliquarum Tabularum Lunarium D. Cassini, de la Lande et suis. Viennae 1763. 8.

Diss. de Satellite Veneris a pluribus Astronomis viso, illusione optica. Viennae 1765. et in Ephemer. 1766.

Tabulae Planetarum Saturni, Jovis, Martis, Veneris et Mercurii, ad meridianum parisinum supputatae a Cl. Cassini, correctis typi erroribus etc. Viennae 1763. et in Ephemer. 1765.

Extractus Epistolae P. Hell de Transitu Veneris 1761. observato. In Journal des Savans Oct. 1767.

Observationes Astronomicae ab anno 1717. ad 1752. a Patribus Soc. Jesu Kögler etc. Pekini factae, et a P. Augustino Hallerstein S. J. Tribunalis mathematici

Digitized by Google

Praeside 1772. collectae, ac in Europam missae. Ad fidem autographi Manuscripti edidit P. Hell. Voll. II. Viennae Trattner 1768. 8.

Elogium Rustici Tyrolensis celeberrimi Petri Anich Oberperfussensis coloni, tornatoris, calcographi, mechanicarum artium magistri, geodetae, geographi et astrophili ad prodigium excellentis, ex relationibus autenticis msceptis P. Ignatii Weinhart S. J. Anichii professoris et directoris concinnatum et notationibus illustratum. Viennae 1766. et in Ephemer. 1767. — Auctum a Weinhart. Oeniponti 1768. 8.

Observatio Transitus Veneris ante discum Solis die 3. Jun. 1769. Wardöhusii auspiciis Christiani VII. Dan. et Norv. Regis facta, et Societati Regiae Scientiarum Hafniensi praelecta. Hafniae typis Orphanotrophii Regii 1770. 4. c. fig. Viennae in Ephem. 1771. et in Actis Erudit. Lips. 1771.

Prospectus Expeditionis litterariae ad polum arcticum in tres Tomos, historicum, physicum et mathematico-astronomicum divisae. Viennae 1772. 4. fol. et in Horanyi Memoriis Hungarorum. — Editio Operis ipsius, quod dolendum praesertim ob Historiam Lapponiae, abolitione Ordinis impedita est. Praecipua tamen observationem ipsam Transitus attinentia Ephemeridibus inserta.

Diss. de Parallaxi Solis ex Observationibus Transitus Veneris 1769. Viennae 1772. et in Ephem. 1773.

Methodus astronomica sine usu Quadrantis vel Sectoris aut alterius cujusvis instrumenti in gradus circuli divisi, item sine notitia refractionis radiorum, ope solius tubi, micrometro filari secunda indicantis et pede mobili instructi, elevationem cujusvis in continente siti loci accuratissime determinandi. Viennae 1774. 8. In Collectaneis ad diversas scientias ab eruditis Austriacis factis. Viennae Bernardi 1775. etiam germanice.

Diss. de vera magnitudine, quam diameter plenae lunae vel Solis videtur habere, si libero oculo aspiciatur. Viennae ib. germ.

Monumenta aere perenniora inter astra ponenda, primum Serenissimo Regi Angliae Georgio III. alterum Viro celeberrimo Frid. Wilh. Herschel a Max. Hell proposita et dedicata. Vindobonae Trattner 1789. 8. c. fig. — germanice per Ant. Jungnitz 1789. 8.

Germanice:

Brevis Instructio de festivitate Paschali pro indocto plebejo, cum solida confutatione Scripturae D. Chr. Sigm. Schumacher, Calendariographi Dresdensis, cui titulus: Disquisitio de festo Paschali ab anno 1700. ad 2500. Viennae 1760. 4.

Introductio ad utilem usum magnetis artificiosi ex chalybe facti. Viennae 1762. 8.

Methodus astronomica etc. in Collectaneis ad diversas scientias ab eruditis Austriacis factis. Viennae 1775. 8. etiam latine.

Adjumentum memoriae etc. Viennae 1797. etiam latine.

De vera magnitudine diametri plenae lunae etc. In iisdem Collectaneis. Viennae. etiam latine.

Sacharum praeservativum adversus scorbutum cum Epistola D. Albertiz Med. Doctoris. Viennae Jahn 8.

Tres novae Constellationes, quae tanquam perpetua monumenta in stellato coelo erigi deberent, e latino translatae ab Ant. Jungnitz et Publico Astronomico dicatae. Viennae Trattner 1789. 8. c. fig.

Böckmanni Prof. in Carlsruhe Vota et Prospectus ad perficiendam doctrinam de Tempestate.

Recudi curavit:

Additamenta ad Astronomiam practicam in diversis observationibus, e latino translata ab J. A. Jungnitz. Tomi 4. Wratislaviae Korn. scn. 1791. et 92. 8. c. fig.

Praelo parata in Msc. reliquit:

Mnemosynon Saeculi XVIII. cum symbolis et iconibus, latine. Addita fuisset versio germanica R. D. Jungnitz Astronomi Vratislaviensis.

Adnotationes geographicae ex Anonymo Belae Hung. Regis Notario collectae.

Expeditio litteraria ad Polum arcticum. Tomis III. in folio. Historica, Physica, Mathematica et Astronomica.

Effigies ejus a W. Pohl delineata aeri incisa est a J. G. Haid Viennae 1771. in veste Lapponica cum fusa de hoc itine-

Digitized by Google

re inscriptione; et ab J. E. Nilson. Augustae Vindel.

Vita ejus habetur in Schlichtegroll Necrologio. 1792. T. I.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Jour. des Sav. Hormayi. Benkö. Gött. Gel. Anz. Vogel. Feller. Mensel. Heinsius. Sacchony. Paintner.)

HELLMAYR (Hellmár) Antonius, Hungarus, Malaczka in provincia Posoniensi 28. Nov. 1700. natus, et aet. 17. Societati adscriptus, 4 vota professus et Philosophiae Doctor, absoluta Viennae Theologia, Graecii Poesim et Rhetoricam, tum utramque Szakolczae Repetentes, demum in Universitate Tyrnaviensi Logicam, Physicam et Metaphysicam docuit. Socius subin Magistri Novitiorum, ac demum Budae Professor Casuum, ubi vir multae orationis, et S. Francisco Xaverio singulariter devotus, per quem et aliis multas gratias et juveni liberationem a daemone, cui se devovit, obtinuit, pie obiit 1. Jan. 1744. aet. 45.

Edidit latine:

Mausolaeum Graecense Ferdinandi II. Rom. Imp. Mariae Annae Conjugis et Joannis Caroli AA., versu descriptum. Graecii Widmanstad. 1732. 8. prosa et carmine.

Templum Aulicum, seu D. Aegidii Urbis Graecensis Patroni Basilica descripta cum Oratione in eundem, et delineatione Templi. Graecii 1733. 8. prosa et carmine.

Series Banorum Dalmatiae, Croatiae, Slavoniae ab anno 870. ad 1737. Tyrnaviae 1737. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

HELMLING Leopoldus, Germanus, Viennae Austriae natus, et in Societatem receptus, absolutis studiis Graecii Poesim docens, lue erumpente primus se infirmorum obsequio devovit, et octiduo post vir magnae virtutis, patientiae cumprimis et in divinam voluntatem resignationis, victima charitatis cecidit 5. Sept. 1679.

Edidit latine:

Mausolaeum ex margarithis pretiosis, Augustissimis manibus Margarithae Hisp. Infantis, Leopoldi M. Caesaris Conjugis defunctae erectum. Graecii Widm. 1673. 8. Epigrammata elegantia ex hoc Opusculo excerpta recusa in Analectis P. Klein. Viennae 1757. 8.

Poetarum laureati vertices. Viennae 1679. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Paintner.)

HENSCITT Josephus, Germanus, Hartbergae in Styria 15. Mart. 1698. natus, et aet. 16. Societati adjunctus, absolutis studiis 4 vota professus, ipsis 24 continuis annis S. Praeconem Leobii, Graecii, Cremsii, Sopronii, Styrae, Jaurini, Lincii cum laude egit, ac demum pie obiit Leobii 30. Mart. 1760. aet. 62.

Extant ejus germanice:

Sermo eucharisticus ob Victorias in Bavaria et Coronationem in Bohemia M. Theresias Augustae. Sopronii Jo. Renauer 1743. 4.

Panegyricus S. Joanni Nepom. Styrae dictus. Cremsii Praxl 1745. 4.

Panegyricus S. Vito Martyri Cremsii in Paraecia dictus. Ib. Praxl 1747. 4.

Funebris Elisabethae Christinae Augustae Caroli VI. Viduae. Lincii Pramsteidl 1751. fol.

Panegyricus ad primum Sacrum R. D. Nobilis de Paumbach. Lincii Auinger 1751. fol.

Limavit etiam pro typo 3 Tomos Concionum P. Petri Hehel Augustae Vindel. impressos.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

HERBERSTEIN Leopoldus, ex illustrissima familia Clagenfurti in Carinthia 14. Maji 1702. natus, aet. 17. Viennae in Societatem receptus, et 4 vota professus, Philosophiam Lincii quinquennio docuit. Missiones Indicas cum non obtineret, Missionarium zelosum in Carinthia egit, pane fere et modico lacte victicans, et nuda super tabula brevem somnum capiens. At noctu ab aegroto paupere hyemis tempore redux, in glaciem illiso capite lapsus, vix sumto S. Viatico piissime obiit 16. Jan. 1742. aet. 40.

Extat ejus tacito nomine:

Panegyricus Cordi Jesu Viennae dictus 1735. et impressus ib. Voigtin 4.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

Digitized by Google

HERBERSTEIN Ferdinandus, Germanus, Graecii in Styria e nobilissima Comitum familia ortus 1605. aet. 20. Societati se devovit, et 4 votis ligatus disciplinas humaniores, Dialecticam, Ethicam, Theologiam scholasticam, moralem, et sexennio Jus Canonicum in Academia Graecensi docuit. Rexit Collegium Lincense, Judenburgense, Viennense, et Domum professam ibidem, pieque obiit Styrae 22. Jan. 1673. aet. 68.

Scripsit latine:

Disputatio de Jure scripto et non scripto. Graecii 1648. 8.

Conclusiones Juridicae de Judiciis in Lib. 2. Decretalium Gregorii IX. Graecii Widmanstad. 1649. 16.

(Coll. Jöcher. Propyl.)

HERBERT Josephus L. B. de, Germanus, Clagenfurti in Carinthia 3. Sept. 1725. nobili loco natus, et aet. 15. in Societatem receptus, 4 vota professus et Philosophiae Doctor, Praefectum primum in Collegio Nobilium Theresiano simulque Exhortatorem Dominicalem triennio egit, tum in Universitate Vindobonensi anno uno Logicam et Metaphysicam, et ab anno 1760. Physicam gen. et partic. usque ad annum 1784. praelegit, quo ab eadem Universitate Canonicus Ecclesiae Metropolitanae nominatus est. Cum vero Josephus II. Canonicorum numerum minueret, decerneretque, ut duo postremi ab Universitate electi ad neoerectam Ecclesiam Cathedralem Lincium se transferrent, eo migravit, ibique obiit 28. Martii 1794. aet. 69.

Edidit latine:

Dissertatio de Aquae aliorumque nonnullorum fluidorum Elasticitate. Viennae 1771. 8. — germanice per P. Ambschel Labaci 1778. 8.

Theoria Phaenomenorum electricorum. Viennae 1722. Aucta et emendata 1778. 8.

Diss. de Igne et triplici illius statu. Viennae 1773. 8.

Diss. de Aere et fluidis ad aeris genus pertinentibus. Viennae 1779. 8.

Diss. de fontibus certitudinis. Viennae Kurzbeck 1780. 8.

Germanice:

Diss. de striis, pustulis et undis in vitro cristallino. Impressa in Collectaneis ad diversas scientias quorundam Eruditorum Austriacorum. Viennae 1775. 8.

Conjecturae de origine Crystalli montani. ibid.

De Auro dicto Plazgold. ib.

De Affrictu maxime faciente ad Electricitatem in vehementi gradu excitandam, praeter ejus efficacitatem in mutos et surdos. ib.

(De Luca.)

HERMANN Michael, Germanus, Rudolphswerdae in Carniolia natus, humaniores litteras docuit, Convictum Viennensem et Collegium Labacense rexit, obiit 1632. laudatus a Valvasor in Cron. Carn.

Scripsit germanice:

Exercitia Pietatis pro studiosa juventute. Viennae 12.

Officia SS. Barbarae, Ignatii, Xaverii, Aloysii et Stanislai. Viennae 12.

(Jöcher ex Witte Diario Biographico. Carniol.)

HERRE Michael, Germanus, Neuffrae in Suevia 28. Sept. 1697. natus, opificii sui scriniarius, aet. 23. Graecii in Provinciam Austriacam receptus, et biennio post, ut ardenter petiit, cum P. Michaele Choller in regnum Chili Americae meridionalis missus.

cujus:

Epistola ad R. P. Franciscum Molindes Praep. Prov. Austr. ex Civitate Conceptionis 1725. qua iter suum Vienna ad S. Jacobum, Regni Chilensis metropolim usque describit. — Germanice in Stöcklein P. XXI. n. 438.

HERTL Ignatius, Hungarus, 1. Jan. 1703. natus et aet. 18. Societati insertus, Philosophiae Doctor, ejusdem diversas partes Tyrnaviae et Viennae per plures annos, Theologiam moralem Budae docuit, legioni Caroli AA. sacram operam biennio praestitit, ac demum Ginsii pie obiit 1775. aet. 72.

Edidit latine:

Elementa Arithmeticae numericae et literalis, practicae et theoreticae in usum discentium proposita. Cassoviae 1753. 8.

(Paintner.)

Digitized by Google

HEUMONT Joannes, Lotharingus, natus 1576. aet. 24. Societati in Provincia Austriaca adscriptus, et scientiis omnibus excultus, humaniora, Rhetoricam, Linguam S. et Philosophiam Graecii docuit, jamque Theologiam erat aggressus, cum repente dolore colico patienter tolerato ad extrema deductus pie obiit Graecii 25. Jan. 1617. aet. 41.

Extat ejus:

Oratio in funere Serenissimae Archiducis Mariae Bavarae, Matris Ferdinandi II. Imp. dicta Graecii 31. Maji 1608. et impressa cum Parentalibus eidem Principi a Collegio Graecensi positis.

Fama posthuma de Virtutibus heroicis ejusdem Ser. Mariae, emblemate vario digesta, concionata, exposita. Graecii Georg. Widmanstad. 1609. fol.

(Sotvell.)

HEVENESI Gabriel, Hungarus, Miczkae in Comitatu Castri ferrei 24. Mart. 1656. nobili genere natus, et aet. 16. Societati adscriptus, non minus sanctitate quam doctrina et rerum praeclare gestarum fama in ea illustris fuit. Exacta integerrimo cum candore pueritia, adolescens jam litteris aeque ac virtute eminuit, et classes inferiores docens ob singularem modestiam Angelus aut alter Aloysius audiit. Absolutis eximia cum laude studiis tertio probatus et 4 vota professus, Philosophiae et Theologiae Doctor, Rhetoricam et Philosophiam Viennae, Theologiam hic et Graecii sexennio docuit. Ut vero singularibus ad regendum dotibus praeditus erat, mox Rector et Magister Novitiorum Viennae in Domo Annaea, grave hoc munus maxima omnium approbatione annos ipsos 11 sustinuit; nec minore cum laude Pazmaniano Clericorum Hungarorum Collegio Viennae itidem per annos aliquot praefuit. Rexit etiam Collegium Viennense bis ac semel Tyrnaviense. Praefuit quoque toti Provinciae Austriacae ac denium Domui professae. Romam vero a Provincia ad Comitia generalia missus, maximam et hic tum ob doctrinam et prudentiam suam, tum ob vitae religiosae perfectionem aestimationem sui reliquit. Magnus ubique et mirabilis, qui ad omnia aptus, quin plura simul gravissimaque negotia conjungere novit. Viennae potissimum degens S. R. E. Cardinali et Archiepiscopo Viennensi a Kolonicz ad mortem usque a sacris consiliis fuit; a Leopoldo vero Augusto in multorum arcanorum conscientiam admissus est. Plura in Hungaria Societatis domicilia potentum favore coepit, stabilivit et auxit. Mirum vero, quomodo ei inter tot negotia tempus suppetierit, tot Opera praesertim ascetica, qua in schola consummatus magister fuit, conscribendi. In tanta autem laborum diversissimorum multitudine semper cum Deo conjunctissimus fuit, quin ex hoc fonte sapientiam illam hausit, qua alios in quibusvis animi morbis dexterrime direxit, in sacro praesertim Tribunali, in quo tam assiduus haesit, ceu nihil ei aliud agendum fuisset. Quam vero in alios mansuetus, tam in se asper, somno nonnisi quatuor horas indulsit, cibi parcus, flagrorum crebro ac cilicii continuo fere usu corpus lacerare, arcta catena constringere, quae adeo carni increvit, ut chirurgi manu eximi oportuerit. Demissionis inter haec summae, demum vigiliis, rigore vitae et laborum copia enervatus, vir primis haud dubie Patribus adnumerandus, accedentibus gravissimis calculi doloribus, dum esset Praepositus Domus professae, simulque Missionum Castrensium et Daciae Superior, maximo totius Provinciae moerore nondum sexagenarius, plenissimus meritis obiit Vindobonae 11. Mart. 1715. aet. 59.

Opera ejus latina omnia, et partim tacito partim addito nomine edita in philosophica, historica proprie, historica-ascetica inter quae quaedem stilo ligato, et ascetica proprie dispertienda sunt.

I. Philosophica:

Succus Prudentiae seu Discursus Ethici a Senecae Cordubensis Philosophi Operibus collecti. Viennae Jac. Mann 1680. 12. Tyrnaviae 1701. 8.

Philosophia Polemica seu Theses philosophicae quaestionibus de re bellica distinctae. Viennae Kürner 1690. 16.

Placita philosophica, quaestionibus ethicis, politicis et symbolis illustrata. Viennae 1690. 12.

Philosophia sacra seu Quaestiones philoso-

Digitized by Google

phicae occasione textuum S. Scripturae deductae. Viennae Cosmerov. 1690. 12.

Meteora rationibus et experimentis physicis illustrata. Partes II. Viennae Jac. Mann 1690. 12. Tyrnaviae 1717. et 1728. 12. Claudiopoli 1732. 12.

Ethica Austriaca e Lemmatis Austriacorum Imperatorum. Viennae 1686. 12. et sub titulo:

Doctrinae Ethicae flores. — Graecii 1729. 8.

II. Historica proprie:

Styriae Ducum Memoria ab Ottocaro usque ad Leopoldum I. Graecii Widm. 1685. 8.

III. Historico-Ascetica.

Quadragesima Sancta seu Considerationes de Passione Domini in singulos Quadragesimae dies. — Viennae 1718. 1745. et 1754. Tyrnaviae 1713. et 1730. Posonii 1726. 8. — germanice per anonymum. — hungarice per Jo. Taxoni, Tyrnaviae 1730. et 1739. — gallice per Petrum Miel. Bruxellis 1730.

Calendarium Eucharisticum sive perpetuus SS. Eucharistiae Cultus per quotidiana Sanctorum exempla et monita. Viennae 1708. Tyrnaviae 1714. 12.

Calendarium Marianum e Victoriis contra Gentiles, Turcas, haereticos et alios injusti belli autores ope D. Virginis obtentis. Graecii 1685. 12. Labaci 1719. Tyrnaviae 1730. Cassoviae 1742. 12.

Ars bonae mortis seu Quotidiana erga SS. Dei Matrem Pietas exemplis Sanctorum et monitis excitata. Viennae 1695, 1739. 12. Tyrnaviae 1714. Coloniae 1720. Graecii 1726. 12. — germanice per Jo. Lüdl S. J. Viennae 1695. et per G. Düllmann Coloniae 1709. 8. — lusitanice per P. Alvares dos Anjos S. J. Conimbricae 1732. 8. — hungarice s. l. 1753. 8.

Amores Josephini seu Vita S. Josephi cum iconibus a Collegio S. J. Viennensi ejus honori addictissimo edita et Josepho Romanorum et Hungariae Regi dicata. Viennae Voigt 1692. 8.

Hungaricae Sanctitatis Indicia cum 50 iconibus Sanctorum et Beatorum. Tyrnaviae typ. Acad. 1692. 8.

Scintillae Ignatianae sive Apophtegmata S. Ignatii Viennae 1705. 49. 57. Coloniae 1715. — germanice Coloniae 1718. 12. Pragae 1717. 12.

Vita S. Francisci Xaverii Ind. et Jap. Apostoli, Philosophiae Doctoris et in Univ. Paris. Professoris, nunc Facultatis Philosophicae Patroni, thesibus philosophicis distincta et vario carmine concinnata. Viennae 1690. 8. c. fig.

Fructus Indici, seu Quotidiana ex Vita S. Francisci Xav. Virtutis exempla decerpta et in singulos anni dies distributa. Viennae 1696. et 1747. Tyrnaviae 1714. 12. — germanice Viennae 1751. 12.

Flores Indici, seu Quotidiana ex Epistolis S. Francisci Xav. Documenta seu exempla decerpta et in singulos anni dies distributa. Viennae 1694. 1723. et 1747. Tyrnaviae 1714. 12. Monachii. Augustae. — germanice Monachii 1698. Pragae 1699. Viennae 1749. 12.

Speculum Innocentiae seu Vita B. Aloysii Gonzagae cum iconibus. Viennae 1691. et 1753. Monachii 1699. Claudiopoli 1738. Tyrnaviae 1762. 12. — germanice per Ferd. Schönwetter S. J. Monachii 1698. et 700. 12. — polonice per Car. Sawicki. Posnaniae 1728. 8.

S. Ephebus seu S. Aloysius Gonzaga S. J. olim in Aula Philippi Hisp. Regis honoratus. Vita ejus carmine et symbolis illustrata. Viennae 1690. 8.

Vita B. Stanislai Kostka cum 48 iconibus. Viennae 1693. 8.

Academicus Viennensis seu Vita B. Stanislai Kostka olim in Facultate Philosophica Viennae studiosi, carmine et symbolis illustrata. Viennae 1690. 8.

Flores quotidiani seu Castitatis amantium exempla in singulos anni dies. Tyrnaviae 1714. Coloniae 1717. et 1750. 12. Monachii 1756. 12. — germanice Coloniae 1717. 12.

Aucupium Innocentiae contra stygium aucupem exemplo juvenis Lancelini, sive ad fugienda pravae societatis pericula brevis admonitio. Graecii 1685. Tyrnaviae 1716. et 1732. Posonii 1734. Viennae 1741. 16. Idem sub titulo: Detecta Innocentiae pericula e tristi lapsu etc.

IV. Ascetica proprie.

Alphabetum Angelicum sive Angeli Custo-

Digitized by Google

dis in cliente suo adolescente ad custodiendam Castitatem instituendo conatus. Viennae 1709. Tyrnaviae 1716. 12.

Diarium adolescentis studiosi, sive Methodus actiones quotidianas bene et fructuose obeundi, sanctorum Adolescentum exemplis illustrata. Graecii 1684. 16. Recusum Viennae, Tyrnaviae, Lincii, Monachii.

Cura habituum seu Peccati exterminium, maxime ad quod natura magis inclinat, per decem dies Veneris erga Christum Crucifixum, B. V. Mariam et SS. Ignatium ac Xaverium, devotionem. Viennae 1709. Tyrnaviae 1714. et 1770. Olomucii 1754. 8. — germanice. Graecii 1714. Viennae s. a. 8.

Manuductio animae ad Coelum, seu Cura Innocentiae in primo flore servandae per pias et solidas considerationes proposita. Tyrnaviae 1725. et 1751. Viennae 1748. 12. — germanice Viennae 1758. 12.

Dies beatae Aeternitatis. Tyrnaviae 1728.

Cura salutis sive de Statu vitae mature et prudenter deliberandi methodus per decem dierum Veneris Spiritus S. Deiparae, SS. Ignatii et Xaverii honori instituendam devotionem proposita. Viennae 1709. 1714. 12. — Contra libellum hunc ceu injuriosum Ordinibus Religiosis et Statui Clericali integrum bellum litterarium exortum. Ac primo contra edidit Bernardus Pez Bened. Melitensis Epistolas apologeticas pro Ordine S. Benedicti; quem confutavit Marcus Hansiz S. J. libello edito sub titulo: Modesti Taubengall Apologeticus adversus Umbras Oratorii Meletii pro fama A. R. P. Gabrielis Hevenesi et universae Societatis in causa libri: Cura salutis etc. Veronae 1722. 8. — Secundo contra scripsit David Huffenwetter Sacerdos saecularis Dialogos apologeticos, pro Statu Petrino seu Ecclesiastico, quos posthume notis illustratos edidit Bartholomaeus Werdinger Capellanus Castrensis. Cumque contra hos Jesuita quidam Collegii Egrensis Epistolam familiarem sub nomine Parochi Dioecesis Ratisbonensis edidisset, Werdingerus idem opposuit ejus Refutationem. Venetiis 1725. 8. ad quam tamen responsum amplius non est.

Opera P. Hevenesi ascetica collectim edi coepta sub titulo:

Ephemerides piarum Ephemeridum, seu Opera omnia ascetica. Pars I. continens Scintillas Ignatianas, Flores quotidianos, Calendarium Eucharisticum et Marianum, Flores et Fructus Indicos et Artem bonae mortis. Tyrnaviae 1714. 4. — Quaedam etiam hungarice versa.

IV. Varia.

Parvus Atlas Hungariae seu Geographica Hungariae in 40 tabellas divisae descriptio. Viennae 1689. 8. a Bibliotheca Szechen. et Telek. quidem Patri Hevenesi, a Propylaeo autem Bibl. Univ. Graec. P. Ernesto Vols tribuitur.

Laurea philosophica, quam D. Catharinae V. et M. Philosophicae Facultatis Tutelari e 50 orationibus panegyricis per totidem annos in Basilica D. Stephani dictis contextam obtulit Facultas Philosophica Viennensis. Viennae 1692. 12.

Denique P. Hevenesi in Msc. reliquit:

Historia sacra Ecclesiae Hungaricae centum fere Tomis comprehensa. Est Collectio ut plurimum Manuscriptorum beneficentia maxime Emin. Cardinalis a Kollonicz obtentorum; quae ubi servatur non constat.

Elogia defunctorum S. J. Prov. Austr. ab anno 1616. ad 1700. per menses duodecim totidem Tomulis in 12. Servantur in Bibl. Univ. Pestin.

Excerpta ex Collectione Hevenesiana ad Statum Religionis Austriae et Moraviae pertinentia servantur in Msc. in Bibl. Caes. Vindob. Recens. Schwandtner. Tomo II. n. 1559.

Plura Msc. aliena ab eo possessa, ad Societatem Jesu in Hungaria et Transylvania attinentia refert Schedius in Zeitschrift Tomo IV. Fasciculo 1. 1803. Cl. Schwandtnerus autem, primus Custos Bibl. Univ. Bud. in Praefatione ad Opus suum Diplomaticum Hungariae medii aevi, Patres e S. J. Hevenesi, Kaprinai, Inchoffer, Timon, Perterffy, Schmidt ob labores ingentes pro Historia Hungariae elucidanda praestitos in coelum extollit.

Digitized by Google

nec fateri erubescit, ex eorum seu Operibus editis seu Manuscriptis relictis plurima se pro Opere suo hausisse. Manuscriptorum denique Hevenesi Volumina XLIII. Kaprinai vero CLIV. in Bibliotheca praedicta custodire se ait.

(Propylaeum Bibl. Univ. Graec. Gesta et Scripta Prov. Austr. Georgi. Horanyi. Bibl. Hüttner. Carniol. Tebek. Saechen.)

HEYRENBACH Josephus Benedictus, Germanus, in Etall Bavariae oppido 24. Maji 1742. natus, Cremifani in Austria apud Patres Benedictinos humaniores litteras persolvit, et aet. 15. in Provinciam Austriacam receptus, in philosophicis aeque ac theologicis studiis eminuit; sed ob singularem ad Historiae ac praeprimis Diplomaticae studium propensionem mox tertio probatus, anno 1772. a Superioribus in Domum professam, et sequenti in Annaeam Domum cum Historiographi solius nomine dispositus est. Verum soluto jam hoc anno Ordine ob singularem, quam jam tum prodidit, eruditionem ab Augusta illico Custos Bibliothecae Caesareae et Professor publicus Artis Diplomaticae in Universitate Vindobonensi nominatus est. Maximam vero sibi famam peperit, cum in eadem, Maximiliano Bavariae Duce mortuo, de jure successionis Collegia extraordinaria inaudito omnium Ordinum concursu daret. Ast studiis diu noctuque absque ulla moderatione incumbens, quod Operum ab eo in Msc. praesertim relictorum copia abunde testatur, brevi enervatus in flore aetatis succubuit, pie ac religiose, ut vixit, mortuus Viennae 19. Apr. 1779. aet. 37. Plura de eo in Alteri universali litterario Indice 1799.

Edidit latine:

Dissertatio de Salutationis Angelicae in S. Ecclesia usu. Viennae Ghelen 1773. 8. Cum augmento per Hier. Strelecki Parochum Graecorum unitorum. Viennae 1794. 8.

Germanice:

Rex sapiens. Narratio de rebus gestis Maximiliani I. hoc dictante a Marco Treitzsauerwein congesta praeter icones a Jo. Burgmair confectas lignoque incisas; edita ex Manuscripto Bibliothecae Aulicae Caes. Reg. cum multis adnotationibus. Viennae 1775. fol.

Dissertatio geographica de Pago Grunzwit in Austria infra Anasum supra sylvam Viennensem olim sito. Inserta Collectaneis ad diversas Scientias a quibusdam Austriae Eruditis. Viennae 1775. 8.

Principia antiquioris Historiae Statisticae Austriae. Lincii Pransteidel 1776. Viennae 1777. 8.

Friderici Caesaris Filia Cunegunda. Fragmentum ex Historia Austriaco-Bavarica, cum Codice probationum. Viennae Jahn 1778. 8.

Plura in Scriptis de Bello Successionis haereditariae Bavariae: 1778.

Dissertatio de Slavis in Austria. In Dissertationibus recentioribus Societatis Reg. Bohem. Scientiarum. 1795.

In Msc. propria omnia ejus manu scripta servantur in Bibliotheca Caes. Reg. Vindobonensi:

Recensiones Manuscriptorum Codicum ex Bibliotheca Universitatis Vindobonensis ad Augustam translatorum numero 551. Volumina III. fol.

Excerpta et Collectanea varia partim litteraria partim historica praecipue ad res Episcopales et Monasticas pertinentia. Ex Recensione Schwandtneriana. Tomo II. n. 1580.

Necrologia et Calendaria varia olim in diversis Monasteriis collecta. Ib. n. 1681.

Relatio et Observationes in veterem Jura Principum spectantem Registraturam Metropoleos Lincii in Austria supra Anasum. Cum copiis diplomaticis. germ. fol. n. 1582.

Fragmenta varia litteraria. 4. n. 1632.

Principia seu Adversaria ex Scriptoribus vetustioris historiae Status Austriae cum spicilegio. germ. n. 1929.

De Situ pagi Grunzwiti in Austriae parte supra sylvam Viennensem. Dissertatio geographica ex nono saeculo, cum fusa et erudita apologia adversus omnes possibiles objectiones sub titulo: De limitibus orientalibus Austriae infra Anasum, seu de Grunzwito Dissertatio secunda fol. germ. pag. 331. n. 1930. Dissertatio prima impressa.

Dissertatio de Agro Putinensi (hodie Pütt-

Digitized by Google

ten et Püttenberg) in Austria infra Anasum quadrantis infra sylvam Viennensem cum ejus Oeconomia sacra. n. 1931.

Dissertatio historico-diplomatica de antiqua Marchia hodierni Ducatus Styriae. n. 1932.

Disquisitio historico-politico-diplomatica de Genealogia et Successione Ottocarorum Styrensium praecipue ex Oziana familia deducta. n. 1933.

Ejusdem amplissima Continuatio et Vindicatio pro sua sententia de Origine Ottocarorum Styriae n. 1934.

Diplomata LXV. tam latina quam germanica a Saeculo X. usque ad XV. ad Dissertationes Ottocarianas pertinentia n. 1935.

Adversaria de Ottocaris, Marchia Styrensi et Agro Putinensi. n. 1936.

Dissertationes duae. Una de antiqua Marchia bohemica Austriae septentrionalis ferme elaborata in septem plagulis. Altera de antiqua Marchia Vindonica Styriae, in schedis sparsis cum typicis scutis Ducatus Carinthiae ex P. Frölichii Archontologia Carinthiae depromtis. germanice n. 1937.

Adversaria et Diplomata Salisburgensia et potissimam partem Passaviensia, Episcopatus et Monasterii Niederburgensis, Monialium Ord. S. Benedicti nec non Canoniae ad S. Nicolaum ibidem cum Chronica germanice rhythmica Passaviensi n. 1938.

Collectiones et Adversaria de Episcopatu Lavantino cum quibusdam Seccoviensibus, Chiemensibus et Gurcensibus. n. 1939.

Collectanea varia ad Topographiam utriusque Austriae, praesertim infra Anasum et Agrum Putingensem pertinentia, cum praemisso locorum indice. n. 1940.

Notitia historica ad res Monasterii Traunkirchiensis in Austria supra Anasum ad lacum Trunensem seu hodie Gmundensem siti, quod olim erat Monialium S. Benedicti, dein Residentia Soc. Jesu, nunc fisci Caes. Regii. n. 1941.

Varia Collectanea monastica Austriae, Carinthiae, Passavii, Bavariae et Inscriptionis Romanae variis in locis detectae. n. 1942.

Diplomatarium Ecclesiae Collegiatae ad Pirnum montem in Austria supra Anasum collectum. n. 1943.

Adversaria in Dissertationem de Augusto Regis Albi Commentario, ad Carolum Renatum Hausenum, Historiae apud Francofurtum ad Viadrum Professorem. n. 1949.

Collectio genealogica ordine potissimum alphabetico digesta variarum familiarum nobilium in ditionibus Austriacis. n. 1952.

Relationes et Scripta collecta beati Joannis a Dukla Ord. S. Francisci in Polonia Austriaca 1484. in fama sanctitatis mortui. n. 1953. germanice.

Descriptio nummi aurei anglicani Rosenobl dicti Regis Eduardi IV. n. 1954. germ.

Specimina varia antiquissimarum Scripturarum diversorum saeculorum potissimum latinarum, quarundam etiam hebraicarum et graecarum, praecipue autem Gothicae minusculae seu vulgaris, ex celeberrima Marcha Ravenatensi et aliis n. 1957.

Collegia patriotica in causa Juris haereditarii Bavarico-straubingensis, et hinc ortarum postulationum Domus Austriacae, habita ab ipso in Universitate Vindobonensi a 20. Jun. usque ad 7. Sept. 1778. germ. n. 1959.

Dissertatio de vero Conditore Neostadii Viennensis Leopoldo VI. Virtuoso Austriae Duce circa annum 1192. cum duobus Additamentis diplomaticis et quibusdam adversariis autoris. sc. Heyrenbachii n. 1959. germ.

Ejusdem Dissertatio diplomatica de populis Austriaco-Slavicis cum quibusdam affinibus adversariis. n. 1960. germ.

Collegia diplomatica in Alma Universitate Viennensi suis Auditoribus praelecta; manca tamen. n. 1961. germ.

Elucubrationes variae 14 ad rem potissimum diplomaticam illustrandam conferentia. n. 1962.

Miscella diplomatica 28. n. 1964.

Delineationes variorum Sigillorum, Insignium, Inscriptionum etc. n. 1965.

Collecta Herbersteiniana. n. 1966.

Digitized by Google

Collectanea ad Historiam et Seriem Abbatum Monasterii Cremifanensis Ord. S. Benedicti in Austria superiore. n. 1968.

Excerpta historica Austriaca ex Chronico Muticensis Collegii in Bavaria circa 1315. n. 1969.

Collectanea ad Genealogiam Comitum Ottingensium. n. 1970.

Tabulae chronologicae rei diplomaticae Imperatorum Regumque Germanorum servientes, ex probatissimis autoribus congestae 1767. n. 1971.

Adversaria ad rem topographicam et antiquariam Austriae, Styriae, Carinthiae etc. pertinentia, cum pluribus diplomatibus eam illustrantibus. n. 1972.

Dissertationes duae de antiquis limitibus orientalibus Austriae infra Anasum, praecipue de Grunzwito; cum responsione ad objectionem ex diplomate Cremifanensi. Cum eleganti mappa geographica Austriae supra Anasum ab Autore confecta. n. 1973. germ. Impressae Tomo XXIV. Annalium Litteraturae. Viennae 1824.

Analecta poetica ex variis Autoribus, inter quae praecipue est Tragoedia Parmenio inscripta, et Passavii a juventute scholastica 23. Maji 1762. exhibita, probabiliter ab ipsomet confecta. n. 1975.

Diplomata Saeculi XIII. et XIV. ad res praecipue Styriae, Carinthiae et Salisburgi pertinentia, collecta. n. 1976.

Miscellanea diplomatica Monialium S. Benedicti Passavii et Comitum de Sauran. n. 1977.

Quaestiones Ottocarianae, seu de rebus Ottocarorum Marchionum Styriae ex historia fundationum Monasterii Traunkirchiensis et Garstensis. n. 1978.

Miscella, in quibus Epistolae Fr. Joannis Capistrani Ord. Min. S. Franc. ad Universitatem Viennensem — et Necrologia ab ipso, Fischer, Rieberer et Hansiz collecta.

Reliqui Numeri a 1944. usque ad 1983. omissi materias diplomaticas ab ipso aut collectas aut descriptas continent. Monumenta, abunde sufficientia ad Viri indefessam industriam obstupescendam.

HICKMANN Gasparus, Germanus, Zitaviae in Lusatia natus 1563. aet. 19. in Provincia Austriaca Societati insertus, et 4 vota solemnia professus, post humaniores litteras et Theologiam moralem traditam Concionatorem egit annis amplius 20, inque eo munere Ser. Archiduci Austriae Carolo, Ferdinandi II. Imp. patri, Collegii Graecensis Fundatori deserviit. Obiit pie Graecii 13. Jan. 1617. aet. 54.

Extat ejus:

Oratio in Exequiis Ser. Caroli Archiducis Austriae. Secoviae 1590. inter tres a Collegio Graecensi editas secunda tacito nomine 1590. 4.

(Sotvell. Pruyl.)

HICSOLDT Paulus, Hungarus, Szamaroczini in Comitatu Trenchiniensi 21. Jan. 1701. natus, aet. 19. Societatem ingressus, 4 vota professus et Philosophiae Doctor, Poesim ac Ethicam Tyrnaviae, tum Cassoviae triennalem Philosophiam, Controversias ac Canones docuit, simul aut Catecheta, aut Congregationis majoris Marianae Praeses; tum Posonii Concionator slavonicus, ac per aliquot annos Missionarius vagus, dein Rector Unguarinensis, ac demum Convictus Cassoviae Regens, zelosus semper Operarius cum opinione non vulgaris sanctitatis ibidem obiit 18. Febr. 1752. aet. 51.

Edidit latine:

Vetus Hungarorum in Magnam Dominam Pietas sub poetico schemate repraesentata. Tyrnaviae typ. Acad. 1728. 8.

Orbis universi de intemerato Virginis ortu consensus. Tyrnaviae 1730. 4.

Panegyricus D. Ivoni dictus. Tyrnaviae 1730. 4.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Paistaer.)

HIDI Gregorius, Hungarus, 1704. Philosophiae moralis Professor Tyrnaviae praecipiti occasu maximo suorum dolore decessit; quippe vir natus imperio ingeniorum, et divinis humanisque scientiis plane excultus, adeo ut P. Martinus Szentivanyi, vir doctrina et virtute clarissimus, ejusque in Cathedra successor dicere sit auditus, libenter se sarcophagum P. Gregorii occu-

Digitized by Google

paturum fuisse, si morte sua viri omnibus naturae et gratiae donis praediti vitam redimere potuisset. At enim multo alia erant vota P. Gregorii, qui, cum morbi per militem grassarentur jam prope contagiosi, nihil ardentius concupivit, quam aegris cum militibus tum civibus se cum vitae certo periculo devovere. Hungaris ergo, Germanis, Slavis ob linguarum notitiam dies noctesque inserviit, donec fatali correptus morbo, in flore aetatis coelo maturus, naturae concesserit.

Scripsit, ediditque latine:

De celebrioribus Pannoniae Urbibus Pars I. Pannoniam veterem complexa. Tyrnaviae 1701. Opus tanti aestimatum, ut Timon ipse brevem ex eo extractum fecerit, suaeque imagini Hungariae antiquae libri I. Capite 4. inseruerit; altera parte addita.

Philosophi christiani effigies e duplici prototypo symbolico et personali in purpuratis saeculi nostri et patriae philosophis expressa, nunc variis eloquentiae coloribus adumbrata. Leutschoviae 1699. 8.

(Horanyi. Paintner.)

HIEMER Josephus, Albae regali 1758. in Societatem receptus, Tyrnaviae linguam S. et graecam repetens, dein Budae Director scholarum nationalium

edidit latine:

Lessus pastorum in mortem immaturam Aloysii Szuniogli de Jeszenits. Tyrnaviae 1765. 8.

(Paintner.)

HILLEBRAND Gerardus, Germanus, Riedae in Bavaria 27. Maji 1682. natus, aet. 15. in provinciam Austriacam receptus, 4 vota professus, et Philosophiae ac Theologiae Doctor, utramque Viennae et Graecii annis 14 docuit, Viennae biennio in Aula Caesarea Concionatorem festivalem egit, Convictum ibidem annis 15 rexit, Collegii quoque Viennensis Rector, ac Domus professae Praepositus, vir in mansuetioribus aeque ac severioribus litteris versatus, summi consilii, qui eventus a longe prospexit et praesentes moderari novit, qui et a Provincia ad Congregationem Procuratorum Romam est missus, cum singulari pietate, ut vixit, obiit Viennae in Collegio 17. Sept. 1747. aet. 65.

Edidit latine:

Examen Doctrinae Cartesianae ad regulam fidei et rationis. Pars I. de principiis cognitionis humanae. II. de principiis rerum materialium. III. de mundo adspectabili. Viennae Voigtin 1716. 12.

Politica Austriaca in Imperatoribus Austriacis eorumque virtutibus adumbrata, ac in Aug. Caesare Carolo VI. vivo omnium compendio absoluta, cum Institutionibus politicis et Conclusionibus philosophicis publice disputata. Viennae typis Caes. aulicis 1717. fol. cum figuris Caesarum.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

HILLEBRANDT Petrus, Germanus, Viennae Austriae metropoli 21. Apr. 1717. natus et aet. 15. in Societatem receptus, 4 vota professus, Viennae Poesim et Rhetoricam docuit, tum annis 18 Viennae, Cremsii, Passavii, Posonii, Soproniі, Neostadii, Lincii, ac rursus Posonii coram Ser. Archiduce Christina est concionatus, ac demum Praeses Congregationis civicae obiit Lincii 15. Nov. 1770. aet. 63.

Edidit latine:

De Vita beata Libri III. Carmen. Viennae Kaliwoda 1748. 8.

Aeterna Augustae Gentis Habspurgicae Memoria soluta et vincta oratione. Viennae id. 1749. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

HILLMAYR Carolus, Germanus, Viennae Austriae 24. Oct. 1718. natus, absoluta Philosophia Societatem ingressus aet. 18. et 4 vota professus, Graecii Poesim et linguam S. ac Philosophiam triennalem Clagenfurti tradidit. Tum Concionator annis aliquot, Missionarius in Austria et Carinthia, demum in Domo professa Viennae Operarius et Instructor ad Fidem Catholicam se convertentium, soluto Ordine obiit.

Edidit latine:

Uranies Styriae fata, seu Descriptio Speculae Mathematicae Graecensis. Carmine. Graecii Widm. 1748. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

Digitized by Google

HINGERLE Augustinus, Germanus, Labaci in Carniolia 14. Aug. 1690. natus, et aet. 17. Societati adnumeratus, 4 vota professus, Philosophiae ac Theologiae Doctor, utramque annis 17. ac Graecii primum Ethicam, tum Viennae ac rursus Graecii Philosophiam triennalem, ibidem Casus, dein Viennae Controversias, et octennio Theologiam dogmaticam tradidit, ac demum Praefectus generalis studiorum fuit. Ut vero ob singularem eruditionem ad docendum ita ob summam suavitatem morum et exactam regularum observantiam ad regendum factus, totidem fere annis Collegium primum Viennense, tum Domum professam, dein Provinciam totam, rursus Domum professam, Collegium Passaviense, ac Graecense rexit, quo intermedio tempore etiam Romam ad Congregationem XVII. generalem Elector est missus, ac demum Graecii Rector meritorum plenus piissime obiit 13. Martii 1760. aet. 70.

Edidit latine:

Theses Theologicae de Peccatis, Gratia et Merito. Viennae Voigtin 1739. fol.

Theses Theologicae de Augustissimo Incarnati Verbi Mysterio. Viennae 1739. ead. fol.

Recudi curavit Erici Puteani Hist. Cisalp. Libros II. Viennae 1725. 12.

(Grata et Scripta Prov. Austr.)

HINTERBERGER Antonius, Germanus in Thermis Carolinis in Bohemia 7. Dec. 1747. natus, et Graecii in Styria 1765. in Provinciam Austriacam susceptus, dum aboleretur Ordo, Theologiae Graecii studens, et subin Presbyter saecularis factus,

edidit germanice:

Apologia Nobilitatis cantata a Musa civili et dicata amico veritatis 1794. 8.

HINTERHOLZER Franciscus Xaver., Croata Zagrabiae 17. Jul. 1746. natus et aet. 16. Viennae in Domo Annaea Societatem ingressus, audita Graecii Philosophia, ibidemque in alterum annum Theologus, soluto Ordine Budae Poesim docuit.

Edidit latine:

Pallas Hungariae. Viennae 1778. 8. Carmen stilo et gustu Catulliano.

Oda in obitum M. Theresiae Augustae Budae 1781. 8.

In Msc. ejus est Poemation de Praediolo suburbano Zagrabiae Xavier dicto perelegans.

(Paintner.)

HIRS (Hirsch) Michael, Hungarus, Poedanyensis, natus est 3. Sept. 1750. et Philosophia absoluta 18. Oct. 1769. Trenchinii Societatem ingressus, abolito Ordine

edidit latine:

Dissertatio juridico-politica de regia donatione in Hungaria, aliisque huic adfinibus. Budae 1780. 8.

(Paintner.)

HLATKI Josephus, Hungarus, Csistensis e Comitatu Nitriensi Martio 1747. natus, et Strigonii 1765. in Societatem adsumtus, audita Tyrnaviae Philosophia, ibidem 1713. Magister Syntaxim docuit, et abolito Ordine

edidit:

Liber de Impedimentis, Incitamentis et Adjumentis Litteraturae. Tyrnaviae typ. Acad. 1774. 8. latine.

Crisis super agendi modo Episcoporum in Statibus Caes. Regiis, relate ad Ordinationes Principis in rebus ecclesiasticis, ant. Rautenstrauch. Budae 1782. 8. germanice.

(Bibl. Sacrbes.)

HOCHENBURGER Franciscus, Germanus, Mödlingae prope Viennam Austriae 13. Sept. 1660. natus, et aet. 24. Societati adscriptus, 4 vota professus, Philosophiae et Theologiae Doctor, utramque Viennae et Graecii tradidit. Socius dein Provinciae Praesidis, Collegii Viennensis et Graecensis Rector, in hoc munere, vir semper Deo conjunctus, pie obiit Graecii 28. Julii 1718. aet. 58.

Edidit latine:

Hercules Austriacus, seu Josephus I. Archidux Austriae. Graecii Widm. 1702. 4. cum fig. (Tribuitur etiam Josepho Hängl.)

Noctes Theologicae, seu Varia Theologorum Colloquia noctu habita. Graecii. 1708. 12.

Digitized by Google

Recudi curavit Justi Lipsii Libros II de Constantia. Viennae 1702. 12.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

HOCHENWARTER Joannes Bapt., Germanus, Graecii in Styria 3. Junii 1689. natus, et aet. 15. Societati adlectus, 4 vota professus, vix tertio probatus, ad finem usque vitae S. Oratorem in praecipuis provinciae Cathedris Viennae, Lincii, Graecii, Posonii, Budae annis 20 egit, sermonesque singulos magna industria elaboravit. Inter haec Operarius indefessus moribundis diu noctuque adstitit, quin et peste infectis servire paratus, cum ob excellens dicendi donum a Moderatoribus prohiberetur, ad aegrum qui malum celavit, vocatus, contracta lue piissime obiit Budae 26. Maji 1736. aet. 47.

Edidit latine:

Dedicatio Orationi Principi Eugenio Sabaudiae Duci oblatae, praefixa chronographice quidem sed gravi sensu exornata. Viennae Sim. Schmid 1716. fol.

Germanice:

Panegyricus S. Joanni Nepom. Viennae 1733.

Item S. Udalrico, cum natio Suevica S. Patroni sui festum solemniter ageret. Viennae.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

HOECK Carolus, Hungarus, Viennae casu 4. Nov. 1752. natus et 1768. in Societatem receptus, sublato Ordine Presbyter factus, Posonii Concionatorem et Operarium egit, ibidemque pie obiit 1787.

Edidit germanice:

Concio de S. Francisco Assis. in Ecclesia PP. Capucin. Posonii 1776. 4.

Conciones duae in festo SS. Trinitatis, in Festo titulari Congreg. de Redemt. Captiv. Viennae 1776. Posonii 1777. 4.

Concio de Cultu S. Annae in Paroecia Jarendorf. Posonii 1777. 4.

Concio ad Celebrationem primae Missae neoconsecrati Sacerdotis. Posonii 1777. 4.

Concio in Festo Assumtae Jaurini celebrato. Posonii 1777. 4.

Concio de SS. Angelis. Posonii 1780. 4.

Concio in Solemnitate Beatificationis Michaelis ab OO. SS. Trinitarii. Posonii 1780.

Vita Christi seu continua Passio in Considerationibus pro singulis Quadragesimae diebus proposita. Augustae Vindel. 1779. 8.

Historia Incarnationis Jesu Christi pro sancto Tempore Adventus in Considerationibus proposita. Augustae 1780. 8.

Collectio quarundam Concionum. Partes II. Augustae 1781. et 1782. 8.

(Mensel Lexicon.* Bibl. Sarchen. Paintner.)

HOECK Franciscus, Caroli frater, Hungarus, Posonii 11. Oct. 1749. natus, et 1765. in Societatem admissus, soluto Ordine Presbyter, Philosophiae Doctor, Subregens primum in Academia Linguarum Orientalium Viennae, et Nekrepio mortuo ab anno 1785. ejusdem Director, linguae arabicae, persicae et turcicae gnarus, Decanus primo Facultatis philosophicae, tum et Rector Magnificus in Universitate Vindobonensi, Abbas infulatus SS. Petri et Pauli de Kats, tum de Lekér, a Francisco I. insigni Ordinis austr. Leopoldi Imp. decoratus. Obiit Viennae 12. Dec. 1835. aet. 86.

Collaboravit dirigente Barone Jenischio, Cons. Aul. et Academiae Superintendente cum alumnis ejusdem in Meninskii Lexico Arabico, Persico, Turcico, secundis curis edito. Viennae 1781. fol.

Collaboravit etiam cum Jenischio in Commentario de Fatis earundem Linguarum. Viennae 1780. fol. latine, uti pariter in Historia priorum Regum Persarum post firmatum in hoc Regno Islamismum. Viennae 1782. 4.

Ejus etiam sunt Proverbia seu Sententiae Turcicae in Collectaneis Monumentorum litterariorum Orientis. (Fundgruben) germanice.

Denique in Msc. in usum Academiae reliquit plura Opera tum ad Linguas et Historiam Orientis, tum etiam ad Historiam Terrarum haereditariarum Austriae, ut et Poloniae et Russiae attinentia.

HOEDEL Joachimus, Germanus, Graecii in Styria natus, ibidemque Rhetor 1741. in Societatem receptus, posito Trenchinii

Digitized by Google

tyrocinio at non absoluta Graecii Theologia in Americam meridionalem abiit, ubi ab anno 1754. in Quito Regni Perruani Provincia sedulum Missionarium egit. Redux 1770. in Provinciam Austriacam Concionator in diversis locis, et sublato Ordine Parochus Werschetzensis in Hungaria, Poeta felix latinus edidit sub nomine Musae Werschetzensis et Ebreichsdorfensis:

Belgradum expugnatum, honoribus Alexandri Leopoldi Regii Principis Regni Palatini electi. Temesiae 1790. 4.

Belgradum Turcis denuo traditum, honoribus Francisci Regii Principis, AA. 1791. 4.

Luctus Hungariae in jubilum conversus, honoribus Ser. Principis Francisci I. dum in Regem Hungariae inauguraretur. Budae 1792. 4.

Musa Werschetzensis Belgradi et Hungariae conversiones carmine elegiaco decantans. Pestini 1792. 8.

Poeticum Somnium Laudes Illustr. Dni Sigism. de Lovasz complectens. Pestini 1792. 4.

Vota Principi Nicolao Eszterházy, cum Comitatus Sopron. supremus Comes introduceretur, a Musa Ebreichsdorfensi decantata. 1794. 4.

Somnium Apollineum, laudes Ill. Comitis Sigismundi ab Hohenwarth complectens, dum Ecclesiae San-Hyppolitanae Antistes inauguraretur ab eadem. 1794. 4.

Carmen prognosticum in partum Theresiae Conjugis L. B. Ignatii Lang ab eadem. 1797. 4.

Carmen genethliacum eidem ab eadem. 1797. 4.

Musa Ebreichsdorfensis gloriosissimam Nationis Hungaricae insurrectionem festivo elego decantans, honoribus Jos. Bathyanyi Primatis et Nicolai Eszterházy. Sopronii 1797. 4.

Oliva pacis inter Austriacos et Gallos felici foedere introducta et stabilita, honoribus Senatus Viennensis, dum diem annuum Insurrectionis celebraret, ab eadem oblata et decantata. Sopronii 1798. 4.

Epicedium, quo Ven. Episcopale Capitulum Sabariense Praesuli suo Joanni Szily defuncto parentat. 1799. 4.

Germanice:

Hungariae Canticum in die onomastica Alexandrae Pawlownae Palatinae. Sopronii 1800. 4.

Phyllis et Damon. Idyllion in nuptias Ignatii L. B. a Lang cum Theresia Somssich de Saar. 1795. 4.

(Bibl. Szechen. et Theres. Paintner.)

HOELBLING Franciscus, Germanus, Lincii in Austria 4. Oct. 1665. natus, aet. 16. Societatem ingressus et 4 vota professus, Philosophiae Doctor Viennae creatus, eandem et Theologiam in diversis locis annis 20 tradidit. Tum studiorum altiorum Passavii Praefectus et S. R. I. Principi ac Episcopo Passaviensi e Comitibus de Rabata a consiliis et Confessionibus fuit. Vir in amoenioribus aeque ac severioribus litteris celebris, in exhibendis ludis theatralibus mire ingeniosus, ut et in Nummis pro diversis memoriis et solemnitatibus Principum inveniendis felicissimus, inter quos eminent illi, quibus vitae Epitomen omnium Pontificum a Christo ad Clementem usque XI. tum regnantem, consultis 60 autoribus, expressit, ab artifice Norimbergensi aeri affabre incisi. Celebris non minus in Panegyribus SS. Caelituum, et Juris Pontificii peritissimus fuit. Ad haec animi demissi et a nutu Moderatorum semper pendentis, animarum zelo studiosae praesertim juventutis flagrans, pauperum et afflictorum providus consolator, in S. Tribunali indefessus. Quare et in omnium veneratione ad mortem usque fuit, quam piissime obiit Passavii 15. Febr. 1723. aet. 58.

Edidit tacito plerumque nomine latine:

Laurus Leslaeana, seu Geneologia nobilissimae familiae Leslaeanae, et clarior enumeratio personarum utriusque sexus cognominis Leslaeae, una cum affinibus titulis, officiis, dominiis, gestisque celebrioribus breviter indicatis, quibus a 600 amplius annis familia haec floret, ex variis autoribus, manuscriptis et testimoniis fide dignis collecta. Graecii Widm. 1692. fol. maj.

Aquila Rabbataea, seu Gentilitius typus familiae Comitum de Rabbata. Passavii Marg. Höllerin 1714. fol.

Epitome Vitarum omnium Pontificum a S.

Digitized by Google

Petro ad Clementem XI, nummis incisa et typis data.

Legalis potestas Consuetudinis in disquisitionibus juridicis a corruptela et abusibus vindicata juxta Tit. IV. Libri I. Decretalium. Lincii J. Rödelmayr 1712. 4.

Liber de Cultu S. Francisci Xav. cujus ope ex morbo lethali convaluit Graecii.

Panis animae, seu Preces matutinae et vespertinae cum selectissimis actibus ante et post Communionem, saepissime recusae, et in germanicum traductae.

Germanice:

Panegyricus funebris Leopoldo I. Caesari. Labaci J. G. Mayr. 1705. 4.

Tres Panegyres S. Norberto 1714. 15. et 16. in Collegio Pragensi Can. Reg. Praemonstratensium dictae, et impressae Passavii. Höller 4.

Dedit etiam typis plures alios libellos literatos et asceticos in usum studiosae juventutis.

(Gesta et Scripta Prov. Aust.)

HOELLER Antonius, Germanus, 1713. in Societatem receptus, absoluta Graecii Philosophia, Theologia Viennae, 4 vota professus et utriusque facultatis Doctor, Philosophiam Viennae quadriennio et Controversias anno uno Viennae pariter docuit. Hinc anno 1737. in Aulam evocatus, Confessarius primum Gynaecaei, dein Ser. Archiducis Magdalenae, tum Ser. Archiducis Mariae Annae, Gubernatricis Belgii, cum qua etiam Bruxellas concessit, denique ab anno 1748. Ser. Archiducis Josephi dein Imp. Rom. usque ad obitum suum fuit, qui contigit 26. Dec. 1770. Tribuitur ei (etsi ab aliis Francisco Keller) latine:

Monumenta Religionis Augustae seu Colossi Dei et Divorum honoribus Caesarum Austriae pietate Viennae erecti. Viennae 1732. 8.

Augusta Carolinae Virtutis monumenta seu Aedificia a Carolo VI. erecta. Viennae 1733. 8.

(Denis et Bibl. Caes. Vindob.)

HOELLER Franciscus, Germanus, Viennae Austriae 16. Febr. 1694. natus, Societatis obsequio se mancipavit aet. 15., et 4 vota professus, Viennae Poesim et Rhetoricam, tum Philosophiam, ejusdem Doctor creatus, triennio docuit. Hinc ad S. Cathedram translatus Lincium, dum anno tertio moribundo, quo in officio indefessus fuit, adsisteret, lethali malo contracto piissime obiit 14. Febr. 1732. aet. 35. tanta sanctitatis fama relicta, ut permulti reliquias de eo peterent.

Edidit latine:

Sedes Pacis Martis Austriaci, seu descriptio Pallatii et Horti Principis Eugenii Ducis Sabaudiae. Viennae Voigtin 1725. 8.

De India ejusque gloriosa juventute Sermones habiti a Rhetoribus. Viennae Wolfg. Schwendiman 1726. 8.

Specimen Historiae Cancellariorum Universitatis Vindob. Viennae 1729. 12.

Vertit e gallico et cum Praefatione edidit:

Mariotte e Reg. Scient. Acad. Tractatus de motu aquarum aliorumque corporum fluidorum. Partes V. in 2 Tomis. Viennae 1728. et 1729. 8. cum Indice et figuris.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

HOELLER Ignatius, Germanus, Viennae Austriae 11. Nov. 1706. natus, et. aet. 18. Societatem ingressus, absolutis studiis, vitam omnem in diversis locis dicendo ad populum consumsit, sedulus Operarius et pauperum pater dici solitus, pieque obiit Graecii 8. Maji 1757. aet. 51.

Edidit germanice:

Panegyricus funebris dictus Rev. ac Perill. DD. Benedicto Hell, Ord. Cisterciensium in Abbatia SS. Trinitatis Neostadii Abbati. Ibid. Müller 1746. fol.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

HOELLER Joachimus, Germanus, Ratisbonae libera Imperii Urbe in Circulo Bavarico a parentibus haeresi addictis 10. Dec. 1653. ortus, Lincii ejurata Lutheri haeresi, Sacra Romana primum, tum Societatem amplexus aet. 18. 4 vota professus, Graecii poesim cum excellentis Poetae laude pluribus annis docuit. Tum Procuratorem domus Styrae, Viennae, Clagenfurti et Graecii egit, ubique vestigia veri Religiosi et animarum strenui zelatoris relinquens, qui vel hyeme utut imbe-

Digitized by Google

cilli corpore aegris subditis in sylvis et asperis montibus solatium tum corporale tum spirituale tulit; ac demum pie obiit Graecii 17. Dec. 1703. aet. 50.

Edidit:

Diphtera Jovis circa eventus novi Saeculi, quod Academia Graecensis auspicata est, ab Apolline oraculis in solatium Musarum detecta. Carmen epicum. Graecii Widm. 1688. 8. Recusum in Analectis Kleinii. Viennae 1755.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

HOELLER Martinus, Germanus, Viennae 1714. Tyrocinium ingressus, absolutis Graecii et Viennae severioribus studiis, 4 vota professus et Theologiae Doctor, Budae Philosophiam, Passavii Casus, Graecii et Viennae Casus, Jus Pontificium et Scripturam S. praelegit, Rector dein Cremsii, et eodem munere Neostadii in tertium annum fungens pie obiit 2. Jan. 1751.

Est ejus latine:

Album Sodalitatis majoris. Partes II. Viennae 1739. et 40. 8.

(Wittmann.)

HOERMAN Christophorus, Germanus, Viennae Austriae 19. Aug. 1652. natus, et act. 15. Societati adscriptus, 4 vota professus et Philosophiae Doctor, hanc Goritiae et Viennae, Theologiam moralem et Jus Pontificium Passavii et Clagenfurti tradidit. Collegii dein Lincensis Rector, vir semper zelosus, pietatis et paupertatis singulariter amans obiit Clagenfurti 28. Marti 1708. aet. 56.

Edidit latine:

Imago Saeculi gloriosi seu Victoriae de Ottomano Imperio extortae invictissimis armis Leopoldi I. carmine heroico enarratae. Viennae Cosmerovii 1687. 8.

Astrologia Polemica, seu signa boni militis. Viennae id. 1688. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

HOERMAN Nicolaus, Italus, Flumine in Illyrico 7. Sept. 1658. natus, et act. 15. Societatem ingressus, absolutis studiis ob vires debiliores Procurator fere semper aut Minister, et in senio Praefectus spiritus, Crucifixi et S. Francisci Xav. eximius Cultor, pie obiit Flumine 22. Sept. 1731. aet. 73. Edidit illyrice libellum de Cultu S. Francisci Xav.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

HOFFMANN Georgius, Germanus, Viennae Austriae 28. Maji 1616. nobilibus parentibus ortus, aet. 17. Societati adnumeratus, et absoluta cum laude Graecii Theologia, ob singulare dicendi donum sacrae mox cathedrae admotus, et primis aevi sui oratoribus aequiparatus, non minori cum fructu dixit, et Viennae in Domo professa per integrum decennium totam fere civitatem ad se traxit. Collegii dein Cremsii Rector, virque Spiritus divini plenissimus et B. V. Mariae eximius cultor ibidem demum pie obiit 2. Aug. 1698, aet. 82.

Edidit latine:

Lucubrationes piae in ministerium spiritus et perfectionis religiosae vitae classibus distinctae ad tradendas totidem recollectiones spirituales semestres. Lincii Jo. Rödelmayr 1684. 8.

Exercitia S. P. Ignatii, seu Apparatus asceticus ex variis Autoribus et Magistris institutionum spiritualium collectus et in 32 Meditationes digestus. Lincii idem. 1684. 8.

Germanice:

Conciones Quadragesimales. Passavii Enders 1687. 4.

Pascua sacra, seu Conciones in Dominicas totius anni. Bambergae Phil. Faretz 1692. 4.

(Propyl. Bibl. Univ. Graec. Gesta et Scripta Prov. Austr.)

HOFFMAN Michael, senior, explanata Tyrnaviae Philosophia, Lincii altioribus scholis praefuit, et curas conscientiae enodavit, obiitque post 1720.

Est ejus latine:

Seneca Christianus, i. e. Flores Christiani ex Annaei Senecae Epistolis collecti. Tyrnaviae 1696. 8.

(Paintner.)

HOFFMANN Michael junior, Hungarus, Posonii 21. Aug. 1724. natus, absoluta Philosophia Societatem Viennae aet. 20. ingressus, et absolutis studiis tertio probatus ac 4 vota professus, Mathesim

Digitized by Google

ac Physicam Budae docuit, Jaurini et Cassoviae pluribus annis ad populum germanicum dixit, per quadriennium Socium Magistri Novitiorum Trenchinii egit, et sublato Ordine obiit Posonii 1794. aet. 70. Est ejus latine:

Laudatio funebris C. Josepho Illesházy emerito Judici Curiae Regiae etc. dicta et cum Inscriptionibus Cenotaphii impressa Tyrnaviae 1766. fol.

(Bibl. Szechen.)

HOFSTETTER Felix, Germanus, Viennae Austriae 1740. natus, et 1758. in Societatem receptus, insigni cum profectu studia absolverat, cum Ordo tolleretur. Itaque primum in Collegio Nobilium Theresiano Viennae Denisio in tradenda litteratura elegantiori successit, simulque Juventuti instructionem privatam in Artibus, quarum miram cognitionem habuit, dedit. Cum vero anno 1778. a Josepho II. etiam Collegium hoc tolleretur, Bibliothecarius Universitatis Viennensis creatus est. Restaurato autem iterum a Francisco II. Theresiano Collegio Director est datus, et simul Praepositus in Toway nominatus et Canonicus in Bielsk et Chelm. Anno vero 1801. rursus Denisium defunctum in munere primi Custodis Bibliothecae Caesareo-Regiae supplevit, dum praepinguem Paraeciam Grosstaja in Moravia a familia principe Lichtensteiniana obtineret, cujus juvenes Principes per plures annos in litteris instituit; ubi apoplexia demum ictus pie obiit 22. Aug. 1814. aet. 74.

Edidit vir praestantissimi ingenii stilo singulariter excitato et ubi materia exegit, sublimi quodam modo satyrico latine:

Panegyris D. Leopoldo Marchioni Austriae, ad S. Stephani praesente Universitate a juvene Fr. Xav. Pedrossi dictus. Viennae Kaliwoda 1769. fol.

Germanice:

Adumbratio notitiarum artis. Viennae Trattner. 1774. 8.

Principia Artis, ejusque Historia. Viennae Kurzbeck. 1775. 8.

Adumbratio Dactyliographiae, seu notitiae gemmarum. Viennae Trattner 1776. 8.

De Harmonia operum Poetarum cum operibus Artificum, ex anglico Dni Spence. Partes II. cum Burkardo. Viennae Kurzbeck 1776. 8.

Domini Spence Polymetis cum Tyndali Epitome germanice reddidit cum eodem.

Sedes Sapientiae. Oda cum Universitas Tyrnavia Budam transferretur. Viennae Trattner 1777. 8.

Aut. Raph. Mengsii Epistola ad D. Ant. Ponsium ex italico. Viennae Gräffer 1778. 8.

Adumbratio Examinis Nobilium Coll. Ther. ipso Professore ex Historia Artis Statuariae in vetustate. Viennae Kurzbeck 1778. 8.

Adumbratio Examinis Nobilium Coll. Ther. ex Historia Artis pictoriae 1779.

Parva Poemata. Viennae Krauss 1780. 8.

Oda in obitum M. Theresiae Aug. Viennae 1781. 8.

Wahrmund (Veridicus) seu Responsio ad omnes calumnias contra Jesuitas, prout in recentissimis scriptis contumeliosis sunt repetitae. In Dialogis, in quibus praeter dictas calumnias objectiones contra Wurzii praestantissimum sermonem in obitum M. Theresiae Augustae denudantur, et mutilationes et correctiones tam in historia quam doctrina morum deteguntur. Dialogi VI. Tomi II. Augustae Stadelberger 1782. 8.

Additamentum necessarium ad Dialogos Wahrmundi contra novum Pharisaismum Dni Torricella a fervido lectore Wahrmundi 1783. 8.

Responsio Wahrmundi ad Lauberi Epistolam. Hartl 1783. 8.

Foedus Musarum. Viennae Schmidt 1783. 8.

Cucullus nocturnus (Nachtmütze) seu Elisa ad Treuholdum. Responsio contra Dni Glanzbergii (Sonnenfels) vestem cubiculariam e panno attalico, (Atlassener Schlafrock) cum desideratis adnotationibus contra eandem factis. Ratisbonae 1784. 8.

Navigatio aerea, res antiqua ex scriptis majorum nostrorum. In Gemingeri Promptuario pro scientiis et litteratura 1784.

Imago Pontificis, ob quam a Pio VI. nummo donatus.

Brevis Conspectus Artium. Viennae 1785.

Observationes in Moldaviam et Valachiam relate ad historiam, producta naturalia

Digitized by Google

et politicam ex italico D. a Raierwich. Viennae Kurzbeck 1789. 8.

Oratio funebris Josepho II. Rom. Imp. habita in Sacello Vaticano, in germanicum versa. Viennae 1791. 8.

Relationes de rebus artificiosis in Italia. Pars. I. Venetias. II. Paduam, Ferrariam et Bononiam complectens. Viennae Kurzbeck 1792. 8. Fructus itineris ejus per Italiam cum juvenibus Principibus a Lichtenstein suscepti.

Wahrmund. Editio nova aucta duobus Dialogis, una cum animadversionibus universalibus adversus Historiam universalem Jesuitarum, quam D. Petrus Philippus Wolf in IV Tomis edidit. Augustae Tomi IV. Nic. Doll. 1793. et 94. 8. Seduni et Soloduri in Helvetia 1820. 8.

Promtuarium Artis et Litteraturae. Tomi XVIII. Viennae 1793—97. 8. Continet multa pretiosa ad Politicam praecipue sui aevi pertinentia.

Statuta Caes. Regiae Academiae Equestris Theresianae cum Instructione pro Praefectis. Viennae 1806. 4.

Poemata priscorum Germanorum ex Temporibus tabulae orbicularis (Tafelrunde) ex manuscriptis Caes. Reg. Bibliothecae Palatinae in modernam linguam translata. Partes II. Viennae 1811. 8.

(Desis Bibl. Gerelli et Bk.)

HOFFSTETTER Philippus, Germanus, Labaci in Carniolia natus 21. Apr. 1671, aet. 15. Societati insertus, et 4 vota professus, Rhetoricam Tyrnaviae docuit, tum concionatus est annis aliquot Clagenfurti, Labaci, Lincii, Passavii, et quaestiones de moribus Labaci et Passaviae magno discipulorum fructu exposuit annis pluribus, ac demum piissime, ut vixit, obiit Labaci 3. Martii 1720. aet. 49.

Edidit latine:

Species factorum theologico-morales de materia Restitutionis. Passavii Marg. Holleri 1712. 8.

Item de S. Matrimonii Sacramento ex Historia Ecclesiastica selectae et quaestiones de Contractu sponsalitio. Ratisbonae Jo. Schmidel 1713. 8.

L. IV. Decretalium S. Gregorii Papae IX. per controversias celebriores concordatus, seu Quaestiones selectae de Impedimentis dirimentibus et divortiis. Labaci J. G. Mayr 1714. 8.

Controversiae Canonico-Theologicae, et de Censuris Ecclesiasticis. Labaci 1716. 8. Germanice:

Panegyricus S. Augustino. Reicherspergae ad RR. DD. Canonicos regulares in Bavaria dictus et Passavii impressus. Marg. Hollerin 1707. 4.

Sermo funebris Rev. et Perillustri Domino Roberto Abbati Alderspacensi dictus. Passavii Mar. Hollerin 1707. 4.

Panegyricus de SS. Altaris Sacramento Passavii ad S. Salvatoris in Civitate Ilzensi dictus et impressus 1718. 4.

Methodus meditandi et confitendi pro Ursulinis. Viennae.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

HOHENWARTH e Comitibus de Sigismundus, Germanus, ex pervetusta familia Bavarico-Carniolica, e cujus majoribus Georgius Episcopus suffraganeus Basiliensis Concilio Tridentino interfuit, ortus, et 2. Maji 1730. Gerlachsteiniiin Carniolia familiae bono natus, humanioribus studiis Flumine absolutis Societatem in Provincia Austriaca aet. 16. ingressus est, in quam eum tres fratres, Antonius, Josephus et Bernardinus secuti sunt. Posito Viennae ad. S. Annae tyrocinio, Philosophiae ac Theologiae in Universitate Graecensi maxima sui commendatione studuit, traditis intermedio triennio humanioribus litteris Tergesti et Labaci. Sacerdos una cum duobus fratribus factus, quibuscum etiam eodem tempore et loco primitias praesente familia celebravit, ac tertio Judenburgi probatus, Missiones perdifficiles in Styria superiore obiit, enixe obtestans, ut ad Missiones Indicas mitteretur. At voti compos non factus, in Collegium Nobilium Theresianum ordinatus est, ubi 4 vota professus, ut dudum Historiae et Botanicae studio maximo cum profectu se dedit, Historiam universalem nobili juventuti per plures annos praelegit, familiari consuetudine cum praecipuis hujus Provinciae viris, Wurzio, Premlechnero, Liesganigio, Hellio, Walchio, Khellio, Eckelio, Storchenavio, Frölichio, Schiffermillero, Hof-

Digitized by Google

stettero ac praecipue Denisio in omni litterarum genere magis adhuc excultus. Paulo ante abolitum Ordinem celebri Collegio Nordico Lincii Regens datus est, cui omni cum laude praefuit, dum anno 1778. a M. Theresia Augusta, cui viri pietas, prudentia et doctrina dudum perspecta erat, Florentiam mitteretur, ut juvenes Archiduces et inter hos primo loco Franciscum dein Austriae Imperatorem, in Religione et Historia institueret; quod utrumque summa cum satisfactione praestitit. Crebra etiam hic ei conversatio cum Eruditis Florentiae fuit, nec Eruditorum fere ullus e Germania potissimum transiit, qui non eum inviseret, et litterarium commercium cum eo ordiretur.

Cum anno 1780. Leopoldus Viennam concederet, Josephi defuncti Imperium suscepturus, Sigismundum quoque secum recepit, quem cum aliquamdiu vitam privatam studiis ac praesertim Historiae Lotharingiae scribendae immersus egisset, anno 1792. pro officiis sibi tam singularibus praestitis Episcopatu Tergestino praemiatus est. At jam triennio non elapso Franciscus Imperator perdilectum Institutorem suum primum ad Sedem Episcopalem San-Hyppolitanam in Austria, et hinc 1803. ad Sedem metropolitanam Viennensem transtulit. Die ipsa ingressus sui a S. Pontifice per Nuntium suum Pallio decoratus est et utut dignitates omnes fugeret, Princeps Imperii, Magnus Hungariae, Praeses Commissionis aulicae scholarum germanicarum et 1808. neo-erecti Ordinis Leopoldini Praelatus et magnus Crucifer nominatus est. Nullus baptismus susceptus, nullum connubium in Familia Caesarea initum est, in quo ipse S. Officio non perfungeretur; postremo Archiducem Rudolphum, jam Cardinalem, Archiepiscopum Olomucensem consecravit. Prima ejus cura episcopalis ed ucatio juvenis Cleri fuit, cujus examinibus semper interfuit, ordinandum sacris exhortationibus praeparavit, et dotationem Alumnatus non mediocriter auxit. In visitanda dioecesi assiduus fuit, nullum laborem veritus, adeo ut pauperes etiam et infirmos in suis tuguriis verbo et eleemosyna solaretur, idque quamdiu vires suppeterent, in decrepitam usque senectutem continuavit; ut et negotiis omnibus dioecesanis etiam minimis ad id usque tempus fere solus perfunctus est. Characterem ejus quod attinet, illibata fides et fervida Ecclesiae Catholicae ejusque Capiti adhaesio, pietas summa in Deum et Caelites et inter hos praecipue in B. V. Mariam et S. Aloysium, justitiae tenacitas cum mansuetudine juncta, tenera in Principem totamque ejus domum adfectio, ita ut omnis pompae, otii et omnis profanae recreationis fuga, adeo ut nec dominia ruralia unquam refocillandi animi causa accederet, sed deambulatio, vel vespertina cum viris quibusdam probis conversatio omnis ejus recreatio esset, mensa frugalis et hinc rerum omnium suarum in pauperes tanta profusio, ut vix quidquam relinqueret, aequabilis in omni fortuna animus, quem potissimum in iterato incursu hostili exhibuit, simplex denique, uniformis et religiosa vivendi ratio, cui a juventute assuetus erat, non fucatam Episcopi consummati et viri vere apostolici normam praebent vivamque imaginem. Denique cum vitam hanc in annum nonagesimum primum protraxisset, et ultimo adhuc mense visitationem ruralem subiisset, Ecclesiam in suburbio consecrasset et in Festo jubilaeo PP. Piaristarum Sacrum solemne dixisset, viresque in plures adhuc annos suppetere viderentur, ex infelici lapsu, qui 21. Junii noctu contigit, accedente gangraena summos inter dolores patientissime toleratos susceptis maxima cum pietate omnibus morientium Sacramentis, summo Cleri et omnium Ordinum totius Archidioecesis dolore, piissime obiit 30. Junii 1820. Paulo ante mortem illius Jesuitae ex Russia pulsi et Italiam petentes transeundo per Austriam Viennam pervenerunt. Senex Archipraesul, qui usque ad vitae finem sincero affectu et tenero amore erga Societatem afficiebatur, illos peramanter amplexus est, plures eorum hospitio excepit, quotidie aliquos ad mensam vocavit et magno animi gaudio de rebus antiquae Societatis colloquebatur; immo et moriens voluit, ut Patres, qui tunc temporis in illius Palatio morabantur, quorum unus P. Vincentius Buczynski fuit, illi morienti assisterent. Funus ejus omni dignitati ejus competente celebritate elatum, cor-

Digitized by Google

pusque in Ecclesia Metropolitana non procul ab ara S. Crucis conditum est.

Praeter plura ad Clerum et populum typo emissa prostat speciatim:

Epistola perelegans valedictoria ad Tergestinos.

Epistola ad Clerum saecularem et regularem dioecesis San-Hyppolitanae.

Epistola ad Clerum saecularem et regularem Archidioecesis Viennensis 1803.

Sunt ejus Inscriptiones IV. perelegantes stilo lapidari in Exequiis Leopoldo II. Augusto Tergesti habitis.

Homilia italica, dum Franciscus I. Augustus post mortem Patris regimen Terrarum haereditariarum adgrederetur. Tergesti 1792.

(Nova Viennensia 1820. num. 197. Wittmann.)

HOLLNER Carolus, Germanus, Lincii in Austria 26. Jan. 1667. natus, et aet. 15. Societati adscriptus, absolutis studiis Graecii triennio Rhetor plura elegantia opuscula, ut et postmodum ascetica magno pretio habita, concinnavit. Sed diversis officiis cum laude perfunctus mente demum aberravit, obiitque Schurzii 10. Maji 1724. aet. 57.

Edidit tacito nomine latine:

D. Joannes Nepomucenus laureatus vitae honorisque Patronus, prosa et metro. Graecii Widm. 1699. 8.

Genesis Mariana iconibus illustrata. Graecii Widm. 1701. 8.

Vulgavit praeterea multos libellos pios.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

HOLZEISEN Antonius, Germanus, qui e Provincia Bavarica in Austriacam transiit 1723. et Theologiae Doctor Tyrnaviae per plures annos S. Scripturae et Canonum, Viennae Dogmaticae, Budae demum rursus Canonum Professor, ibidem pie obiit 26. Febr. 1743.

Edidit latine:

Quaesita physica serio-curiosa de variis rerum naturalium experimentis. Dilingae 1710. 4.

Reliquit in Msc. Litanias Lauretanas cum Emblematicis carmine elegiaco,

(Bibl. Prink. Paistner.)

HOLZER Franciscus, Germanus, Viennae Austriae natus, Brunnae Societatem ingressus, et inde 1746. in Provinciam Austriacam translatus, cum in ea diversis muniis perfunctus esset, post decennium in suam rediit, et quamdiu in Austriaca esset,

edidit germanice:

Panegyris ad secundas Primitias Emin. S. R. I. Card. et Episcopi Passaviensis Jos. Dom. e Comitibus de Lamberg. Passavii 1753. fol.

Panegyricus S. Benedicto Garstii in Superiori Austria dictus, et impressus Styrae 1754. Greg. Menhardt fol.

Item S. Stephano. Posonii Royer fol.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

HOLZMAN Joannes Bapt., Germanus, Villaci in Carinthia 29. Junii 1693. natus, et aet. 16. Societati adnumeratus, 4 vota professus et Philosophiae Doctor, Dialecticam Viennae, Logicam Physicam et Metaphysicam Clagenfurti tradidit. Concionatus dein annis 16 Lincii, Soproniii, Jaurini et quamvis nec voce nec lacertis valeret, eloquentiae adhuc flores magis rejiceret, quam nesciret, ea tamen erat audientium animis insita de viri Sanctitate opinio, ut eum et avide audirent et omnia ejus dicta seu coelo profecta acciperent et ex iis mores regerent. Posthaec Jaurini et Clagenfurti annis 15 ministri munus gessit ibique demum pie obiit 13. Dec. 1767. aet. 74.

Edidit:

Compendium Vitae S. Thomae Aquin. Viennae Voigtin 1723. 8.

Conciones quadragesimales seu Doctrina morum spiritualis ex Passione D. N. J. C. deducta. Graecii 1761. 4.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

HOMPECK Antonius, a 1757. Viennae in Societatem receptus, ibidem biennio Mathesim repetiit, ac Ordinem rursus descruit.

Edidit ipso egressus sui anno germanice:

Dissertatio de Repulsione Electrica. Viennae 1765. 8.

HORST Hermanus, Belga, Sylvae Ducis in Brabantia patre Consulari 19. Aug.

Digitized by Google

1600. natus, et adolescens Mechliniae a P. Scribanio in Societatem receptus Philosophiam Lovanii, Theologiam Romae audiit eo profectu, ut cum D. Thoma Aquinate annum agens vicesimum Magister dici et esse potuerit. Translatus in Provinciam Austriacam, Graecii 4 vota professus, Philosophiam et Theologiam, in utraque Facultate Doctor creatus, pluribus annis docuit, ac denique Collegii Rectorem ab anno 1645. triennio egit. Tum Viennam evocatus in hac quoque Academia Theologiam pari doctrinae fama tradidit. Dein Eleonorae primum Ferdinandi II. Caesaris Viduae, tum et Ferdinandi III. Viduae a S. Confessionibus fuit, et utramque ad insignem sanctitatem induxit. Inter haec bis Domus professae Praepositus fuit; ac demum vir cum Deo semper conjunctus, Gloriae ejus et animarum salutis zelo ardens, et primis Societatis viris merito adnumerandus, a nobilitate aeque ac plebe vir sanctus et familiae sacrae sacra gemma dictus, piissime obiit Viennae 27. Mart. 1675. aet. 75.

Edidit latine:

Assertiones Theologicae, methodo Doctoris Angelici, verbis et sensu Doctoris melliflui Theodidacti S. Bernardi conscriptae et publice ipso praeside pro suprema Theologiae laurea disputationi propositae. Viennae 1649. 8.

Tractatus de Jure et Justitia. fol.

Vita et Virtutes Annae Eleonorae Mantuanae Imperatricis Ferdinandi II. Conjugis. Viennae Joan. Jac. Kürner 1656. 8. — italice per Dan. Calo S. J. Viennae 1656. 12.

(Propyl. Bibl. Univ. Graec. Vogel. Bibl Germ. Austr. Gesta et Scripta Prov. Austr. Cat. Bibl. Acad. Vienn. et Franc. Szechen.)

HORVATH Gabriel, Hungarus, natus Jaurini 1669. et aet. 18. Societati insertus, jam 1715. Regens Seminarii Claudiopoli, in diversis patriae suae locis Concionatorem et Operarium egit, et pie obiit Strigonii 14. Jun. 1740. aet. 71.

E latino in hungaricum vertit:

Gabrielis Szerdahely S. J. Collyrium de controversiis fidei. Nagybaniae 1725. 12.

(Bibl. Szechen.)

HORVATH Joannes Bapt., Hungarus, Günzii ad fines Austriae et Styriae 13. Jul. 1732. natus, ac absoluta Tyrnaviae Philosophia Trenchinii aet. 19. in Societatem receptus, post Theologiam Tyrnaviae cum laude defensam tertio probatus et 4 vota professus, Praefectum quadriennio in Convictu Tyrnaviensi egit. Tum Philosophiam biennalem Budae primum, dein in Universitate Tyrnaviensi, et hac Budam translata Physicam hic generalem et particularem ut et Mechanicam ad annum usque 1792. tradidit, quo a Cathedra solutus Abbas V. B. Mariae in Egres creatus est, vir in orbe litterato operibus editis percelebris, et Societatis Scientiarum Goettinganae membrum correspondens. Nec vero in otio suo ad mortem usque, quem Pestini 20. Oct. 1799. aet. 67. piissime oppetiit, otiosus fuit, prout Opera ejus ex Catalogo chronologico ipsius manu confecto descripta exhibent. Sunt vero et quidem latina fere omnia sequentia:

Panegyricus Immaculatae Virgini, D. Ignatio et D. Francisco Xav. Tyrnaviae 1760. 61. et 62. 12.

Anno 1767. Institutiones Logicae et Metaphysicae in usum Auditorum. Tomi II. Tyrnaviae. 8. quae mox annis sequentibus in plurimis Academiis et Lycaeis domi forisque praelectae sunt.

Anno 1770. Physica generalis et particularis. Tomi II. 8. Pariter mox praelecta et Augustae Vindelicorum non multo post una cum Logica et Metaphysica reimpressa.

Anno 1771. Logica et Metaphysica denuo Tyrnaviae edita perpolita et priore melior. Universim serius edita.

Anno 1772. Elementa Matheseos, Arithmeticae et Algebrae. Tyrnaviae. Tomus I.

Anno 1773. Elementa Matheseos. Tomus II. Geometriae et Sectionum conicorum. Tyrnaviae. Logica et Metaphysica rursus edita.

Anno 1774. Physica gen. et part. novis curis elaborata. Tomi II. Tyrnaviae 4. Editio post Tyrnaviensem primam et Augustanam tertia. Agriae etiam Logica et Metaphysica reimpressa.

Anno 1776. Physica novo peculiari studio perpolita. Tyrnaviae. Editio post Agriensem quarta.

Digitized by Google

Anno 1777. Logica et Metaphysica Tyrnaviae rursus edita. Editio universim sexta.

Anno 1778. Translata Budam Universitate faciliora Physicae Elementa in usum Gymnasiorum per Regnum Hungariae et Provincias ei adnexas. Budae sine nomine.

Anno 1780. Augustanis correctiorem Physicam requirentibus: Physica denuo edita Augustae Vindel. cum Praefatione Autorem multum extollente. Logica etiam et Metaphysica identidem reimpressa.

Anno eodem: Dissertatio de Methodo futuram pontis lignei unico arcu constantis firmitatem investigandi; instar Responsi ad quaestionem Universitatis Regiae de tali ponte Danubio prope Posonium figendo. Budae.

Anno eodem: Calculus Orgifae civilis ejusque partium aliquotarum, Calculo Belidoriano facilior commodiorque. Budae.

Anno 1782. 83 et 84. Praelectiones Mechanicae Partibus tribus. I. Statica et Mechanica solidorum. II. Hydrostatica et Hydraulica. III. Aerostatica et Pneumatica. Budae a Soc. Scient. Goetting. Mart. 1785. multum laudatae.

Anno eodem 1782. Metaphysica rursus edita. Prima Editio Budensis.

Anno eodem ad requisitionem Venetorum: Logica et Metaphysica, Physica et Mathesis. Editio pulcherrima et prima Veneta. Tomis II. 8. ad quam autor dicta opuscula diligenter ad limam revocata et aucta transmisit.

Anno 1783. ad primum nuntium, globum aerostaticum in Galliis feliciter in sublime fuisse emissum: Dissertatio cum titulo: Theoria globi aerostatici, ob inflammabilem quo repletur aerem, in aerem in altum evolare soliti. Budae.

Anno eodem: Dissertatio in cautelam eorum, qui Esculenta Poculentaque in vasis metallicis conservare non verentur. Hungarice et in Calendario etiam aliis patriis linguis.

Anno 1784. Epistola sat prolixa ad tuendum Autoris honorem contra Calumniatorem, cujus tamen quia resipuit, famae parcitum voluit et exempla reliqua ipse suppressit. (Erat is Jos. N—z. qui in Opere „Vorrath" inscripto, celeberrimos variarum nationum scriptores audacissime lacessivit.)

Anno 1785. Mechanica bipartita 1782. et 1783. latine edita, in Compendium redacta et ab Adjuncto Autoris Joanne Pasquich germanice reddita. Partes II. Budae. Altissimo jussu revisum 1786. et Geometriae practicae auditoribus pro teutaminibus praescriptum et in Univ. Bud. a Professore Mechanico praelectum.

Anno 1790. Physica gen. et part. ad exigentiam novi studiorum Plani in unum Volumen redacta, a calculis mathematicis ad Mathesim relegatis purgata et vinculis physicis ad id usque tempus detectis completata. Editio I. Budensis et ultimum Autoris ut Professoris opus.

Subsequentia sunt:

Anno 1792. Physicae Editio II. Budensis (prima mox distracta) novis curis perpolita, aucta et priore melior. Et etiam haec intra annum distracta.

Anno 1793. Editio III. melius adhuc elaborata, assumto jam systemate antiphlogistico, eoque diserte explicato et ad captum comprobato.

Anno 1794. Summarium Elementorum Physicae in usum Gymnasiorum etc. (jam 1772. editorum) ad nutum Regiae rei litterariae Deputationis ad modernam Physicam absque omni calculo accomodatum. Budae.

Anno 1795. Logica et Metaphysica denuo edita. Editio I. Budensis.

Anno 1797. Eadem perpolita, aucta et contra Kantianos accommodata. Editio II.

Anno eodem: Declaratio infirmitatis Fundamentorum Operis Kantiani: critica rationis purae. Budae.

Anno 1798. Summarium Elementorum Physicae perpolitum et novis experimentis auctum. Budae.

(Horanyi. De Luca. Goettinger Gel. Ans. Denis B. k. Paintner. Bibl. Stecchen.)

HORVATH Josephus, Claudiopoli Rhetor 1751. in Societatem receptus, audita Cassoviae Philosophia et Theologia, primum humaniores litteras docuit, tum Concionatorem diversis Hungariae locis, ac ultimo Ordinis anno Claudiopoli Missionarium egit.

Digitized by Google

Est ejus:
Prudentia humana de fortuna adtollenda, ex anglico ab Ant. Janoczi latine, ab ipso hungarice reddita. Tyrnaviae 1764.

(Paintner.)

HORVATH Marcus, cujus latine:
Oratio synodalis Sabariae die 2. Augusti 1579. dicta, simul edita Pragae cum Actis ejusdem Synodi.

(Pray in Indice librorum rariorum P. I. p. 125. Schönwianer in Hist. Sabar. Bibini in Memorabilibus Confess. August. in Hungaria.)

HORVATH Michael, Hungarus, Comaromii 29. Sept. 1728. natus aet. 16. Societati nomen dedit et absolutis studiis 4 vota professus ac Philosophiae et Theologiae Doctor Tyrnaviae Ethicam, Mathesim et Philosophiam ex Newtoni principiis explanavit. Tum ab anno 1766. partim Jaurini partim Tyrnaviae Controversias, S. Scripturam et Theologiam Dogmaticam usque ad sublationem Ordinis tradidit, postea Praepositus B. V. Mariae de Graba. Sunt ejus latine:
Panegiricus D. Francisco Xav. dictus. Tyrnaviae 1756. 12.
Oratio de Beatissimae Virginis intemerato Conceptu. Ib. 1757. 4.
Panegyricus in laudem S. Ignatii de Lojola. Ib. 1786. 12.
Historiae Hungariae politicae Specimen.
Belisarius e gallico latine redditus.
Oratio habita Budae occasione eo Universitatis collocatae.
Elogium M. Theresiae Augustae honoribus adornatum in solemni inauguratione Universitatis Budensis.
Theologia Pastoralis. Tomis III.
Chrestomathia temporalis. Tomis II.
Historia litteraria Theologiae pastoralis.
Statistica Regni Hungariae et Provinciarum ei adnexarum. Editio altera auctior et emendatior. Posonii 1805. 8.
Otia poetica. Pars III. Posonii 1805. 8.
Memoriae secretae belli hungarici annis 1737, 38, 39. cum Reflexionibus criticis Comitis de Schmettau, Generalis Caes. Reg. e gallico latinitate donata. In Indicibus ex universis terris Caes. Reg. haereditariis. Viennae 1771. etc.
Introductio ad historiam hungarico-criticopoliticam. Viennae 1770. 8.
Historia arcana belli turcici. Viennae 1776. 8.

(Cabalero. Paintner.)

HORWARTH Joannes Carolus, Germanus, Monachii in Bavaria 1614. natus, et aet. 16. Societati in patria adlectus, Philosophiam Romae excepit, et hinc in Austriam missus, absoluta Theologia, 4 vota professus, Rhetoricam primum, dein Philosophiam et Theologiam, in utraque facultate Doctor creatus, Graecii tradidit, a claritate et soliditate aeque commendatus. Nec minus virtute conspicuus, qui et graviores suarum sententiarum censuras, illatas contumelias et conflictas ab exteris gravissimas calumnias heroico animo tulit; indefessus ubique et in omni officio simul Operarius praesertim infimae plebis, cui in quacunque necessitate adjutor fuit; quare etiam contracta ab aegro ab omnibus derelicto mortifera infirmitate piissime obiit Viennae 14. Jan. 1655. aet. 41.
Edidit latine:
Elucubrationes philosophicae de corpore naturali ejusque passionibus. Graecii 1647. Widm. 12.
Majora ad excolendam Theologiam meditantem mors occupavit.

(Propylaeum Bibl. Univ. Graec. Gesta et Scripta Prov. Austr.)

HUDELIST Sebastianus, 20. Jan. 1712. natus, aet. 16. Styrae in Austria Societatem ingressus, et 4 vota professus, ipsis 21 annis sacrum Praeconem, ac matutinum quidem Styrae, et in Domo professa, festivalem Temesvarini, dominicalem ibidem ac Clagenfurti, Styrae, Passavii, Budae et Cassoviae egit, ac demum Jaurini usque ad abolitionem Ordinis praefectus spiritus fuit.
Extat ejus germanice:
Panegyricus in funere Josephi Dominici S. R. E. et S. R. I. Principis et Episcopi Passaviensis e Comitibus de Lamberg in Templo principe Passaviensi dictus, et ibid. impressus. Mangold 1761. fol.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

HUEBER Georgius, Germanus, Muraeponti in Styria 1675. natus, aet. 16. ad

Digitized by Google

Societatem accessit, absolutisque studiis Budae, Viennae, Posonii, Lincii, Graecii, Labaci, Cremsii Concionator ob varietatem, copiam et gravitatem ab omnibus suspectus, Judemburgi Rector, Millestadii Superior, Neostadii demum pie obiit 26. Maji 1740. aet. 65.

Edidit germanice:

Panegyris dicta B. V. Mariae in Cellis Marianis cultae, cum Civitas Graecensis supplicatione solemni annuum votum suum persolveret. Graecii Widm. 1716. 4.

Eucharisticon de Nato Archiduce Leopoldo Carolo VI. Imp. et Christinae Elisabethae filio, cum solemnes Deo gratiae Graecii ab inclyta Provincia Styriae agerentur. ib. 1716. fol.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

HUEBER Michael, Germanus, Tyrolensis Inclicensis 29. Sept. 1748. natus et aet. 19. in Provinciam Austriacam receptus, audita Viennae Philosophia, et paulo post soluto Ordine Presbyter factus, vertit ex italico in germanicam:

Poematia duo Abb. Petri Metastasio: Mors Abelis et Redemtoris. Viennae 1787. 8.

(Wittmann.)

HUGO Joannes, cujus latine:

Primitiae Poesis Tyrocinio honori Philosophiae datae. Graecii 1660. 12.

(Wittmann.)

HUNYADI Georgius, 29. Jun. 1693. praeclaro genere natus et aet. 18. Societatem ingressus, et 4 vota professus, cum humaniores classes pluribus annis docuisset, pluribus item sacri Oratoris et Missionarii munere functus esset, Collegium Unguarinense rexisset, variis morbis adfectus Trenchinii 19 annis haesit, ibidemque pie obiit 1770. aet. 78.

Edidit latine:

Orator novellus edito anni poetico specimine ad eloquentiam sese comparans. Carmine et prosa. Claudiopoli 1726. 12.

(Paintner.)

HUTTNER Joannes Bapt., Germanus, Viennae Austriae natus, et 1734. in Societatem receptus, absolutis studiis, Concionator pluribus in locis in annum septimum, quamdin in Societate perstitit, edidit:

Hermanni Hugonis primae sex Elegiae in versum germanicum eleganter traductae. Budae Leop. Lauderer 1753. 4.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

ILLEI Joannes, Hungarus Comaromiensis, Ginsii Rhetor 1744. in Societatem Trenchinii receptus, et 4 vota 1761. professus, cum diversas Philosophiae et Theologiae partes diversis in locis docuisset, Claudiopoli ultimo septennio Regens Seminarii, soluto Ordine obiit Comaromii 23. Jan. 1794.

Scripsit latine:

Panegyricus D. Ignatio. Ibd. 1756. 12.

Titus. Mauritius. Salomon. Partolomaeus. Cyrus. Comoediae. Cassoviae 1767.

Ludi tragici in Academia Budensi nuper exhibiti (I. David poenitens. II. Absalon in patrem perduellis. III. Lessus seu David lugens Absalonem) nunc restituto postliminio latinae linguae cultu patriae juventuti oblati. Comaromii 1791. 8.

In Hungaricum vertit:

Boetius de Consolatione Philosophiae. Kastan 1773. 4.

Jac. Vanierii S. J. Praedium rusticum. Cassoviae 1794. 8.

Vindiciae Mariani Conceptus. Tyrnaviae 1755. 4.

Bibliotheca hungarica coepta a Jo. Molnar Tomis VII. 1783. et continuata ad XXII. Posonii Canderet. Pestini Trattner. 1804. 8.

(Bibl. Szechen. Mensel. Paintner.)

ILLIA Andreas 1710. in Societatem admissus, et 4 vota professus, Zagrabiae ac Claudiopoli Philosophiam et Casus docuit;

Digitized by Google

tum Posegae ac Zagrabiae Rector, Varadini Regens Seminarii, Minister, et Congregationis Marianae praeses pie obiit 5. Aug. 1754.

Edidit latine:

Ortus et progressus variarum in Dacia gentium et religionum cum Principibus ejusdem usque ad annum 1722. Claudiopoli 1730. 8. Recusus ib. 1764. 8.

E latino in hungaricum vertit:

Balthassaris Meissneri Meditationes duae in Nativitatem Christi. 1739. 8.

(Horanyi. Benkö. Bibl. Szechen.)

IMRICKOVICS Georgius, Hungarus, Tyrnaviae 8. Sept. 1696. natus, aet. 17. Societati se dicavit, et 4 vota professus, totus animarum zelo ardens Missione Indica frustra quaesita, Concionatorem primum Slavonicum Schemnizii biennio, dein Missionarium quinquennio vagum in Hungaria, tum quadriennio castrensem apud legionem Palfianam maximo animarum fructu egit. Biennio dein Solnae Operarius, tum Budae in Residentia Aquatica Superior, Ginsii Vicerector, Trenchinii sexennio Rector et Magister Novitiorum, Socius Provinciae Praesidis triennio, Rector Collegii Pazmaniani juvenum Hungariae Clericorum sexennio, Praepositus Domus professae triennio, Ginsii Rector altero triennio, demum Superior Residentiae Solnensis meritorum plenus obiit 29. Nov. 1771. aet. 75.

Edidit latine:

Musae peregrinae, carmine vario. Cassoviae typ. Acad. 1722. 12.

Comitia Sapientiae. Cassoviae 1723. 12.

Laudatio panegyrica Divo Ivoni.

Mariae Matris et Virginis primi Conceptus momenti innocentia vindicata. Oratio. Tyrnaviae 1725. 4.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Poistorr.)

INAMA Franciscus, Germanus, Viennae Austriae 4. Maji 1719. natus et aet. 17. in Societatem receptus, et absoluta Graecii Theologia 1749. mox in Americam profectus, Missionarius in Regno Mexicano et quidem in insula California usque ad annum 1770. quo in Provinciam suam reversus, Missionarius in Austria superiori, sublato Ordine pie obiit.

Est ejus:

Epistola ad Sororem suam Carmelitanam Coloniae ad Rhenum ex Missione S. Josephi 14. Oct. 1755. qua iter suum, statum naturalem et politicum Californiae, crudelitatem Pimorum et elogium Patrum Honschak et Gasteiger refert. — Germanice in Stöcklein P. XXXVIII. n. 759.

INAMA Josephus, Germanus, Francisci frater, Viennae 29. Jan. 1775. natus 1740. Societatem ingressus, in eaque 4 vota professus, ab anno 1757. ad sublationem usque Ordinis Concionatorem Clagenfurti, Cremsii, Lincii ac Passavii egit, ibidemque sublato Ordine in hoc munere diu perseverans, pie obiit 1801. aet. 77.

Edidit Magister Poesim docens:

Narratio historico-poetica Thaumaturgae Imaginis vulgo Mariae Consolatricis prope Styriae metropolim. Graecii Widm. 1750. 8. lat.

Panegyris funebris Emin. S. R. E. Cardinalis et Episcopi Passav. Leopoldi e Comitibus de Firmian. Passavii 1783. fol. germ.

INSPRUGGER Sebastianus, Germanus, Viennae Austriae 26. Dec. 1692. natus, et aet. 16. Societati adnumeratus, 4 vota professus et Philosophiae Doctor, Viennae primo Ethicam, tum Philosophiam Lincii biennio, ac Viennae triennio docuit. Socius dein Magistri Novitiorum in Domo Annaea, Minister ac Bibliothecarius obiit ibidem 12. Sept. 1735. aet. 43. vir usquequaque religiosus.

Edidit latine:

Austria mappis geographicis distincta, rerumque memorabilium historia, Dominiorum, Ordinum, Statuum relatione, exactoque locorum omnium indice illustrata. Partes II. Viennae Voigtin 1727. et 1728. 8. cum mappis.

Paravit typo Vitam Ven. P. Andreae Bobola, S. J. in Polonia ab heterodoxis pro Fide martyrio adfecti, cujus beatificandi spes tunc effulgebat.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

IONSTONUS Guilielmus, Scotus Newiensis, natus 1572. et Lugduni aet. 16.

Digitized by Google

in Societatem adlectus, Philosophiae ac Theologiae studia Romae, Dolae et Lovanii absolvit, et praeter linguam latinam, graecam, hebraicam, gallicae, italicae, anglicae gnarus, Missione in Scotiam frustra petita, in Provinciam Austriacam missus, Graecii, ubi professionem 4 votorum emisit, et in utraque facultate Doctoris gradu insignitus est, Philosophiam et Scripturam S. exposuit, et Serenissimos Archiduces Leopoldum et Carolum posthumum, Universitatis hujus Fundatoris filios sacris infulis destinatos, theologicis disciplinis imbuit, ibidemque cum magna virtutis opinione decessit 19. Dec. 1609. aet. 37.

Edidit:

Historia Sleidani, extersa haeresi in Epitomen redacta. Teste Thoma Demstero in Apparatu ad Historiam Scoticam.

Theologia Moralis ad Instructionem Leopoldi, Caroli Styriaci filii, Episcopi Passav.

Reliquit praelo aptum Commentarium in Isaiam, servatum Graecii.

(Sotvell. Jöcher. Propyl.)

IPACH Franciscus Xav., Transylvanus Edelenyensis, 22. Oct. 1722. natus, et aet. 20. Societatem amplexus, 4 vota professus, Claudiopoli Philosophiam et Controversias docuit.

Edidit latine:

Thalia legitima, sive de tempore, loco et personis religiose convivium instituentibus. Carmen elegiacum. Claudiopoli 1752. 12.

(Paintner.)

IVANICH (Ivanits) Georgius, Cassoviae pluribus annis Rhetoricam docuit, Budae Seminarium rexit, et Slavis operam spiritualem diutius impendit, obiitque Budae 1723. Edidit latine sex libellos graduales, quos inter:

Septem allocutiones militares Belliducum. Cassoviae 1694. 12.

Virgo Deipara ex praevisis Christi meritis ab originali labe praeservata. Ibd. 1696.

Pentas quaestionum curiosarum problematicarum. Leutschoviae 1697. 8.

(Paintner.)

IVANSICS Joannes, Hungarus, Comaromii 25. Nov. 1722. natus, et aet. 18. Societatem ingressus, 4 vota professus, Philosophiae et Theologiae Doctor, a prima pueritia promti acutique ingenii specimina dedit, absolutisque eximia cum laude studiis tertio probatus, Comaromii primum anno uno Concionator festivalis, tum Tyrnaviae Cursum triennalem philosophicum bis persolvit, ac anno uno Historiam sacram ac profanam praelegit. Subin Viennae anno pariter uno in Collegio Pazmaniano Clericorum Hungarorum Theologiae studentium Praefectus spiritus, tum in Universitate Vindobonensi novennio Theologiae dogmaticae Professor; postremis vero tribus Societatis annis Tyrnaviae Praefectus generalis studiorum ac sublato Ordine Abbas infulatus SS. Trinitatis in Siklos et Ecclesiae Metropolitanae Strigoniensis Canonicus pie obiit.

Edidit latine:

Prosopopeiae ex SS. Litteris desumtae. Cassoviae typ. Acad. 1747. 8. Carm. eleg.

Elementa Opticae. Carmen didacticum epicum. Tyrnaviae typ. Acad. 1750. 8.

Oratio de SSmae Virginis intaminato Conceptu. Tyrnaviae 1752. 4.

Panegyricus D. Ignatio dictus. Tyrnaviae 1753. 12.

Universae Matheseos brevis Institutio theoretico-practica ex Operibus Patrum S. J. collecta. Pars I. complectens Arithmeticam, Geometriam, Trigonometriam, Mechanicam, Staticam, Hydrostaticam, Aerometicam. Tyrnaviae 1752. 8. — Pars II. complectens Opticam, Catoptricam, Dioptricam. Astronomiam — ib. 1753. Pars III. complectens Architectonicam civilem et militarem Algebram et Horologiam ib.

Philosophiae Pars I. seu Institutiones Logicae et Metaphysicae. — Pars II. Institutiones physicae. Tyrnaviae 1757. 1758, 59. 8. et Pars I. denuo impressa. 1763. 4.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Horanyi. Paintner.)

IVUL Gabriel, Transylvanus, in Karansebes 1625. natus Societati Cassoviae adscriptus, Graecique altioribus disciplinis instructus, 4 vota professus et Philosophiae et Theologiae Doctor illam Cassoviae et

Digitized by Google

Viennae sexennio, Theologiae partes omnes 20 annis docuit, et Cancellarii munus 12 annis, vir magnae eruditionis et animi ad quaeque magna nati et ob excellentem doctrinam ac virtutem pluribus Episcopis ipsique Rakotzio charus, pie obiit Cassoviae 18. Apr. 1678.

Edidit latine:

Poesis lyrica. Viennae 1655. 12.

Philosophia novella. Viennae 1655. 8.

Philosophia novella, in Episcopali Academia Cassoviensi ipso praeside a Jo. Jos. Barzozi propugnata. Cassoviae 1661. 8. et iterum Zagrabiae 1663. 8.

Relatio historica Colloquii Cassoviensis de Indice Controversiarum Fidei, praeside Gabr. Ivul S. J., respondente Stephano Renyes Varasdinensi ante studioso Calviniano habiti cum Elia Radivero Rect. Bartf. et Isaaco Zabanio Conrect. Eperies an. 1666; in judicium Lutheri et Pontificis a Confessore veritatis exhibita. 1679. s. l. 4.

Lapis lydius seu praecipuae Fidei contro versiae.

(Propylaeum Bibl. Un. Graec. Gesta et Scripta Prov. Austr. Bibl. Windhag. et Saechen. Paintner.)

IZZO Josephus, Hungarus, Cassoviae ab italicis parentibus 29. Aug. 1721. natus, et Belgradi aet. 15. in Societatem receptus, absolutis studiis tertio probatus, ac 4 vota professus, Comaromii anno uno Missionarium et Concionatorem festivalem italicum in novo Castro altero Temesvarini Catechistam in Templo et scholis trivialibus egit. Ab anno vero 1754. continuo usque ad abolitionem Ordinis in Collegio Nobilium Theresiano Viennae Praefectus, Professor linguae italicae ac Architecturae civilis et militaris, et ultimis duobus Minister domus fuit, in eoque munere cum titulo Vicedirectoris etiamnum perstitit, dum a Josepho II. Abbas infulatus Tisibotti et Director Convictus juvenis Nobilitatis Hungaricae Budae crearetur. Abolito autem ab ipsomet et hoc Convictu Viennam rediit, ibidemque pie obiit 5. Dec. 1793. aet. 72.

Edidit latine:

Elementa Architecturae Civilis et militaris in usum Nobilium Coll. Reg. Theres. conscripta, Partes II. Viennae 1764. et 1765. ib. 1777. 8. — gallice per P. Bossicart S. J. Viennae Kurzbeck 1772. 8. — germanice per Fr. X. Riedl S. J. Viennae Kurzbeck 1773. 8. et iterum 1777. et 1786. 8. Rursus 1796. per Scholam normalem.

Tractatus de Pyrotechnia Balistica. Viennae 1766. 8.

Elementa Geographiae. Viennae Kurzbeck 1769. 8.

(Xenzel. Heinsius.)

JAIUS Claudius, (Le Jay) Annecii in Sabaudia natus, inter primos decem S. Ignatii Socios Societatem 1535. ingressus, vir doctrina, pietate et suavitate morum conspicuus, cum multa pro gloria Dei et animarum salute praeclare in Italia egisset anno 1542. a S. Patre in Germaniam missus, Collegii Viennensis atque adeo caeterorum fere omnium quasi parens et alter conditor dici potest. Ac primo quidem Pauli III. S. Pont. jussu Ratisbonam se contulit, ubi biennio inter plurima pericula et molestias innumeras versatus, ac demum civitate excedere coactus, Ingolstadii, quo accitus, Eckii defuncti cathedram sustinere compulsus est. Anno vero 1551. Viennam translatus, novi Collegii Rector, simul sacras in Academia scientias docuit, et Epistolam D. Pauli ad Romanos tanto applausu exposuit, ut ingens ad eum concursus fieret, et doctissimi viri, ipsique Sacrorum Antistites ab ejus ore penderent. At anno altero primus e Decemviris 8. Aug. ad Superos avocatus est, tanta apud omnes doctrinae et sanctitatis fama relicta, ut Ferdinandus ipse, qui ei Episcopatum Tergestinum incassum obtulit, Proceres plurimi et Academici omnes funeri ejus adessent. Condi-

Digitized by Google

tus est apud RR. PP. Franciscanos in Templo D. Nicolai, Canisio laudes ejus ad nobilissimam concionem celebrante. Vulgo angelus pacis, pater patronusque credentium, legatus a Christo Germaniae magister dictus. Plura Patrignani.

Editum est opusculum, quod reliquit, sub titulo: Speculum Praesulis ex S. Scripturae, Canonum et Doctorum verbis ad Card. Truchsesium Episcopum Augustanum. Ingolstadii 1615. 4.

Inchoavit etiam Theologiae Summam, quam morte praereptus absolvere non potuit, typis alioquin Ferdinandi I. voluntate edendam.

(Sotvell. Jöcher. Feller. Gesta et Scripta Prov. Austr.)

JABROCZKI Adamus, Transylvanus, Claudiopoli 1739. in Societatem admissus, absolutis studiis e tertia probatione Missiones vagas in Daciam suscepit, at altero mense lue a peste inflatis attracta pluribus jam conversis, praepropera morte exstinctus est 29. Aug. 1756.

Edidit carmine latino:

Inferiae herois manibus Excell. D. Othonis Ferdinandi S. R. I. Com. de Traun et Abensberg, Aurei Velleris Equitis, Generalis Campi Mareschalli et Transylvaniae Supremi militiae Praefecti. Claudiopoli. typ. Acad. 1748. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

JABROTZKI Paulus, Nagyidae 15. Jan. 1720. natus, et aet. 20. in Societatem receptus ac 4 vota professus, humaniores primum litteras, tum linguam S. Cassoviae, Philosophiam Budae et Tyrnaviae, ibidem et Jaurini Controversias et Jus Pontificium tradidit et ab anno 1766. usque ad sublatum Ordinem superior Patakini.

Cujus latine:

Vindiciae illibati Conceptus Mariani. Tyrnaviae 1748. 4.

(Paintner.)

JACOBS Petrus, Belga, Diesthemii in Brabantia 16. Martii 1781. natus, aet. 22. Petropoli in Russia Societatem ingressus est; scilicet cum in sua Patria occasione Revolutionis Gallicae immanis persecutio saeviret contra Sacerdotes, ipse ut vocationis suae compos fieret, Londinum petiit, ubi certior factus, Jesuitas in Russia eousque subsistere, Londino per Sueciam iter instituit Petropolim, ibique ab A. R. P. Gabriele Gruber Praeposito Generali in Societatem admissus est. Tum Polociam in Alba Russia missus, ibi Noviciatum peregit atque Studia philosophica et theologica cum laude absolvit. Sacerdotio initiatus et 4 vota professus missus est in Missiones asiaticas, ubi ultra 11 annis tum in Coloniis Saratowiensibus Germanorum ad ripam Volgae tum Astrachanii strenuum egit Missionarium. Cum vero anno 1820. Societas Jesu ex Imperio Russiaco exulare cogeretur, ipse in Galiciam Austriacam venit, ubi Franciscus I. felicis Memoriae Austriae Imperator pro fide Religionis exules gratiosissime suscepit eisque Lycaeum Tarnopolitanum confidit, ibique per 8 annos Professorem Philosophiae Religionis egit. Dein per 10 annos in Noviciatu graecensi in Styria fuit Minister et vicemagister Novitiorum, per octo vero annos Rector in Convictu et Collegio Oenipontano et Lincensi. Post dispersionem Societatis an. 1848. semper haesit Oeniponte donec qua Spiritualis in Bohemiam et serius Posonium in Hungariam missus fuerit.

Extat ejus cura germanice:

Meditatio de SS. Corde Jesu. Graecii Sirolla 1839. 8.

S. Angelus Custos, dux ad coelum. Libellus precatorius. Graecii. Jos. Sirolla. 1838. et 1846. 8.

Via ad Coelum. Libellus precatorius. Oeniponte Fel. Rauch 1842. 8. duodecies recusus.

JAGERHUBER Ignatius, Germanus, Thürnsteinio in Austria 23. Martii 1714. natus, aet. 15. Societatem adiit, et absolutis studiis Poesim primum et Rhetoricam Viennae in Collegio Academico docuit; tum 4 vota professus, ac subin Philosophiae ac Theologiae laurea ornatus, triennalem primo Philosophiae cursum Graecii, tum Clagenfurti ac Labaci casus, dein Graecii Controversias, Canones, S. Scripturam, ac demum quadriennio Theologiam dogmaticam tradidit. Hinc Lincinm missus Prae-

Digitized by Google

fectus primum altiorum scholarum dein Collegii nordici Regens, demum Judenburgi in tertium annum Rector et Instructor Patrum Tertiae probationis pie obiit 24. Oct. 1765. aet. 51.

Edidit latine:

Tempe Regia Mariae Theresiae Augustae (vulgo Schönbrun) carmine adumbrata. Viennae Kaliwoda 1744. 12.

Exercitationes theatrales tres a Rhetorica Viennensi pronuntiatae de nato Carolo Archiduce, Ludovico Pio Caroli M. Filio, et Lothario poenitente. Viennae ib. 1745. 8.

Dissertatio de ultimo fine hominis seu de Beatitudine. Graecii Widmanstad. 1757. 4.

Dissertationes Theologicae de Sacramentis Poenitentiae, Extremae Unctionis, Ordinis et Matrimonii. ibid. 1759. 4.

E gallico in Graecum traduxit P. Bouhours Cogitationes christianae in singulos dies mensis. Graecii Widm. 1753. 12.

Recudi curavit Pauli Casatti S. J. Dissertationem physicam de ignibus aeris — item de anima brutorum. Graecii 1747. et 1748. 12.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Wittmann.)

JAKAB Andreas, Hungarus, anno 1759. Sopronii Rhetor in tyrocinium Trenchinii admissus, absolutis studiis tertio est probatus, cum solveretur Ordo.

Vertit a germanico in hungaricum:

Joan. Nep. Tschupick S. J. Concionum Pars una. Claudiopoli 1790. 8.

(Bibl. Sarchen.)

JAMBREHOVICS Franciscus, Croata Vinnicae 26. Martii 1631. natus, et aet. 21. Societati adscriptus, 4 vota professus, Philosophiam primum tum Theologiam morum Zagrabiae docuit; tum Concionator, Praeses Congregationis, Seminarii Regens, Minister, et 12 annis Laureti Illyrorum Poenitentiarius, Collegii Zagrabiensis Rector, vir in omni vita divinae Gloriae et animorum salutis zelosissimus, et pietatis singularis, a quo animae piacularibus flammis addictae non semel auxilium petiere, pie demum obiit Varasdini 20. Julii 1703. aet. 72.

Edidit latine:

Philosophia Peripatetica Zagrabiae propugnata a D. Stephano Ratzki et dedicata Nicolao Dianesevich, Praeposito Zagrab. (cujus impensis 1662. Philosophicum studium in Gymnasio Zagrab. introductum). Impressa Viennae. Kürner. 1669.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

JAMBRESSICH Andreas, Croata Zagoriensis, 20. Sept. 1706. natus, et a 1725. in Societatem susceptus, Zagrabiae Philosophiam primum triennalem, tum Casus et Canones, hos item Tyrnaviae, ac Zagrabiae rursus Theologiam dogmaticam tradidit. Varasdini dein Seminarium rexit, ac demum Posegae Minister pie obiit 13. Martii 1758. aet. 52.

Edidit:

Syllabus vocabulorum Grammaticae Em. Alvarez in Illyricam seu Croatis et Slavonibus vernaculam conversorum. Zagrabiae 1726. 8.

Manuductio ad Croaticam orthographiam. Zagrabiae 1732. 8.

Index vocum croaticarum et germanicarum cum brevi introductione ad linguam croaticam Zagrabiae. 1738. 8.

Lexicon Latinum, interpretatione illyrica, germanica et hungarica locuples. Praemittitur Orthographia seu recta croatice scribendi ratio. Zagrabiae 1742. 4. Coeptum hoc opus ab Franc. Sussich. S. J.

Municipale Croatiae Jus, commentario illustratum. Zagrabiae.

(Horanyi. Denis B. K. Bibl. Sarchen. Paintner.)

JAMBRESSICH Georgius, Croata, Murakoszae in provincia Szaladiensi 16. Apr. 1705. natus; vix Sacerdos factus et tertio probatus, plurium linguarum guarus, Missionarium zelosum per Hungariam, Croatiam, Carnioliam et Styriam egit, quas provincias omnes sudore suo apostolico rigavit, salute pluribus hominum millibus parta. B. V. Mariae tenerrimus cultor, huic omnia, praecipue quod tot dictionibus sacris vel componendis sufficeret, in acceptis tulit. Sodalitatem de Agonia Christi per omnem Croatiam propagavit. Tantis laboribus brevi consumtus, accedentibus mor-

Digitized by Google

bis, meritorum plenus obiit Zagrabiae 27. Jun. 1744. aet. 39.

Edidit Cantilenas varias lingua patria, ut et Conciones.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

JANESICH Ignatius, Croata, Zagrabiae Octobri 1676. natus et aet. 16. Societati adnumeratus absolutis studiis 23 annis insigni animarum fructu in muneribus sacris versatus Varasdini, Essekini, Zagrabiae, Possegae concionatus, rudi plebeculae singulariter addictus, ultima adhuc vitae die ad populum de aeterna beatitudine dixit, praesagus veluti mortis suae et vesperi sub litaniis paralysi correptus vix S. absolutione percepta piissime obiit Possegae 22. Febr. 1728. aet. 52.

Reliquit dictionum sacrarum Volumen justum typo dignissimum.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

JANOSSI Nicolaus, Hungarus, 28. Julii 1701. natus et Claudiopoli aet. 17. in Societatem receptus 4 vota professus et Philosophiae Doctor eandem Claudiopoli quinquennio docuit. Triennio dein Ven. Transylvaniae Valachorum Antistitis consultor et curarum adjutor, innumeris exhaustus molestiis post triennium morbo oppressus pie decessit Carolinae 19. Martii 1741. aet. 40.

Edidit latine:

Natales liberae regiaeque Civitatis Tyrnaviensis. Carmen. Tyrnaviae typ. Acad. 1727. 12.

Doctrinae Ecclesiae primorum quinque saeculorum. Claudiopoli. 1737. 12.

Trigonometria plana et sphaerica cum selectis ex Geometria et Astronomia Problematibus, Sinuum canonibus, et propositionibus ex Euclide magis necessariis. Claudiopoli. 1737. 8.c. fig.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Benkö. Adelung. Bibl. Sacebes.)

JARANYI Antonius, Hungarus, Quinque-Ecclesiis 7. Nov. 1726. natus aet. 18. in Societatem admissus, Mathesim Tyrnaviae, Cursum philosophicum Budae et Claudiopoli ac hic demum 8. Scripturam tradidit et abolito Ordine pie obiit Quinque-Ecclesiis 1797. aet. 71.

Cujus latine:

Oratio panegyrica D. Ivoni dicta. Tyrnaviae 1759. 4.

(Paintner.)

JASZBERENYI Thomas, Hungarus, Gyöngyösini 1597. natus Philosophiae Doctor Societatem adiit Graecii 1624. Philosophiam et Theologiam moralem docuit, concionatus est hungarice annis 12, rexit plura domicilia minora et Collegium Ungurinense quod ipse Homanna translatum erexit, pieque obiit Posonii 18. Maji 1658. aet. 65.

Vertit in hungaricum:

Joannis Nadasi Mater agonizantium. Tyrnaviae 1658. 12.

(Paintner.)

JASZLINSZKI Andreas, Hungarus, Szimnae infra Cassoviam 1. Sept. 1715. natus, aet. 18. Societatem ingressus, et absolutis eximia cum laude studiis tertio probatus, Varasdini anno uno Concionatorem et Operarium egit. Tum 4 vota professus et Philosophiae ac Theologiae Doctor creatus, Tyrnaviae Ethicam biennio, Viennae Dialecticam anno uno docuit, Praefectus simul spiritus Cleri Hungarici in Collegio Pazmaniano. Tum Tyrnaviae Philosophiam omnem quadriennio, Historiam sacram et profanam, Scripturam S. ac denique sexennio Theologiam dogmaticam praelegit. Rector subin et Magister Novitiorum Trenchinii, Socius Provinciae Praesidis, et ab anno 1771. Rector Collegii Tyrnaviensis, sublato Ordine Canonicus Rosnaviensis, vir ut eruditione ita pietate eximius obiit.

Edidit latine:

Oratio de Virginis Deiparae sine macula Conceptu. Tyrnaviae 1744. 4.

Institutiones Logicae et Metaphysicae. Tomi II. Tyrnaviae typ. Acad. 1754. 55. 56. et 61. 4. Viennae Trattner 1756. 8. et 1764. 4.

Institutiones Physicae generalis et particularis. Tomi II. Tyrnaviae 1757. 58. et 61. 8.

Tractatus de Angelis, Beatitudine et Actibus humanis. Tyrnaviae 1769. 4.

(Gesta et Script Prov. Austr. Hornyi. De Luca. Paintner.)

Digitized by Google

JAURINENSE COLLEGIUM a Ven. D. Georgio Szecseni, primum Wesprimiensi dein Jaurinensi, ac demum Summo Strigoniensi Praesule 1654. fundatum,

cujus latine:

Sacra Solemnia Divis Aloysio et Stanislao in numerum Sanctorum relatis per emblemata exhibita. Jaurini Streibig 1728.4.

(Gesta ac Scripta Prov. Austr.)

JAUS Ignatius, Germanus, Viennae Austriae 11. Martii 1699. natus et aet. 19. Societati adcensitus, 4 vota professus et Philosophiae Doctor, ob debilem valetudinem linguam graecam ac sacram tum domesticos tum exteros Viennae, Leobii ac Graecii docuit, ubi patientiae continuum exemplar pie obiit 2. Oct. 1739. aet. 40.

Edidit tabulas graecas pro facilitate discentium hanc linguam.

Vertit in latinum P. Chappuis Meditationum Partem II. Viennae 1727. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

JELLENTSCHITZ Fridericus, Germanus, Labaci in Carniolia 30. Oct. 1632. natus, et an. 1648. in Societatem receptus, emissa 1665. professione, Concionator insignis annis ipsis 31 Graecii, Viennae in Collegio et Domo professa, et 11 annis in Ecclesia metropolitana ad S. Stephani, tempore pestis et obsidionis Viennensis populum, nec territus, ubi sub concione ad pilam Cathedrae globus tormentarius cecidit, e cathedra plurimum consolatus; vir simul sanctitate non minus conspicuus, qui Francisco Peikardt puero quinquenni praedixit, fore eum aliquando suum in Cathedra successorem; obiit Viennae 27. Aug. 1690. qua eadem hora Deus Sacerdoti cuidam e Societate Gloriam ejus magnam in Coelo ostendit; ipse vero, ni idem factum, Madriti in Hispania Sacerdoti e S. J. statim a morte sua comparuit, seque Coelo jam receptum esse testatus est. Elogium hoc Viennae in domo Curatorum S. Stephani, ubi omnes e Societate Concionatores metropolitani in effigie adservantur, effigiei P. Jellentschitz subscriptum legi potest.

Opera ejus latina sunt:

Triumphus Rosarum Comitis Wolfgangi a Rosenberg. Viennae 1656. fol.

Firmamentum Regnorum. Funebris Ferdinando III. Rom. Imp. dictus 1657. fol.

Lyrica de S. Ignatio. 1657.

Triumphus panegyricus de contrito serpente sine labe conceptae Virgini Matri erectus. 1658. Viennae ad S. Stephani dictus.

Germanice:

Mulier fortis slavonica D. Juditha Eleonora Comes a Forgatsch nupta Comiti a Tattenbach. Sermo dictus Gonowicii 11. Dec. 1662. et impressus. Graecii 4.

Cultus novendialis S. Francisci Xaverii. 1662.

Thaumaturgus Indicus S. Franciscus Xaver. Panegyris. 1666.

Lumen extinctum in firmamento coeli Viennensis, Wildericus a Wildendorf S. R. I. Princeps et Episcopus Viennensis. Funebris. Viennae 1680. fol.

Concio funebris in Emericum Episcopum Viennensem habita in Cathedrali Viennae 1685. fol. servatur in Msc. in Bibl. Caes. Vindob. Recens. Schwandtner. Tomo III. Fasciculo III. lit. 13. n. 75.

Praeterea reliquit Tomos XVII manu sua exaratos, quibus gravissimae Patrum sententiae, erothemata in S. Scripturam, et Concionum prope tria millia contenta.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Bibl. Carniol.)

JELLENITSCH Josephus, e provincia Austriaca,

cujus latine:

Fortuna Austriaca Coelo artifice fabricata. Graecii 1687. 8.

(Wittmann.)

JENAMY Gervasius, Germanus, Viennae Austriae 11. Jan. 1730. natus, et an. 1744. Societati adscriptus, absolutis studiis Viennae in Domo professa humaniores litteras docuit triennio, tum 4 vota professus et Philosophiae Doctor linguam graecam Leobii, Graecii et Jaurini, Philosophiam Passavii docuit, ubi sublato Ordine Regens Seminarii, tum Lincii Confessarius Ursulinarum, pie obiit 31. Jul. 1806. aet. 76.

Vertit ex gallico P^re. Marin in germanicum.

Virginia. Historia pia romanensis. Lincii Tomi II.

Digitized by Google

JENAMY Guilielmus, Germanus, Gervasii frater, Viennae Austriae 7. Apr. 1726. natus, et 1742. Societati insertus, 4 vota professus, Philosophiae et Theologiae Doctor, humaniores primum litteras in Domo professa biennio, linguam graecam Graecii et Leobii, Eloquentiam Tyrnaviae, Ethicam Graecii, Lincii Philosophiam totam triennio, ac demum Graecii ab anno 1766. Controversias ad sublationem usque Ordinis docuit, et pluribus editis ibidem opusculis partim liturgicis partim asceticis pie obiit 5. Jan. 1784. aet. 58.

Edidit latine:

Panegyris occasione inaugurationis Collegii Acad. S. J. Tyrnaviae.

Dies Dominica, Ecclesiae Catholicae a Christo resurgente fundatae praecipua perpetuaque solemnitas cum feriis annexis fidelium cultui proposita. Tyrnaviae typ. Acad. 1755. 8.

Cultus religiosus Sabbathi christiani seu Diei dominici, ex S. Scriptura, Patribus, Conciliis, probatisque ab Ecclesia Dei devotionis generibus concinnatus. Graecii Widmanst. 1766. 8. 1774. 16.

Meditationes decem in Decalogum ex Scriptura et Patribus concinnatae. Graecii id. 1771. 8.

Exercitia Cultus Divini in exemplis S. Ignatii. Graecii 1772. 12.

Enchiridion Meditationum pro Diebus dominicis et festis Domini. Graecii id. 1774. 16.

Dies Dominica caeteraque Domini festa praecipua. Graecii id. 1777. 8.

Ceremoniae Sacrificii Missae ex libris liturgicis, Decretis Congregationis Rituum et Operibus Benedicti XIV. Graecii id. 1778. 8.

Octavae Domini in universa Ecclesia celebrari solitae. Graecii id. 1778. 12.

Adventus et Passio D. N. J. C. Graecii 1779. 12.

Sanctissima anni tempora religione praecipua exigenda. Graecii 1780. 12.

Triennium ultimum filii Dei conversantis in terris. Graecii 1781. 12.

Germanice:

Hymni sacri, ecclesiastici aliique. Graecii id. 1780. 8.

Hymni diversi de SS. Trinitate, Providentia, S. Joanne Nepom. etc. Graecii 1770. 8.

Evangelium Jesu Christi quo Franciscus Xaverius sanctus et India Christiana evasit. Graecii id. 1772. 8.

Epitome Exercitiorum S. P. Ignatii. Graecii 1776. 8.

Festum Nativitatis et Epiphaniae Domini cum Octavis. Graecii 1776. 12.

Cor Jesu consideratum. Graecii 1780.

Lex Christiani juxta doctrinam Jesu Christi filii Dei. Graecii id. 1780. 8.

Sermo dum Beatificatio Musares de Sanctio ex Ordine SS. Trinitatis celebraretur. Graecii 1786. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

JENTSCHIZ Sigismundus, Germanus, Carniolus Gottschevensis natus 3. Apr. 1679. et aet. 19. Societatem ingressus, in eaque 4 vota professus, in Hungaria primum Missionarium egit, ubi peste afflatis inserviit. Item Viennae Poesim docens Philosophiae Doctor creatus est, quam Labaci docuit, ubi expositis postea biennio quaestionibus de moribus, ad SS. Missiones rursus se accingens, Coelo maturus ad beatiorem vitam transiit 22. Apr. 1718. aet. 39.

Edidit latine:

Vigilantis Somnia Musae ex Apollinis cortina praesentata. Carmen. Viennae 1712. Voigt 12.

Parnassus sacer Coelitibus qui nomen habent a poetis. Viennae 1712. 12.

Quaestiones Naturales de brutis animantibus ex variis Philosophis et Theologis collectae pro defensione Philosophiae cum Assertionibus ex universa Philosophia, Labaci distributae. 1716. et impressae eodem anno Viennae. Sim. Schmid 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Bibl. Carniol.)

JOANNIS Fridericus, Germanus, Fuldae in Franconia 9. Febr. 1621. natus, et absolutis paene studiis aet. 30. Societati in provincia Austriaca adscriptus, operarius indefessus, et vir multae orationis et patientiae pie obiit Schurzii 5. Jul. 1692. aet. 72.

Congessit germanice magnum volumen Commentationum sacrarum.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

Digitized by Google

JOB Gabriel, Hungarus, Solnae 8. Nov. 1693. natus et aet. 20. in Societatem receptus et 4 vota professus totum se missionibus in septentrionali Hungariae parte tam prospere dedit, ut plures pagi, qui ante eum ad necem deposcebant, ad Ecclesiam catholicam se reciperent, et ejus zelo decem facile hominum millia ad fidei veritatem adducta sint. Domicilium dein S. Nicolai in provincia Liptoviensi decennio ita rexit, ut simul excursiones ad dissita circum loca faceret, et novellos socios ad easdem cum fructu obeundas instrueret. Postea Collegii Szakoltzensis Rector, demum pie obiit Solnae 1. Oct. 1759. aet. 66.

Edidit latine:

Fides in Regem et patriam, seu Georgius de Esztores ad Nicopolim gloriosa morte sublatus. Comoedia. Tyrnaviae 1727. 8.

(Paintner.)

JORIS Joannes, Tridenti 1704. natus, Graecii Philosophus absolutus, 1735. in Societatem receptus, absoluta Graecii Theologia, 4 vota professus et Philosophiae Doctor eandem Flumine, Clagenfurti et Graecii, tum Controversias, Casus et Jus pontificium Clagenfurti, Goritiae, Lincii pluribus annis docuit, ac demum Labaci Praefectus altiorum scholarum pie obiit Cilejae 30. Jul. 1762.

Edidit latine:

Ericii Puteani Historiae Belgicae Liber singularis de Obsidione Lovaniensi 1635. Graecii 1752. 8.

(Paintner.)

JOSA Stephanus, Transylvanus, 31. Aug. 1725. natus, 1743. Claudiopoli in Societatem receptus, et 4 vota professus, ab anno 1760. ad sublationem usque Ordinis Missionarium fere continuum per Hungariam magno animarum cum zelo tum fructu egit.

Extat ejus:

Oratio paraenetica de laudibus Thaumaturgae Virginis Claudiopolitanae. ibid. typ. Acad. 1753. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

JOSKA Georgius, Hungarus, Schemnizii 20. Jun. 1720. natus et aet. 18. Societatem ingressus, et 4 vota professus, cum jam Cassoviae et Budae Philosophiam docuisset, Jaurinum missus ad Controversias fidei explanandas, fatalibus maculis extinctus est 5. Jan. 1758. aet. 38.

Est ejus latine:

Oratio de SSmae Virginis intemerato conceptu. Tyrnaviae 1749. 4.

(Paintner.)

JUDEMBURGENSE COLLEGIUM in Styria fundatum 1621. ab Illustr. D. Balthasare L. B. a Thanhausen et Conjuge ejus ab Hallegg,

cujus latine:

Statio Pietatis magno agonizantium Patrono S. Josepho pro felici ad patriam Coelestem itinere, occasione erectae ei Judemburgi statuae a Patribus tertiae probationis versu et prosa delineata, et impressa Graecii 1663. Widm. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

JUNG Ignatius, Bohemus, Trachovii natus 14. Jun. 1631. Societati adnumeratus in provincia Austriaca Leobii 1652. severioribus disciplinis excultus Graecii, Concionator et Operarius strenuus, qui et heterodoxos multos reduxit et 69 ad ultimum supplicium condemnatis adstitit, pie demum obiit Millestadii 3. Mart. 1696. aet. 65.

Edidit:

Apotheca animae spiritualis. Herbipoli 1691. 12. sumtibus. Em. Card. Kolonicz.

Apotheca pauperum P^is^. Joannis Misch. in germanicum versa.

Praeservativa tempore contagionis. Viennae. tacito nomine.

(Propyl. Bibl. Univ. Graec. Gesta et Scripta Prov. Austr.)

JUNKER Henricus, Germanus, Viennae Austriae 31. Dec. 1634. natus, aet. 19. Societati insertus, 4 vota professus, Viennae primum Rhetoricam, tum Philosophiae ac Theologiae Doctor utramque Viennae et Graecii docuit. Rexit dein in utraque urbe Convictum, ac Collegium Lincii, vir vitae innocentissimae ac zelo animarum plenus, qui in obsidione Viennensi, 500 sauciis militibus solus inserviit, fugato autem Turca ruri vineas et cavernas

Digitized by Google

omnes lustravit, et graviter decumbentibus, auxilioque omni destitutis suprema obsequia praestitit. Denique demissionis animi, obedientiae ac totius perfectionis religiosae exemplar pie obiit Graecii 24. Maji 1697. aet. 63.

Extant ejus latine:

Augusta Sapientiae Sedes septem Orbis Monarchis gloriosa. Viennae. Cosmerovii 1666. 8.

Nodus gordius Austriae et Hispaniae novo vinculo complicatus per Augustissimas Neo-conjuges Leopoldum et Margaritham Hispaniae Infantem. Viennae 1667. 12.

Drammata politissima.

Compendia in Sanctorum vitas.

Compendium Vitae Ven. Joannis Berchmani S. J.

Coepit opus ad Cultum S. Ignatii apud domesticos et exteros promovendum.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

JURKOVITS Joannes Bapt., an. 1692. docens Cassoviae et ab anno 1715. Regens Collegii Pazmaniani Viennae in hoc munere obiit 19. Aug. 1724.

Edidit latine:

Septem Heroes Hungariae totidem poematis celebrati. Cassoviae 1692. 8. Carm. heroico.

(Paintner.)

JURSA Jacobus, Hungarus, in Moravia, quo paulo ante fugit, interfectus 24. Aug. 1688.

Cujus latine:

Petra Athenaei Tyrnaviensis. Ibd. 1675. 8. Carm. heroico.

(Paintner.)

JUSTI Philippus, Italus, Goritiae 27. Martii 1650. natus, et aet. 16. Graecii in Societatem aggregatus, ibideuque altioribus studiis excultus, Philosophiam ac Theologiam pluribus in locis per plures annos docuit; tum Philippo Comiti de Lamberg Episcopo Passaviensi 12 annis a sacris consiliis et obsequiis fuit, ac demum aeque pius ac eruditus et perspicax obiit Passavii 27. Jan. 1720. aet. 70.

Transtulit ex italico in germanicum Vitam S. Margarithae Reginae Scotiae. Francofurti 1692. 8.

Reliquit Adversariorum copiosum thesaurum pluribus tomis comprehensum.

(Propyl. Bibl. Univ. Graec. Gesta et Scripta Prov. Austr.)

KABOS Alexander, Hungarus, Muaradini natus 19. Nov. 1742. et Budae Philosophus 1760. in Societatem receptus soluto ordine jam Sacerdos, paulo post obiit Vörosberenii.

Est ejus latine:

Panegyricus D. Ivoni. Tyrnaviae 1770.

(Paintner.)

KALATAI Franciscus Xaver., Hungarus, natus 1. Oct. 1772, et Societatem e logica Tyrnaviae Viennae 1744. ingressus, audita Graecii Philosophia et Theologia Cassoviae, Agriae tertio probatus praeter alia munia Trenchinii curam Praesidii militaris, tum militaris carceris et hospitalis ac dein Budae utrorumque habuit. Interim 4 vota professus, Missionarius castrensis legionis primum Palfianae dein Altonensis ac postremo Alvinziensis, soluto Ordine Superior Castrensis in Gallicia et Canonicus Leopoli Josephum II. Imp. in primo itinere in Russiam comitatus est. Ita 26 annis in cura sacra militi praestita cum laude versatus 1787. Episcopus Magno-Varadinensis nominatus est, et in sede sua pie obiit 1795. aet. 73.

Extat in Msc. fusa Epistola, qua iter suum Russiacum describit.

(Paintner.)

KALDI Georgius, Hungarus, Tyrnaviae 1570. natus, aet. 28. relicta Praepositura Archiepiscopatus Strigoniensis Ro-

Digitized by Google

mae Societatem ingressus et 4 vota professus Eloquentiae dono eminens magnam aetatis partem sacris concionibus insumsit. In Transylvaniam ex Italia difficillimis Boskeianae seditionis perturbationibus missus, et 10 annis sacris expeditionibus cum ingenti fructu perfunctus pro sua, qua apud Principes valuit, autoritate et gratia, Gabrielem Betlemium Ducatus Principem ob tot Christianorum millia Turcis prodita et abducta, libera duarum horarum commonitione adeo non exacerbavit, ut ad mensam ab eo admotus honorario centum nummorum imperialium in subsidium typographiae donatus fuerit. Exulare denique cum reliquis e Societate jussus, Viennae primum ad Academicos latine, ad Italos italice, ad Germanos germanice, ad Hungaros hungarice e suggestu dixit. Olomucii dein Professor Theologiae moralis, tum Brunae et Leobii in Styria Magister novitiorum, dehinc Superior ac Rector Tyrnaviae, demum Posonii, quod Collegium a Pazmano Archiepiscopo Strigon. fundatum, a primis fundamentis ad culmen usque perduxit, virtutum omnium exemplum, magno sui desiderio relicto pie obiit 30. Octobris 1634. aet. 64. vir judicio Pazmanni ex omni Ordine Ecclesiastico et Religioso toto Hungariae Regno nulli secundus.

Edidit:

Biblia sacra Vulgatae Editionis a se in linguam hungaricam translata. Viennae. Matthaei Formica 1626. fol. Budae 1782. fol.

Evangelia et Missae per annum hungarice reddita tacito nomine. Viennae. Petri Baranyai 1629.

Concionum hungarico sermone Tomus I. thematis hyberni. Posonii 1631. fol.

Reliquit in Msc.

Concionum hungaricarum Dominicalium tomus alter. — Festivalium tomus. — in dies singulos Quadragesimae. — de SS. Eucharistia et laudibus B. V. Mariae — Funebrium.

Explanatio in Canticum Magnificat.

(Sotvell. Horanyi. Patrignani.)

KALMANCZAI Paulus, Hungarus, 28. Oct. 1674. natus, et aet. 16. Societatem adiit, et Cassoviae Poesim ac Rhetoricam docens, deinde dimissus.

Edidit latine:

Flores verni e sanctiori tricollis Hungariae viridario lecti. Carmen. Leutschovii typ. Brewer. 1699. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Paintner.)

KAMOCZI Franciscus, Hungarus, Sopronii 1717. in Societatem susceptus absolutis studiis e tertia probatione discessit. Claudiopoli Poesim docens

edidit latine:

Dictator Apollo, seu Monita Poetices Candidatis instillata. Claudiopoli typ. Acad. 1726. 12. carmine elegiaco.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

KAMPMILLER Ignatius, Germanus, Viennae Austriae 21. Julii 1693. natus, et aet. 16. Societatem ingressus, 4 vota professus et Philosophiae ac Theologiae Doctor, illam primum Graecii tum Viennae sexennio docuit. Dein Socius Magistri Novitiorum in Domo Annaea biennio, tum in Academia Vindobonensi Theologiam polemicam et moralem singulis annis docuit. Hinc anno 1736. in Aulam Caesaream translatus, Augustae Imperatricis Gynaeceo a sacris Confessionibus ea Aulae approbatione fuit, ut elapso anno a Carolo Caesare Serenissimis Archiducibus Theresiae et Annae praeceptor simul eligeretur. Parente defuncto M. Theresia Bohemiae jam et Hungariae Regina ac mox Romanorum Imperatrici eum sibi solum conscientiae suae arbitrum retinuit, quo in munere ab anno 1741. magna virtutis suae existimatione ad mortem usque perstitit, quam apud PP. Barnabitas, quo se post abolitum Ordinem recepit, piissime subiit 30. Martii 1777. aet. 87.

Edidit latine:

Alexandri Maximiliani Fredro Monita politico-moralia. Graecii 1727. 16. cum Praefatione.

Crisis philosophica super hodierna Philosophia. Viennae Schwendiman 1730. 8.

Dialogi de rebus naturalibus ex Anno erudito Nic. Parth. Gienetasii S. J. Viennae Voigtin 1729. 8.

Germanice:

Digitized by Google

Libellus precatorius in usum M. Theresiae Augustae. Viennae 8.
Devotio in festa singula B. V. Mariae.
Libelli plures catechetici.

(Geota et Scripta Prov. Austr.)

KANISLICH Antonius, Hungarus, Posegae in Sclavonia 1699. natus et aet. 16. in Societatem ingressus, sedulus per plures annos in urbe patria Concionator et Catechista et quia in disciplinis sacris pereruditus, ab Episcopo Zagrab. Franc. Thauky, S. Officii, quod Posegae ob distantiam ab episcopali sede constitutum erat, per 27 annos Assessor, ibidem transactis in Societate 60 annis, pie obiit 24. Aug. 1777. aet. 70. Ut erat linguae patriae cumprimis gnarus,

scripsit illyrice:

Doctrina christiana. Zagrabiae 1754. 8.
Refugium ad B. V. Mariam. Venetiis 1759. 8.
Devotio ad S. Aloysium. Zagrabiae 1759. 12.
Doctrina Christiana in tres scholas divisa. Ibid. 1763. 8.
Rationes convincentes Deum amandi. Ibid. 1764. 8.
Devotio ad SS. Trinitatem. Tyrnaviae 1766. 8.
Parvus Catechismus. Ibid. 1772. 12.
S. Rosalia Virgo Panormitana versibus illyricis expressa. Opus posthumum impensis Illustr. D. Episcopi Mandich excusum. Viennae 1780. 8. Poema ex Illyricis princeps.
Lapis offensionis seu Causa separationis Ecclesiae Orientalis ab Occidentali. Opus pariter posthumum. Essekini. 1780. 8. impensis Exc. Cons. Locumtenentis.
Denique in Msc. reliquit Vocabularium fusissimum linguae Illyricae et Acta multa juris publici.

(Paintner.)

KAPI Gabriel, Hungarus, Kapivari in Comitatu Sarosiensi 28. Aug. 1658. e nobilissima familia ortus, et aet. 15. Societatem Viennae ingressus absoluta Viennae cum laude Philosophia Poesim ac Rhetoricam Styrae biennio docuit. Cum vero D. Thomam Viennae in alterum annum audivisset, ob infestatam a Turcis Austriam Bononiam translatus, in florentissima hac Academia Theologiam universam tanta approbatione propugnavit, ut Provincia illa Gabrielem virtute aeque ac scientia sibi probatum retinere satageret. At revocatus in Austriam, ubi 4 vota professus, et Philosophiae ac Theologiae Doctor creatus est, humaniores primum litteras Viennae, tum Tyrnaviae Philosophiam quadriennio, Theologiam biennio docuit. Hinc Missione Indica nequidquam petita, ad S. Cathedram adhibitus, Gyöngyösini, Quinque-Ecclesiis, Comaromii maximo fructu ad populum dixit, innumerosque haereticos in Ecclesiae sinum reduxit. Sed et ab laboribus apostolicis rursus ad regendi munus avocatus, Cancellarium primum Universitatis Tyrnaviensis quadriennio egit; suis dein Gyöngyösini quinquennio, Claudiopoli sexennio, ac annis totidem Missionibus Dacicis praefuit, ubi post saeculum Societatem rursus in proprio vestitu in hanc provinciam reduxit. Collegium posthac Tyrnaviense vicaria potestate rexit anno uno, Trenchiniense tribus, postremoque simul tyronum spiritum formavit. Dein Rector Collegii Academici Tyrnaviensis ac denique Posoniensis ubi felix vicennorum et amplius annorum gubernium terminavit. Devecta igitur aetate sibi relictus, typographiam tyrnaviensem cum Bibliotheca Catechetica in septimum annum procuravit, eamque tum diversis eruditis opusculis tum insigni, cui immortuus est, volumine saluti Arianorum destinato auxit, ac denique singularis propagator cultus Mariani erectis 70 de Rosario Sodalitatibus 24. Mart. 1728. aet. 70. ad recipiendam laborum mercedem avolavit.

Scripsit latine:

Viennae oppugnatio et Defensio, seu Vienna Austriae defensa et liberata auspiciis Leopoldi I. ab armis Mahomethi IV. oppugnata, Dramatibus tribus proposita. Viennae 1686. 8.
Selecta Sapientum Apophthegmata. Tyrnaviae 1690. 12.
Allocutio salutatoria in Ingressu solemni Christiani Augusti Card. et Archiep. Strigon. in Basilicam D. Nicolai. Tyrnaviae 1713. fol.
Institutiones christianae et quidem I—VI.

Digitized by Google

de Ligno Crucis et Symbolo Apost. VII. VIII. de Oratione Dominica et Salutatione Angelica. IX—XIII. de praeceptis Decalogi et Ecclesiae. XIV—XVI. (quibus incipiunt Controversiae fidei) de Scriptura, S. Traditione et Indice controversiarum XVII—XX. De Primatu S. Petri, Romani Pontificis et Ecclesia etc. — De SS. Trinitate et Incarnatione. Tyrnaviae 1715. et sequentibus. Cassoviae 1732.

Motiva ad animarum zelum excitandum.

Opusculum de haeresibus quod tamen etiam Timoni et Szerdahelio adscribitur.

Opus veterem et novam Arii sectam complexum, cui 20 annis insudavit, et immortuus.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Horanyi. Paintner.)

KAPPUS Andreas, Germanus, Lithopoli in Carniolia 19. Febr. 1644. natus, et absoluta Philosophia aet. 23. Societatem amplexus, Sacerdos Viennae Poesim, Zagrabiae Philosophiam tradidit, ubi vir multum religiosus praematura morte abreptus est 19. Aug. 1768. aet. 34.

Edidit latine:

Hymenaeus Romae sacer et profanus prosa et metro. Graecii 1677. Widm. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

KAPPUS Marcus Antonius, Germanus, Carniolus, Missionarius ab anno 1685. in America septentrionali et totius Missionis in Provincia Sonora Praepositus, pie obiit in hac vinea Domini 1719.

cujus:

Epistola ad fratrem suum Joannem Kappus ex Matapa in Sonora 20. Junii 1690. de moribus hujus populi et naturae dotibus. — germanice in Stücklein Parte II. n. 56.

KAPRINAI Stephanus, Hungarus, Novae domi Comitatus Nitriensis oppido 14. Sept. 1714. natus, et aet. 15. in Societatem receptus, 4 vota professus et Theologiae Doctor Nagybani primum et Magnovarasdini singulis annis Concionator et Operarius, tum Claudiopoli quinquennio omnes Philosophiae partes praelegit, Concionator rursus Jaurini biennio, anno uno Agriae controversias exposuit. Tum Cassoviae quadriennio Historiae et Eloquentiae tam Sacrae quam profanae, et quinquennio SS. Canonum et S. Scripturae Professor; demum ab anno 1764. ibidem et ab anno 1766. ad abolitionem usque Ordinis Tyrnaviae Historiographum egit. A pluribus enim annis tempus omne reliquum educendis ex oblivione scriptis et monumentis historiam Hungariae illustrantibus consecravit; in quem finem labore incredibili tabularia et manuscriptam omnis generis librariam suppellectilem perscrutatus, collectionem pretiosissimorum librorum, manuscriptorum, chartarum, nummorum et monetarum fecit, opereque ex his conscripto celebrem se reddidit, in quo eruditio cum amore patriae concertat. Fuit autem per omnem quoque vitam singulari zelo pro puritate fidei et instructione populi, aperti et ingenui animi et ob dotes sociales omnibus charus; ac demum pie obiit 1786. aet. 72.

Edidit latine:

Sylvulae seu Varia Elegiarum artificia, diversas Temporum praesentium materias complexa. Claudiopoli 1737. 12.

Prima Joannis Francisci Regis S. J. Presbyteri a Clemente XI. P. M. recens in Sanctos relati Solemnia duplici laudationis genere oratorio symbolico celebrata. Claudiopoli 1738. 8.

Panegyris S. Ignatio de Lojola dicta. Cassoviae 1745. 4.

Funebris Jo. Francisco L. B. Bornemisza Vigiliarum Praefecto generali. Claudiopoli. 1747. 4. —

hungarice:

Andreae Maximil. Fredro Norma Principum Christianorum melius ordinata. Ib. 1750. 8.

Philosophia ex veterum et recentiorum principiis brevissimo compendio proposita. Claudiopoli 1751. 8.

Concio de reali Praesentia Christi in Eucharistia, in qua Calvinistas hoc dilemmate premit: Aut Christus est in Eucharistia aut non est Deus. Cassoviae 1755. 8. idiomate patrio.

Institutio Eloquentiae Sacrae generatim et speciatim ex veterum ac recentiorum praeceptionibus adornata. Tomi II. Cassoviae 1758. et 1760. 8. Tyrnaviae 1768. 8.

Digitized by Google

Hungaria diplomatica Temporibus Matthiae de Hunyady Hungarorum Regis. Partes II. Viennae.

Demonstratio Theophorica. Trattner 1767 —1772. 4. Recensio ejus in Novis litter. Lips. 1768.

In Msc. reliquit:

Bibliotheca Scriptorum S. J. in Hungaria ad supplendam Davidis Czirtinger rem Hungariae litterariam, ab anno 1711. ad 1716.

Commentatio de Samuele Timon S. J. Purpurae Hungaricae Scriptore. ad Clar. de Bel.

Doctrina Ecclesiae Catholicae de Coena Domini, Dissertationibus Biblico-theologico-oratoriis adstructa.

De Urbe Cassovia et Nummis in ea cusis. Ad Magistratum Urbis.

Nummi Regum Hungariae ex Domo Neapolitana, animadversionibus historico-criticis illustrati.

Stephani Brodericii Episcopi Vaciensis et Regni Cancellarii Descriptio cladis ad Mohacs, nummo ejusdem cladis memoriali et notis hist. criticis illustrata.

Series Praepositorum Conventus B. Joannis Bapt. de Jaszow. Ord. Praemonstr. cum praevia Dissertatione de origine, antiquitate et fundatione ejusdem.

Series Praepositorum Conventus S. Crucis de Lelesz, cum praevia Dissertatione de ejus origine, antiquitate, fundatione.

Analecta Inscriptionum sepulchralium Regni Hungariae, animadversionibus hist. criticis illustrata.

Analecta Diplomatum Regni Hungariae, notis hist. criticis illustrata.

Universim laboravit in Re nummaria Hungariae et Transylvaniae primum generatim, dein speciatim adornanda.

Manuscriptorum alienorum amplissimam Collectionem, multis tomis in fol. et 4. constantem, inter quae Msc. Romana a P. Mart. Cseles ibidem collecta et a P. Carolo Peterfi descripta Tomis III. et pretiosum Thesaurum Bullarum, Brevium etc. Ecclesiae hungaricae jura, privilegia, historiam illustrantium et alia ad Statum publicum pertinentia complectentem nunc Bibliotheca Univ. Bud. possidet.

(Gnots et Scripts Prov. Austr. Horanyi. Denis Bibl. Gar. Feller. Szechen. Palatner.)

KAPUVARI Ignatius, Belgradi 23. Mart. 1728. natus, et aet. 22. Societatem ingressus et 4 vota professus, in diversis Hungariae locis partim humaniora docuit, partim ad populum, et quidem Comaromii adhuc 1772. dixit.

Edidit in lucem hungarice Modulationes quasdam de S. Aloysio, C. Franc. Nadasdi etc. — et meliori stilo reddidit Institutionem militis Christ. L. B. de Faber. 1759.

(Palatner.)

KARATSONI Ignatius, Hungarus, Quinque-ecclesiensis 20. Jan. 1725. natus, et aet. 17. Societati adscriptus, et 4 vota professus, cum diu humaniora docuisset, diversis in locis ad populum dixisset, et per Daciam Missionarium egisset, pie obiit Quinque-ecclesiis 8. Oct. 1772. aet. 47.

Sunt ejus latine:

Exercitationes eucharisticae duae, quarum prima M. Theresiae Augustae ob collatum jus incolatus, altera inclytis regni statibus ob receptam S. J. dicata est. Claudiopoli 1751. 8.

(Palatner.)

KARCHNE Simon, Germanus, Vippaci in Carniolia 22. Oct. 1649. natus, et studiis omnibus absolutis in Societatem receptus, 4 vota professus, Philosophiae ac Theologiae Doctor, utramque Graecii 26 annis tradidit, Collegium Labacense rexit, ac demum pluribus annis Universitatis Graecensis Cancellarius, et Academicus operosus, ibidem pie obiit 11. Dec. 1722. aet. 73.

Edidit latine:

Josephina Gloria in Imaginibus D. Josephi in Collegii S. J. ambitu affixis, poetice illustrata versu elegiaco. Graecii typ. Widm. 1696. 8.

Piissimi affectus in Deum hausti ex fontibus aeternitatis, ex D. Augustini Confessionibus sincere delecti. Graecii 1699. 8.

Stylus Curiae Supremae, seu Consilia Divina humanae rationi proposita et exposita. Graecii 1707. 8.

Tractatus Canonisticus in Librum IV. Decretalium Judici utriusque fori ecclesia-

Digitized by Google

stici accomodatus, multumque utilis ac necessarius, in quo universa materia de Sponsalibus et Matrimonio, hujus impedimentis, dispensationibus, istarumque clausulis explicatis tam a S. Poenitentiaria, quam a Romana Dataria inseri consuetis pertractatur. Cum duplici indice generali et speciali rerum et verborum. Augustae Vindel. Veith 1713. 8.

Dissertationes Juridico-Theologicae de Jure et Justitia. Augustae Veith 1714. 4.

Dissertationes de Artibus humanis cum suis principiis, ac copiosis inde deductis practicis resolutionibus, potioribus Moralis Theologiae materiis accomodatae. Augustae Veith 1716. 4.

(Mem. Trev. 1716. Jour. des Sav. 1718. Gesta et Scripta Prov. Austr. Bibl. Carniol.)

KASCHUTTNIGG Antonius, Germanus, Tarvisii in Carinthia 4. Nov. 1616. natus, et aet. 17. Societatem ingressus, 4 vota professus, Viennae et Graecii Poesim et Rhetoricam 8 annis docuit, Philosophiae laurea donatus, tum scholis et Seminariis praefuit annis pluribus, Collegium Neostadiense rexit, ac demum juventutis tum ad litteras tum ad pietatem educandae miro dono praeditus, pie obiit Tyrnaviae 22. Julii 1745. aet. 59.

Edidit latine:

Scholastica Parnassi Graecensis Exercitia. Graecii Widmanstadii 1718. 12.

Innocentia Victrix, seu Ferdinandus Fuscini christianissimi Regis filius de calumniantis invidiae fraudibus gloriose triumphans. Drama. Graecii 1719. id. 8.

Irae Sapientium sive Invectivae Philosophorum. Graecii id. 1720 12.

Pallas armata seu Militaris fortissimorum belli Imperatorum Eloquentia. Graecii 1721.

Viennensium Poetarum Exercitationes Scholasticae. Carmen elegiacum. Viennae Wolfg. Schwendiman 1722. 12.

Fraterni amoris de invidia Triumphus a Naramoino et Neambendora Trimumparae Cocini Regis filiis relatus. Drama. Viennae 1723. Schilgen 12.

Nobile fidelitatis mutuae certamen inter Fabium Maximum patrem et filium ejus Selium. Drama. Viennae Ther. Voigtin 1724. 12.

Feriae aestivae Rhetorum Viennensium seu Discursus familiares de rebus memorabilibus Urbis Viennensis. Viennae id. 1725. 12.

Vellus aureum burgundo-austriacum, seu Augustissimi et celeberrimi Ordinis Torquatorum Aurei Velleris fidelis et succincta relatio historica. Viennae Schwendiman 1728. fol.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

KASCHUTTNIGG Joachimus Bapt. Germanus, Villaci in Carinthia 16. Junii 1614. natus, et aet. 16. Societatem ingressus, 4 vota professus, et Philosophiae Doctor, Mathesim primo tum domesticos tum exteros in Academia Viennensi, tum Philosophiam ibidem, ac dein Physicam in Collegio Theresiano; post Mathesim Graecii rursus docuit, ac ibidem camerae mathematicae ac speculae astronomicae praefuit. Hinc Passavii Seminarii Regens et Controversiarum fidei professor, Praefectus scholarum Clagenfurti, Millestadii Superior ac Neostadii ad S. Leopoldum, Passavii Minister, demum extincto ordine pie obiit Marburgi 23. Jul. 1789. aet. 75.

Edidit latine:

Regni Mineralis pars nobilior lapides vitrescentes et gemmae brevi compendio propositae. Viennae 1752. Trattner 8.

Prima Elementa Arithmeticae, Algebrae, Geometriae, Trigonometriae planae et sphaericae, Architecturae civilis et militaris, Academicis praelectionibus accomodata. Graecii Widm. 1754. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

KATONA Stephanus, Hungarus, Papensis in Comitatu Vesprimiensi 13. Dec. 1732. natus, et aet. 18. Societatem ingressus, absolutis studiis Tyrnaviae primum Poesim et Rhetoricam, tum 4 vota professus, ibidem Eloquentiam tradidit. Soluto vero Ordine Universitate Budam translata ibidem Historiam praelegit, in qua praesertim quod patriam attinet, eminuit. Colocae dein 1790. Praefectus Bibliothecae, simul juvenem Clerum in Scriptura S., Eloquentia S. et Theologia pastorali ad mortem usque instituit. Anno 1794. Canonicus Colocensis, et quinquennio post Abbas S.

Digitized by Google

Petri de Bodrog-Monoster creatus peculium suum omne in pauperes profudit et juvenes studiosos domi suae aluit et substantiam suam moriens juveni Clero et pauperibus studiosis reliquit. Ad ultimam senectutem scribens et operans post brevem infirmitatem sanctissime obiit.

Edidit latine:

Oratio panegyrica de S. Josepho Calasantio, piarum scholarum Fundatore, cum coelestis ejus inauguratio Nitriae recoleretur. Tyrnaviae 1759. 4.

Ladislai Thurotzii Hungaria suis cum Regibus a P. Nicolao Schmidt aucta, et ad nostra tempora continuata a Steph. Katona. Tyrnaviae 1768. 4.

Synopsis Chronologica Historiae ad sublevandam memoriam historiophilorum. Pars I. ab Orbe condito ad Christum natum cum elementis Chronologiae. Tyrnaviae 1771. 8. Pars II. a Christo nato ad nostra tempora. Sectio I. usque ad Instaurationem Occidentalis Imperii. ib. 1773. 8. Partes III. ib. 1775. 8.

Amicum Responsum ad Hypercriticon Georgii Szklenar. Budae 1778. 8.

Historia critica primorum Hungariae Ducum ex fide domesticorum et externorum Scriptorum concinnata, cum Prolegomeno ex Historia litteraria. Pestini Weingand 1778. 8.

Synopsis Historiae Romanorum Imperatorum in usum Academicorum Hungariae. Tyrnaviae et Budae 1782. 8.

Historia pragmatica Hungariae. Tomi II. Budae 1782—1784. 8.

Dissertatio de Mansuetudine Evangelica Sacramenti Poenitentiae Ministris non minus utili quam necessaria. Budae 1785. 8.

Responsio ad Epistolam Commonitoriam M. Antonii Praep. Bienic. (Vittola). Budae 1785. 8.

Examen vetustissimi Moraviae situs cum Vindiciis anonymi Belae Regis notarii. Pestini 1786. 8.

Historia critica Regum Hungariae Stirpis Arpadianae. Tomi VI. 1779—1782. 8.

Vetus Moravia rursus ad suos limites reducta. Budae 1789. 8.

Ad Amicum Augustanae Confessionis Amici Catholici de Pacificatione Viennensi et Lincensi Epistolae tres. 1790. 8.

Trenckii bilanx pondere vacua. 1790. 8.

Dissertatio critica in Commentarium Alexii Horanyi de S. Hungariae Corona simulque de mendis Vesprimiensis et Petzelianis de eadem Corona. Budae 1790. 8.

Vindiciae Sacerdotum ex Oratione Christophori Scheurl excerptae. Pestini 1791. 8. sine nomine.

Historia Metropolitanae Colocensis Ecclesiae. Pars I. Archiepiscopi Colocenses ante cladem Mohatsiensem cum Prodromo geographico de veteribus incolis, hodiernisque parochiis hujus dioecesis. Pars II. Archiepiscopi post cladem illam cum Epilogo biographico de Colocensibus Canonicis et Parochis vivis et defunctis. Colocae 1800. 8.

Historia critica Regum Hungariae stirpis mixtae. Tomi XII. Pestini et Budae 1788—1793. 8.

Historia critica Regum Hungariae stirpis Austriacae Tomus I. et II. Claudiopoli. Tomus III. —XVI. Budae 1793—1804. 8.

Universim Historia haec Tomos XXXV. continet.

Appendix ad Partem III. Historia Francisci I. Regis LI. s. l. et an. 8.

Appendix ad Tomum XIII. De Situ Singedonis et Tauruni contra Salagium.

Epitome chronologica rerum hungaricarum, transylvanicarum et illyricarum, ab anno 884 ad 1797. Partes III. Budae 1796—1798. 8. cum appendice.

Chronologia Regum Hungariae a S. Stephano ad Leopoldum II. fol.

Germanice:

Sermo in Inauguratione Scholae Nitriensis. Tyrnaviae. Rotermund. 1769. 4.

Descriptio Solemnitatis, qua sacra Regni Hungariae Corona, mense Febr. 1790. Vindobona per Strigonium Budam delata, excepta fuit.

Larva pseudo-catholicis detracta.

Molitus est etiam opus de Scriptoribus Hungaricis Soc. Jesu, 2 Tom. 4. Hoc opus, quod benevolentia et benignitate Celsissimi Principis et. S. R. E. Card. Primatis Hungariae in manus nostras pervenit, servatur in Msc. in Bibliotheca Capituli Roznaviensis, illudque perfecit et auxit suo tempore Rev. Episcopus Paintner

Digitized by Google

indeque plurimae notitiae pro hac collectione desumtae sunt.

(Horanyi. Denis Bl. Bibl. Sacchen. et Teleki. Paistuer.)

KAUFFMAN Mathias, Germanus, Viennae Austriae natus, et 1743. in Societatem receptus, 4 vota professus et Theologiae Doctor, vir profundi ingenii (qui Graecii processum jam perditum sagacitate sua magno commodo domus lucratus est, et cum Archifex in Organo Templi elaborando haesisset ex Musurgico Kircheri illud perfecit) ac omnigenae eruditionis, sed et insignis pietatis et mortificationis, absolutis summa cum laude studiis; primum in Academia Orientali Viennae cum Philosophis repetiit quadriennio; tum triennio in hujate Universitate linguam sacram docuit, Subminister primum, dein Director juniorum; denique Graecii ultimo octennio SS. Canones praelegit; ac abolito Ordine, a Parocho civitatis Societatis amantissimo in hospitium receptus, ibidem captus demum utroque oculo, piissime obiit 1. Mart. 1797. aet. 54.

Edidit latine:

Panegyricus S. Ignatio. Viennae Kaliwoda 1754. 12.

Item S. Francisco Xav. Viennae id. 1754. 12.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

KAUTSCHITSCH Antonius, Germanus, Carniolus Idriensis 8. Dec. 1743. natus, et Labaci Rhetor 1762. Societati adnumeratus, tyrocinium Viennae posuit, humaniores litteras Leobii repetiit, Philosophiam Viennae biennio excepit, et ut erat singulari ingenio, maxima sui commendatione publice defendit, ac ibidem linguam graecam et hebraicam edoctus, repetita Graecii Mathesi, humaniores Classes Labaci triennio docuit, et absoluta, quam Viennae biennio audiit, sublato Ordine, Theologia et cum singulari plausu defensa, Doctor ejus creatus, Levita primum Viennae in Curia Archiepiscopali, dein Henrici Kerens Episcopi Neostadiensis primum tum San-Hyppolitani Cancellarius et hic Canonicus; ab Episcopo dein Sigismundo Hohenwarth Viennam rursus translatus, et hujus Vicarius generalis et Praepositus Ecclesiae Metropolitanae; demum ab Imperatore Francisco nominatus et a S. Sede confirmatus Episcopus Labacensis, ubi in invasione Gallorum multa perpessus et a falsis fratribus Regimini Gallico delatus, sed detecta calumnia Legionis ordine honoratus, vix ubi Carniolia liberata respirare coepit, expletis semper omnibus boni pastoris partibus, repente apoplexia ictus obiit 17. Mart. 1814. aet. 71.

Edidit germanice:

Panegyres duas de SS. Cyrillo et Methodio, et de S. Kiliano. Viennae 1780. et de S. Francisco Sales. 1783. 4.

(Bibl. Carniol.)

KAYSER Sebastianus, Germanus, Viennae Rhetor 1717. in Societatem receptus Graecii sublimioribus disciplinis excultus et 4 vota professus ibidem Philosophiam omnem quadriennio praelegit, Posonii uno anno est concionatus et in alterum annum Missionarius per Austriam vagus pie obiit Viennae ad S. Annae 7. Oct. 1739.

Edidit cum P. Thoma Ertl latine:

Austria Mariana seu Gratiosarum per Austriam Iconum Marianarum ortus, progressus et beneficia. Tomi II. Viennae 1735. et 1736. 8.

(Bibl. Caes. Vindob.)

KAZI Franciscus, Hungarus, Levensis, 7. Apr. 1695. natus et aet. 18. Societatem ingressus, 4 vota professus, Philosophiae ac Theologiae Doctor, absolutis eximia cum laude studiis tertio probatus, Rhetoricam primo, tum Logicam et Physicam, dein Controversias, ac denique Casus Tyrnaviae docuit; Regens dein Seminarii Tyrnaviae, Collegii Pazmaniani Viennae, Collegii Rubrorum et generalis Clericorum Regni Hungariae Tyrnaviae; Rector et Magister tyronum Trenchinii, Collegiorum denique Posoniensis et Soproniensis, fractis viribus, vir in patria historia versatissimus, pie obiit Posonii 11. Jun. 1760. aet. 69.

Edidit latine:

Fasti Hungariae carmine elegiaco deducti. Cassoviae 1721. 8.

Concilium Decem-virorum Hungariae in liberis suadae campis celebratum. Tyrnaviae 1722. 12.

Digitized by Google

Palatium Regum Hungariae Palatinorum virtutibus ac meritis insigne. Tyrnaviae typ. Acad. 1722. 12.

Vectigal saeculare Deo bonorum omnium autori a Collegio Pazmaniano persolutum. Viennae 1723. 8.

Suasoriae Regum Hungariae. Tyrnaviae 1728. 12.

Somnia Sapientis. Tyrnaviae 1731. 12.

Hunnias sive Hunnorum e Scythia Asiatica egressus. Carmen. Tyrn. 1731. 12.

Posthuma memoria res pace belloque gestas Comitis Stephani Kohari de Csabragh, Curiae regiae judicis etc. complexa. Tyrnaviae 1732. 12.

Historiae regni Hungariae ab Istvanfi scriptae Continuatio. Saeculum XVII. ab anno primo ad octuagesimum primum. Tomi III. Tyrnaviae 1737—1749. fol.

Historia Universitatis Tyrnaviensis Societatis Jesu ad annum Christi 1735. ejusdem saecularem producta. Tyrnaviae 1737. 4.

Memoria posthuma trium Venerabilium Virorum S. J. PP. Adami Fitter, Andreae Sigrai et Pauli Kolosvari. Tyrnaviae 1749. 8. sine nomine.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Horanyi. Bibl. Sacchen. Paintner.)

KAZI Joannes Bapt., Hungarus, Levae ex avita nobilitate 8. Sept. 1686. natus, et aet. 18. Societati insertus, 4 vota professus, Philosophiae et Theologiae Doctor, Tyrnaviae primum Philosophiam omnem quadriennio, tum Graecii Logicam, Controversias, Casus, rursus Tyrnaviae Casus ac Theologiam dogmaticam octennio praelegit, Rector dein Posoniensis, Tyrnaviae Cancellarius, Regens Collegii Rubrorum ac generalis Clericorum Regni Hungariae, ac ibidem Collegii Ordinis bis Rector, et ultimo decennio Regens Seminarii ibidem, demum vir ut doctrina ita virtute praestans, et inter haec ipsis 30 annis acutissimis articulorum doloribus in schola patientiae exercitatus, Tyrnaviae etiam piissime obiit 6. Maji 1759. aet. 73.

Edidit latine:

Stoa vetus et nova. Enthusiasmus. Tyrnaviae typ. Acad. 1710. 12.

Brevis Commentarius rerum in Hungaria, Croatia et Transylvania gestarum tempore Ferdinandi I. Tyrnaviae 1718. 8.

Ejusdem Pars II. Maximiliani II. Imperium complexa. Tyrnaviae 1719. 8.

Eugenius Sabaudiae Dux victoriis clarus; cum adnexo Problemate de optima methodo gubernandi Rempublicam. Tyrn. 1719. 12.

Ultimum mundi quadriennium. Tyrnaviae 1725. 12.

Mors D. Ignatii de Lojola, magnum absolutae Sanctitatis argumentum, panegyrica dictione propositum, dum facultas Theologica Tutelari suo annuos honores persolveret. Tyrnaviae 1728. 4.

Tractatus theologicus. Tyrnaviae 1731. 4.

Paraenesis ad Dominos Academicos Lutheranae opinionis. 4.

Enthymema Lutheranis oppositum. 4.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Horanyi ex Belline. Bibl. Sacch. Paintner.)

KEDD Jodocus, Germanus, Embricae Cliviae civitate in Circulo Westphalico natus 1597. a puero e scabello vel arboretto in praedicantes acatholicos concionando invehi solitus, aet. 20. Deo se in Societate in provincia Austriaca devovit, et 4 vota professus, mansuetiores primum litteras et Dialecticam Viennae Doctoris laurea ornatus docuit; reliquam vero vitam, in Theologia Polemica imprimis versatus, concionibus et missionibus in Hungaria praecipue exegit, haereticorum voce et calamo egregius impugnator, ac demum pie obiit Viennae Austriae 27. Martii 1657. aet. 60.

Libelli plurimi polemici, intra paucorum annorum spatium ab eo editi, et quidem latini sunt:

Examen, quo reformationis a Luthero et Calvino in Ecclesia, ut jactant, institutae fundamenta discutiuntur. Viennae et Pragae, 1652. 8. — et rursus cum Responsis, quae Verbi ministri Lutherani examini huic opposuerunt. Viennae Rictii 1655. 4.

Idea Causarum, cur Lutheranismus rejiciendus, et Catholica Religio amplectenda. Ingolstadii Georg. Hänlein 1653. 4.

Bellum Ubiquitatis. Straubingae 1654. 4.

Agraphia Lutheranismi. Ingolstadii 1654. 4.

Jo. Senerti Arcus triumphalis speculi reli-

Digitized by Google

gionis R. P. Jod. Kedd, subnixus XII columnis etc. Viennae 1654. 4.

Deductio Catholicae Religionis ex Romanorum Imperatorum Legibus civilibus, Edictis, Rescriptis etc. Viennae Matthaei Rictii 1655. 4.

Libellus Consequentiae, in quo fundamenta debilia Novatorum proponuntur. Viennae 1655. 4.

Constantinus M. Romano-Catholicus, et Ecclesia antiqua Romano-Catholica; et S. Stephanus et primi Hungariae Reges Romano-Catholici. Accedunt Decreta SS. Regum Hungariae, per quos fides Rom.-Catholica in illo regno plantata et propagata est. Viennae id. 1655. 4.

Paraenesis ad decem Verbi ministros et 26 ministellos, qui speculo Religionis se opposuerunt. Viennae 1655. 4.

Paraenesis P. Jodoci Kedd S. J. ad Lutheranos Dominos Academicos aberrantes cum aliis doctissimorum Virorum considerationibus et demonstrationibus, nullam nisi Romanae Ecclesiae fidem prudenter et secure amplectandam esse, et Indiculo quorundam Serenissimorum, Illustrium, Praenobilium etc. qui deserto Luthero Calvinoque ad gremium Rom. Catholicae Ecclesiae redierunt. Viennae typ. Matth. Rictii 1655. 4.

Germanice:

Speculum Religionis, in quo propositiones 12 omnibus Lutheranis et Calvinianis praedicantibus pro responso amice exhibentur 1648. Viennae 1652. et Coloniae, Aquisgrani, Ambergae, Augustae et alibi saepius, germanice et belgice, nec unquam sufficienter et solide responsum. Examen earum nomine Evangelicorum in Hungaria prodiit (Trenchinii) 4. ut et Conclusiones 12 Math. Langii et Apologia earundem contra Appendicem Keddii Lipsiae 1652. et 1654. 4.

Heliopolis seu Solis civitas, i. e. Verae Ecclesiae demonstratio ad Ser. Holsatiae Ducem. Coloniae 1649. 50. 52. 4. — Contra scripsere Jac. Reinbothus, Jo. Eberhardus. Jo. Ad. Scherzerus et Melch. Zeidlerus.

Statera veritatis, qua Lutheranorum Calvinianorum et Anabaptistarum rationes ponderantur. Coloniae 1646. 12.

Simplicitas Wilhelmi Hulsii Vesaliensis praedicantis in schola Jesuitarum erudita. Coloniae Henr. Krafft 1649.

Jus scholae seu Castigatio Hulsii ac Treumani ob mendacia eorum calumniosa scripta et pasquinos in Societatem Jesu. Coloniae id. 1649. 12.

Appendix Scholae Jesuiticae, in qua Hulsio corona straminea apponitur. Coloniae Wilh. Triftheim 1649. 16.

Maculae ignominiae, quibus ministri Calviniani suam religionem justae defensionis loco potius dehonestarunt. Coloniae Friessem 12.

Duplex Confessio Lutheri de sua doctrina ejusque fructibus. Aquisgrani 4.

Tituli Calvinistarum declarati ex postrema Confessione Lutheri. Aquisgrani 4.

Corona honoris, qua ministri Hollandiae Catholicam veritatem coronarunt.

Manuale Catholicum omnium Controversarum fidei contra sectas horum temporum. Coloniae 1650. 16.

Declaratio unius verae salvificae Fidei Romano-Catholicae 65 articulis comprehensa. Coloniae et Viennae 1650. Distracta supra 5000 exemplarium. Etiam belgice.

Torcular cordis, quo a Lutheranis et Calvinianis confessio veritatis exprimitur. Coloniae 1650. 12.

Duodecim artificiosi saltus extra rhombum, seu Digressiones et exerrationes Wilh. Hulsii et aliorum praedicantium Calvinianorum. Coloniae Krafft 1650. 12.

Aeterna miseria infidelium, seu Clara demonstratio, quod nullus Lutheranus, Calvinista vel Anabaptista in sua erronea secta aeternam salutem consequi possit. Coloniae id. 1650. 12. Viennae 1655. 4.

Clara demonstratio, quod Doctores Lutherani, Calvinistae et Anabaptistae non habeant vocationem divinam praedicandi Verbum Dei et SS. Sacramenta ministrandi. Coloniae id. 1650. 12.

Demonstratio, quod munus praedicandi Evangelium Bern. Walschmidii praedicantis Francofurti ad Moenum nullum sit. Coloniae 1651. 12.

Purgatorium praedicantium, seu antiquo-novum eorundem Latinum. Coloniae 1651. 4 et 12.

Digitized by Google

Character Antichristi, inustus fronti Lutheri et Calvini, eo quod SS. Trinitatem negare sint ausi. Aquisgrani 4.

Cordis motor christianus. Coloniae, Augustae, Ingolstadii, Viennae 12 facile vicibus editus. 16.

Veritas universalis antiquae Ecclesiae. Viennae Kürner 1652. 4.

Examen, quo fundamenta reformationis a Luthero in Ecclesia, ut ipse jactat, factae discutiuntur, omnibus ejusdem sectae praedicantibus, ut quamprimum ad objecta respondeant, exhibitum, adjuncta paraenesi ad 10 ministros Lutheranae sectae, qui ad 12 propositiones minime apposite responderunt. Pragae typ. Acad. 1652. 4.

Epistola ad Senatum Francofordiensem ad Moenum contra mendacia Wilh. Waldschmid, praedicantis, quibus Religionem Catholicam injuste arguit. Viennae 1652. 4. et 12.

Refutatio Responsi, quod decem praedicantes lutherani ad 12 propositiones debile et sine ratione solida dederunt. Pragae typ. Acad. 1652. 12.

Hortulus S. Scripturae pro fide Romano-Catholica. Viennae 1653. 16.

Hortulus Passionis Dominicae per modum precum. Viennae 16.

Commeatus (Passeporte) Lutherani et Calviniani ministerii, seu Demonstratio, quod Vocationem divinam non haberet. Viennae Kürner 1652. 16.

Informatio de Communione sub utraque specie. Viennae 1652.

Institutio de Communione sub utraque specie foeminarum, quas Lutherus ad matrimonium induxit. Viennae Kürner 1652. 16.

Scriptum novi anni Lutherano ministerio urbis Ratisbonensis, aliisque praedicantibus praesentibus ad agnitionem veritatis oblatum. Ingolstadii Eder 1653. 4.

Postulatio legitima debiti ad praedicantes Ratisbonenses, cum dono paschali, in quo Lutherus ad vivum depingitur. Ingolstadii Eder 1653. 4.

Donum pentecostale omnibus Neo-evangelicis oblatum ad agnitionem veritatis et declarationem, quomodo per spiritum vertiginis articulus Evangeliorum lutheranorum alter alterum evertat. Ambergae. Georg. Haugershofer 1653. 4.

Apocalypsis sixtina Lutherani Antichristi in Epistola ad Ser. Jo. Georgium Saxoniae Electorem declarata. Ingolstadii Georg. Hänlein 1653. 4.

Apologia pro Doctore Hulsemano. Ingolstadii 1653.

Sincera conscientiae patefactio aegri lutherici animi, adjuncto motore cordium et examine supra tres acatholicas quaestiones, quae ad conscientiae patefactionem pertinent. Ingolstadii Ostermayr 1653. 16.

Nihil ad rem, seu Ineptum responsum Malch. Nicolai et aliorum lutheranorum praedicantium ad 12 propositiones Speculi religionis, adjuncta comparatione doctrinae Christi et Apostolorum cum doctrina Lutheri et lutheranorum. Ingolstadii Georg. Hänlein 1653. 4.

Gloria verae Ecclesiae, quae per conversionem gentium in toto orbe splendet, maxime in Oriente per Thaumaturgum S. Franciscum Xaverium. Ambergae 1653.

Saxonica et Helmstadiensis Religionis pugna non de lentibus et stramine avenaeoso, sed de fundamento et praecipuis capitibus christianae fidei inter Hulsemanum et Callixtum Professores eorumque sectarios, omnibus Academicis lutheranis ad disputandum problematice proposita. Ingolstadii 1653. 4.

Judicium de opere magistrali Jo. Murelii Professoris Stettinensis super 4 quaestiones, et Epistola Illustr. D. Comitis Erhardi de Truchsess. Ingolstadii Eder 1653. 4.

Speculum Aeternitatis. Ingolstadii 1654. 4.

Admirabilis spiritus Lutheri, omnibus Lutheranis pro novo anno propositus et oblatus, quo clare demonstratur, quod Lutherus doctrinam suam a diabolo hauserit. Ambergae 1654. 4.

Perpende bene, seu Causae, ob quas tot nobiles ac ignobiles per Dei gratiam Lutheranismum aliasque sectas descruerint. Ingolstadii 1654. 4.

Fraus praedicantium, invalido eorum absolutio et imaginaria Coena sine Christo, adjuncta fida praemonitione contra deceptionem neo-evangelicorum doctorum. Ingolstadii 1654. 4.

Digitized by Google

Apographia Lutheranismi, seu aperta demonstratio, quod neo-evangelici praedicantes non unum quidem articulum suum, qui Romanae Ecclesiae adversetur, aut claris verbis Scripturae aut legitima ex ea consequentia probare possint. Ingolstadii 1654. 4.

Vale Lutheranici et calvinistici ministerii tum Ratisbonae tum alibi sine vocatione praedicantis, annexa Epistola ad Georg. Callixtum, quae viam praeparet ad futuros de Religione tractatus. Straubingae Sim. Hann 1654. 4.

Clara demonstratio, eaque brevis, quod Erasmus Grueberus in suo Responso ad Propositiones Speculi Religionis nihil ad rem responderit, nec difficultatem attigerit, sed una cum 14 aliis praedicantibus praecipua probandi media transiliert. Straubingae 1654. 4.

Monstrum Ubiquitatis propositum et ad oculum demonstratum, quod in Confessione Augustana neque ex verbis neque ex sensu verborum nota sit ubiquitas Corporis Christi, adjuncta Refutatione Erasmi Grueberi oppositionum et effugiorum. Straubingae 1654. 4.

Mendacia et fraus Melanchtonis aliorumque ejus adjutorum proposita, quam ad decimum articulum Augustanae Confessionis commiserunt, quem Erasmus Grueberus defendere ausus est. Straubingae 1654. 4.

Extremus anhelitus Lutheranismi, annexis calumniis, quibus Hulsemanus D. Callixtum insectatus est. Ingolstadii 1654. 4.

Ingenium simiae Martialis Vincentii et Erasmi Grueber. Ambergae 1654. 4.

Sex nodi textorii per modum dialogi quo errores Calvinistarum lepidissime irridentur. Libellus summo plausu exceptus et ter recusus. Etiam belgice.

Pallium reformatae religionis. Amstellodami et alibi belgice.

Cantus agrestis Praedicantium. Antverpiae 4. et 12. belgice.

Octo considerationes circa veritatem et falsitatem Religionis.

Repulsa oppugnatio Jo. Reinbothi etc.

Responsum ad epistolam studiosorum in Academiis lutheranis circa disputationem saxonicae et Helmstadiensis pugnae in rebus fidei. Viennae Rictii 1655. 4.

Evangelium neoinventum. Viennae 1655. 4.

Assultus perditus Joannis Reinhols Holsteiniensis Superintendentis generalis, quem frustra et cum jactura nominis in Heliopolim attentavit. — Item aliquot Academiarum Lutheranarum et 20 Professorum et Praedicantium, qui eadem jactura eum secuti ineptis suis responsis 12 propositiones Speculi Religionis oppugnare ausi. Straubingae 1655. 4.

Cento ex veteribus novisque pannis compactus. Straubingae 1655. 4.

Fundamento carens neo-inventum Evangelium Lutheri, Calvini et aliorum, qui ab antiqua Fide cesserunt. Viennae Kürner 1655. 4.

Perpetua miseria impoenitentium Lutheranorum aliorumque haereticorum. Viennae 1655. 4.

Libellus consequentiae, in quo fundamenta debilia ac nulla sectae lutheranae et calvinianae proponuntur, quae totum fundamentum Christianitatis subruunt, adjecta Lutheri et Calvini tabula domestica et sincera admonitione ad omnes in terris Caesareis haereditariis conversos, et sua ignorantia ac praedicantium fraude exulantes subditos. Viennae Kürner 1655. 4.

Studiosorum honos et doctrina. Viennae 1655. 4.

Deductio articulorum fidei. Ruremundae et Trajecti. belgice.

Duodecim novae regulae, quas reformati respiciunt, dum errores suos defendere conantur. belgice.

Vetus Latium et novum Praedicantium Germanicum in tribus quaestionibus fundamentalibus de Religione lutherana. Coloniae 1675. 12.

Vocatio praedicantium, sub nomine Jo. Angeli. Monte regio 1689. 4.

(Sotwell. Bibl. reg. par. Georgi. Walch. Acta et Scripta Prot. Austr. Bibl. Theres. et Saechsny.)

KELCZ Emericus, Hungarus, in Villa Petri Provinciae Castraferrei 20. Dec. 1707. natus, et aet. 20. absoluta Philosophia Societati adscriptus, 4 vota professus, Philosophiae et Theologiae Doctor, Ethicam primo Claudiopoli, tum Cassoviae Philosophiam triennalem, ac demum Tyr-

Digitized by Google

naviae Casus et Controversias annis singulis docuit. Missionarius dein vagus per Hungariam sexennio; novennio vero Rev. Antistiti Jaurinensi e Comitibus de Zichy, dein Rev. Antistiti Colocensi a sacris consiliis fuit; quo tempore Exercitia S. Ignatii persaepe dedit, in pagos crebro excurrit, et quos potuit, in vinea Domini fructus collegit. Hinc Regens Convictus Soproniensis, Rector Collegiorum Zagrabiensis ac Posoniensis, ac soluto Ordine Canonicus Ecclesiae Cathedralis Jaurinensis, ibidem piissime obiit 13. Nov. 1792. aet. 85.

Edidit latine:

Simulatio per satyras detecta. Carmen. Tyrnaviae 1733. 8.

Oratio funebris in Exequiis Exc. Dom. Comitis Stephani Kornis de Göntz-Ruska. Claudiopoli 1742. 4.

Epistolae Regis Matthiae Corvini. Partes IV. Cassoviae 1743. 8. sine nomine.

Fortitudo Jo. Corvini. Cassoviae 1743. 8.

Celsissimus Princeps Emericus Com. Eszterhàzi Strigon. Archiep. laudatione funebri celebratus in Basilica D. Martini Posonii. Tyrnaviae 1746. fol.

Catechismus Hungaricus, per quaesita et responsa. Jaurini 12. saepius recusus.

Concinnavit etiam opusculum, quo declarat, quid in promotionem orthodoxae fidei et diminutionem haeresis per Principes terrae fieri possit salvis omnibus Regni legibus, quod tamen typis datum non est.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Horanyi. De Luca. Sethminer. Saeckes. Paintner.)

KELEMEN Antonius, Hungarus, in vico Koros Comitatus Nitriensis 15. Jan. 1708. natus, et aet. 16. Societati insertus, 4 vota professus, et Theologiae Doctor, Philosophiam primum Budae, tum diversas Theologiae partes Agriae, Tyrnaviae et Jaurini docuit, ac demum vir apprime pius Claudiopoli, ubi sexennio scholis altioribus et typographiae praefuit, quam in cineres redactam impensis Martini Biro Ep. Wesprim. restauravit, obiit 11. Sept. 1760. aet. 52.

Edidit latine:

Epigrammatum Liber primus. Cassoviae typ. Acad. 1735. 12.

Elegiae quibus nonnullorum Europae Regnorum clades, a flagrantis incendio belli factae deplorantur. Cassoviae 1737. 12.

Exercitatio Rhetorica extemporalis super obitu Ser. Principis Eugenii. Tyrnaviae typ. Acad. 1736.

Panegyricus S. Francisco Xaverio dictus. Tyrnaviae 1737. 12.

Oratio de SS. Virginis intemerato Conceptu. Tyrnaviae 1738. 4.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Paintner.)

KELETSENI Ignatius, Hungarus, 14. Jul. 1712. natus, aet. 17. Societati adnumeratus, 4 vota professus, concionatus in diversis Hungariae locis annis 14 dein Praeses domus Rosnaviensis quadriennio, tum Praefectus spiritus Cassoviae, dehinc Rector Collegii Unguarinensis, Superior Residentiae Strigoniensis, ac an. 1773. rursus Unguarini Rector, sublato Ordine obiit.

Edidit Magister Poeseos:

Mater dolorosa, seu septem planctus Deiparae. Tyrnaviae typ. Acad. 1739. 8. Carm. eleg. c. fig.

Suasoriae SS. Patrum. Tyrnaviae 1740.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Paintner.)

KELL Bartholomaeus, Germanus, Forchemii in Franconia 10. Jun. 1618. natus, et aet. 20. Viennae Austriae Societatem ingressus, Cremsii supra 40 annos indefessum Operarium rudioris praesertim plebeculae egit, Paulus ideo Cremsensis dictus, cui et in peste inserviit, qua correptus, sed divinitus tum quidem sanatus, pie demum obiit Cremsii 18. Aug. 1692. aet. 74.

Conscripsit germanice libellos pios de Doctrina christiana.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

KELLER Franciscus, Germanus, Lincii in Austria 16. Apr. 1700. natus, et aet. 16. Societatem ingressus, 4 vota professus, Philosophiae et Theologiae Doctor, Humanitatem Viennae, Philosophiam Graecii et Clagenfurti, Theologiam moralem Graecii docuit. Tum Socius Magistri tyronum in Domo Annaea, Collegii Leobiensis Rector, Theresiani Minister, ac demum Re-

Digitized by Google

sidentiae ad S. Martinum Posonii Superior, ibidem pie obiit 10. Mart. 1762. aet. 62.

Edidit latine:

Religionis Augustae Monumenta seu Colossi Dei et Divorum honoribus Viennae a Caesaribus Austriacis erecti. Viennae Voigtin 1732. 8. c. fig.

Augustae Carolinae Virtutis Monumenta seu Aedificia a Carolo VI. Imp. Maximo P.P. per orbem Austriacum bono publico posita et descripta. Viennae Ghelen 1733. 8. c. fig.

De Nobilitate Romana et ejus Insignibus. Viennae Voigtin 1734. 8.

Germanice:

Beneficia a S. Ignatio Viennensibus collata. Viennae 1743. 8.

Continuatio Mercurii (Weltboth) Josephi Stöcklein, seu Epistolarum a Missionariis S. J. ex utraque India scriptarum Tomi IV. Pars II. seu universi Operis Pars 29. 30. 31. et 32. ab anno 1730. ad 1740. Viennae Kaliwoda 1755. fol.

Ejusdem operis Tomus V. seu Pars 33. 34. 35. 36. 37. 38. Viennae idem 1758. fol.

In operis hujus Parte XXIX. n. 572. est a P. Keller composita:

Vita, gesta, itinera et missiones P. Josephi Stöcklein e Prov. Austr. S. J. Missionarii Castrensis in Hungaria etc. pag. 141—154.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

KELLER Georgius, Germanus, Graecii in Styria 13. Aug. 1659. natus, et aet. 15. Societati adscriptus, Sacerdos factus, 21 annis Passavii, Posonii, Graecii, Lincii, Clagenfurti, Cremsii, Sopronii egregie concionatus, Cremsii demum vir apprime religiosus pie obiit 21. Aug. 1720. aet. 61.

Edidit germanice:

Sermo eucharisticus ob Victorias Caroli III. Hisp. Regis. Lincii Leidemayr 1710. fol.

Sermo eucharisticus ob natum Archiducem Leopoldum. Cremsii Jo. Kopiz 1716. 4.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Bibl. Szechen.)

KELLERHAUS Henricus, Germanus, Westphalus, Byriensis 7. Oct. 1670. ingressus Leobii 1669. in provinciam Austriacam receptus, 4 vota professus, Concionatorem egregium per omnem vitam Graecii, Viennae in Collegio et in Domo professa, et septennio in Aula Augustae Amaliae Viduae, ac demum quadriennio Lincii egit, ubi fractis viribus haesit, dictiones suas lucubravit, ac demum oculorum luce paene privatus, adeo ut Officium Sacerdotale in sextam horam protraheret, quod nec ultima vitae die omisit, vir singularis demissionis piissime obiit 14. Martii 1731. aet. 61.

Edidit germanice:

Panegyricus sermo funebris Josepho I. Rom. Imp. Graecii Widm. 1711. fol.

Semen verbi Divini, seu Conciones in Dominicas et festa totius anni cum pluribus occasionalibus. Tomi III. Aug. Vindel. 1734 — 1736. fol.

(Georgi. Supplem. 1. Cat. Bibl. Acad: Gesta et Scripta Prov. Austr.)

KELLMUELLER Ernestus, Germanus, Graecii in Styria anno 1635. natus et aet. 15. Societatem ingressus, 4 vota professus, Viennae Rhetoricam docuit, tum Legatum Caesareum ad Aulam Hispanicam comitatus est. Post quinquennium redux, in Aula Eleonorae Augustae quatuor annis S. Praeconem egit. Indicas appetens, a B. V. Virgine, quam supplex consuluit, interne monitus, ut Moderatorum ductui acquiesceret, vir angelicae puritatis, et permultis annis vehementissimis pedum doloribus cruciatus, piissime demum obiit Viennae in Domo Annaea 6. Jun. 1694. aet. 59.

Edidit latine:

D. Franciscus Xaverius in natura Thaumaturgus. Carmen. Viennae Matth. Cosmerovii 1665. 8.

Arcus honoris Sapientiae Viennensi Athenaeorum lauro inauguratae. Vario carmine. Viennae 1665. id. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

KENDRAI Gabriel, Hungarus, in Vedröd provinciae Poson. 14. Febr. 1724. natus, 1739. in Societatem receptus, et 4 vota professus, a tertia probatione partim Neosolii partim Agriae Missionarium simul et Administratorem bonorum Colle-

Digitized by Google

gii egit, ac demum ab anno 1770. Tyrnaviae Procurator, abolito Ordine Parochus in Sellia obiit 1796. aet. 72.

Edidit Magister Poesim et Rhetoricam docens:

Exercitatio poetica de Jonatha mel gustante et a Saul interficiendo nisi eum milites liberassent. Cassoviae typ. Acad. 1748. 8. Carm. eleg.

Bellici Cassoviae simul et per superiorem Hungariam sub Principibus Austriacis Praetores seu Generales Saeculo XVII. Partes II. Cassoviae 1749. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

KENYERES Josephus, Hungarus, Sabariae 24. Maji 1724. natus et aet. 19. Societatem ingressus, Theologiae Doctor, vitam omnem Tyrnaviae ejus diversas partes docendo exegit, et abolito Ordine Canonicus Rosnaviensis factus est.

Est ejus germanice:

Vindiciae illibati Conceptus B. V. Mariae. Tyrnaviae 1754. 4.

Panegyricus D. Ignatio. Ib. 1755. 4.

Castigatio libelli, Jus Reipl. in bona Ecclesiasticorum dicti. Cassoviae 1792. — In Appendice praesertim multa testimonia, ut Clementis XIII., Archiepiscopi Paris. et Ep. Arelat. etc. in laudem S. J. profert.

(Paintner.)

KERECKES Martinus, Hungarus, absoluta Viennae Philosophia et Theologia Tyrnaviae, 4 vota professus et Philosophiam Tyrnaviae, Casus, Canones et Scripturam S. Agriae, Budae et Cassoviae docuit, ac pie obiit Claudiopoli 26. Nov. 1741.

Edidit latine:

Selectae quaedam observationes de animalibus ex Viridario philosophico Laur. Forreri S. J. Tyrnaviae 1729.

(Paintner.)

KERENS Henricus, Belga, Trajecti ad Mosam 22. Maji 1725. natus, et in Belgio in Societatem aet. 15. receptus, Philosophiae studuit Antverpiae, humaniores litteras docuit Bruxellis, Theologiam excepit Olomucii in Moravia, et hinc in Provinciam Austriacam 1754. translatus, et 4 vota professus, in Collegio Nobilium Theresiano Viennae Ethicam, Eloquentiam et Historiam tradidit; jamque an. 1760. M. Theresiae Augustae, domus hujus ut fundatrici ita supremae protectrici, adeo probatus est, ut eum Rectorem ejusdem constitueret, qui eam ad majorem adhuc perfectionem adduxit. Quae ejus merita, ut praemiaretur, eum 1769. Episcopum Ruremontanum et 1773. Neostadiensem, simulque Praesidem Consistorii militaris nominavit. Anno vero 1784. cum ipso Episcopatu Neostadio ad S. Hyppolitum est translatus, ubi 26. Nov. 1792. aet. 67. obiit. Vita ejus a Denisio edita. Elogium ejus etiam in Schlichtegrolli Necrologio ejusdem anni.

Edidit gallice:

Discursus historicus de eo, quod in Europa ab anno 1450. ad 1500. contigit. Viennae Schulz 1762. 4. — germanice per Jos. Retzer ib. 1776. 8.

Instructio pro Collaboratoribus suis in Collegio Regio Theresiano una cum ordine diurno domus illius. 4.

Epistola circularis. Neostadii 1781. 8.

(Denis Bibl. Gar. Meusel. Bibl. Gergen.)

KERESKENYI Adamus, Hungarus, Zavarii in Comitatu Posoniensi 24. Jan. 1713. natus, et aet. 15. Societati insertus 4 vota professus et Philosophiae Doctor, eandem Tyrnaviae quadriennio, Controversias Jaurini, Agriae casus docuit; Strigonii, Jaurini et quinquennio in Domo professa ad concionem hungaricam dixit; Rector dein Ginsii, Strigonii et Carolinae Superior, demum Typographiae Cassoviae et Claudiopoli praefectus, abolito Ordine pie obiit 1777. aet. 64.

Edidit latine:

Philomusus per Apollinem de quibusdam, quae in rem poeticam faciunt, instructus. Tyrnaviae 1737. 8. Carm. eleg.

Applausus poeticus in inauguratione Francisci Com. Barkotzi. Archiep. Strigon. Budae 1761. fol.

Hungarice:

Libellus Catecheticus Canisii cum rhythmis etc. Jaurini 1758. 12. Recusus saepius.

Cogitationes christianae in singulos mensis dies. Budae 1763. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Horanyi. Szecheny. Paintner.)

Digitized by Google

KERESKENYI Stephanus, Hungarus, cujus latine:

Panegyris luctuosa, qua funebres Exequias Cels. Transylv. Principis Franc. Rakoczy prosecutum est Acad. S. J. Collegium. Cassoviae 1677. 4.

(Bibl. Szechen.)

KERESZTES Stephanus, Hungarus, in insula Tsalaközia 27. Sept. 1601. natus et aet. 18. Societati adscriptus, 4 vota professus Nicolao Eszterhàzio Comiti Palatino datus est, ad filium ejus Stephanum aliosque nobilissimos juvenes in aula ejus in Philosophia instituendos. Cum subin Theologiam polemicam et moralem Tyrnaviae sexennio praelegisset, diversas domus educationi juventutis destinatas et Collegium Cassoviense rexit, ac demum pie obiit Tyrnaviae 19. Apr. 1666. aet. 65.

Est ejus latine:

Oratio funebris in exequiis Nicolai Eszterhàzi Com. Palat. dicta Tyrnaviae, edita Viennae. 1645. 4.

(Bibl. Szechen. Paintner.)

KERI Valentinus, Hungarus, Tyrnaviae 17. Mart. 1712. natus, 1726. in Societatem receptus, 4 vota professus, Philosophiae et Theologiae Doctor, illam quadriennio Viennae in Universitate, biennio in Collegio Nobilium Theresiano, Graecii Controversias anno uno docuit, post quem Romam missus Poenitentiarium Hungaricum quadriennio egit. Redux rursus Graecii S. Scripturam anno uno, ac Cassoviae Theologiam dogmaticam quadriennio tradidit. Socius dein Provinciae Praesidis triennio, altero Rector Jaurini, demum cum Tyrnaviae idem munus in alterum annum obiret, Posonium ad generalia Regni Comitia nomine totius provinciae profectus, ibidem pie obiit 21. Jul. 1763. aet. 52.

Edidit sine nomine idiomate latino:

Lusus poetici allegorici. Tyrnaviae 1736. 8.

Series Banorum Dalmatiae, Croatiae et Sclavoniae chronologica ad annum Saeculi hujus trigesimum tertium producta. Tyrnaviae 1737. 8. Compendium operis Ratzainai, additis quibusdam ex Lucio et Timone. Opus a solo Bellio Antonio Hellmar S. J. a reliquis omnibus Valentino Keri tributum, laudatum tamen summopere.

Series Judicum Curiae Regiae. Quod tamen opus P. Kaprinai Peterfyo tribuit.

Historia Regni Hungariae. Hujus meminit Szaszkius.

Introductionis facilis in doctrinam de Motu Continuatio. Viennae Kaliwoda 1746. 8.

Vertit ex italico Concionem P. Bordoni in Octava Corporis Christi in Festum S. Aloysii incidente; vulgatam a P. Kaprinai Eloq. S. Tomo II.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Hornyi. Paintner.)

KERY Franciscus Borgia, Hungarus, Kenyiszto in Comitatu Zempliniensi 10. Oct. 1702. natus, et aet. 17. in Societatem susceptus, 4 vota professus Philosophiae ac Theologiae Doctor, pietate non minus quam scientia adeo excelluit, ut praecipuis e natione hungarica Societatis viris merito sit adnumerandus. Absolutis singulari cum laude studiis Repetentibus primum anno uno Szakoltzae linguam graecam tradidit. Tum quadriennio Tyrnaviae Philosophiae partes omnes docuit; quo tempore simul per absolutam denique speculam astronomicam, observationes in ea factas, instrumenta plura a se fabricata, detectamque a se novam ac simpliciorem, ac Anglorum fuit, Telescopia conficiendi methodum magnum sibi vel Londini nomen peperit. At enim cum specula metallica, quorum jam in telescopiis usus, ope arsenici inflammati pararet, vaporibus ascendentibus maximorum utriusque manus digitorum usu in omnem reliquam vitam privatus est, ut tanto magis mirum sit, quomodo tot tantaque scribere potuerit, nisi forte scribenda alteri dictavit. Celeberrimus D. Cassini, cum Tyrnaviam transiret, eruditionem Kerii zelumque, quo ut scientiae in patria efloresceret, studuit, admiratus est vehementer, litterisque posthac ad eum datis ipsum Maecenatem scientiarum compellavit. A Philosophia ad Theologiam translatus Polemicam, Moralem, Canonicum, Dogmaticam annis singulis Tyrnaviae, tum hanc anno uno Graecii, ac denique sexennio Viennae tradidit, ubi adhuc anno uno Praefectum generalem studiorum, et altero revisorem librorum egit. Haec officis

Digitized by Google

ut quodammodo praemiaretur Societas, simulque quod omnes ad regendum dotes eminenti gradu possideret, Regens Seminarii Clericorum et Convictus Budae anno uno, tum Collegii Tyrnaviensis, Cassoviensis, ac rursus Tyrnaviensis Rector singulis trienniis fuit, quo tempore etiam a Provincia Romam ad Congregationem XIX. Generalem, in qua Laurentius Ricci Praepositus Generalis electus, est missus. Ultimo vero triennio Tyrnaviae juniores direxit, et 1. Dec. 1768. aet. 66. magno sui desiderio relicto, piissime, ut vixit, ad capessenda meritorum praemia decessit. Elogium ejus elegans a P. Jo. Bap. Prileski confectum typis in 4 prostat. Otii semper inimicissimus, subsecivis horis, quae ei a plurimis gravissimisque negotiis supererant, sequentia Opera lingua omnia latina elucubravit:

Panegyricus S. Ignatio. Tyrnaviae 1730. 12.

Immaculata Deiparae Conceptio oppugnata illustrior. Ib. 1731. 4.

Dissertatio Astronomica de Cometa viso 1729. et 1730. Tyrnaviae typ. Acad. 1736. 12.

Epitome Historiae Byzantinae seu Imperatorum Orientis e compluribus graecis praesertim Scriptoribus concinnata a Constantino M. ad Constantinum ultimum et expugnatam per Turcas Constantinopolim, Tomulis IX. Tyrnaviae 1738—1742. 8. Recusaibid. 1744. fol. cum Iconibus Imperatorum et nummis. Opus eximia industria conscriptum, et a viris eruditis magno plausu exceptum.

Ejusdem Continuatio, seu Imperatores Ottomanici a capta Constantinopoli cum Epitome Principum Turcarum. Tyrnaviae 1749. Tomulis IX. — Aucta et recusa a P. Nicolao Schmitt S. J. Tomis II. Tyrnaviae 1760. et 1761. fol.

Epistolae S. Augustini ad S. Hieronymum et hujus Responsoriae cum longa Introductione. Graecii Widmanst. 1744. 8.

Dissertatio physica de Corpore generatim deque opposito eidem vacuo. Tyrnaviae 1752. 8.

Item de Motu Corporum. Ibid. 1753. 8.

Item de Causis motuum in Corporibus. Ib. 1754. 8. c. fig.

Item de Luce ejusque proprietatibus. Cassoviae 1756. 4.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Mem. Trev. 1749. Horanyi. Gött. Gel. Anz. in Vasnovics. Paintner.)

KETSKEMETHI Joannes, 1633. Ketskemethii in Hungaria natus, Tyrnaviae Societati adscitus, per omnem vitam et virtute et ingenio eluxit. In Academia primum Cassoviensi Philosophiae Doctor floruit, ad reliquas Universitates progressurus, ne vir salutis alienae cupidissimus cathedrae litteratae sacram praetulisset. Concionatus ergo per plures annos Cassoviae, Jaurini Ginsii, Tyrnaviae ea facundia, ut Cicero Hungaricus audiret, et plures heterodoxos ad Ecclesiam Romanam adduceret. Inde admotus gubernio, rexit Collegium Cleri generale Tyrnaviae biennio, Pazmanianum Viennae prope 14 annis. Mox Superior Rosnaviae primum, dein Ginsii praefuit, ubi grassante pestifera lue praeclarum de civibus bene merendi occasionem avide arripuit, caeterisque sociis hac cura solutis, in victimam charitatis praesenti ubique se morti objecit. Hoc periculo feliciter defunctus, gubernavit Collegium Soproniense, tum Cassoviense, ac demum Tyrnaviense, et ubique magnum sui desiderium reliqnit. Cassoviae in horto suburbano munificentia illustris cujusdam viri aedes accomodas a fundamento excitavit; convictoribus autem ad eorum fortunas insigne oppidum Göntzium jure hypothecario adjecit. Ultimo fere triennio omnibus prope sensibus orbatus, expectabat laetus Viennae in Collegio ultimam diem suam, obiitque octogenarius anno 1712. P. Martinus Szentivanyi in Continuatione Dissertationis paralypomenicae rerum memorabilium in Hungaria P. Joannem Scriptoribus S. J. his verbis annumerat: Joannes Ketskemethi interpres asceticus; ex quo patet, multa eum sua manu exarata reliquisse, fortasse et edidisse. Certe

ex latino hungarice edidit:

Exercitia spiritualia P. Ignatii Elfen. Viennae 12.

(Horanyi. Paintner.)

KHABES Antonius, Germanus, Viennae Austriae 9. Junii 1687. natus, 1703. Societatem ingressus, ac 4 vota professus

Digitized by Google

vix tertio probatus, Concionatorem Viennae ad S. Annae triennio ac biennio in Domo professa, decennio autem in Aula Augustissimae Imperatricis egit. Ab anno vero 1734. ad obitum usque in Domo professa Praefectus Ecclesiae, simulque Praeses Congregationis Dominorum, ac Operarius tam zelosus ac indefessus fuit, ut diu noctuque moribundorum lectulis constanter adhaereret. Praeter alia mira id de viro vere sancto narratur, noctu eum aliquando signo ad januam dato ad infirmum evocatum; cum tamen porta aperta nemo compareret, pulsaretur tamen secundo et tertio, P. Antonium cum socio nihilominus exiisse; cumque in domo quadam lumen videret, et a janitore comperiret, graviter quem in ea decumbere, invenisse hominem morti proximum, qui a multis annis consuetudini lethali impoenitens inhaesisset, quemque Sacramentis munitum aeternitati transmisit. Addunt, virum sanctum quaesiisse ex homine, quonam facto tantam gratiam promereri potuisset, huneque reposuisse, se quotidie D. Annam pia oratiuncula coluisse. Sic continuo operatus in vinea Domini ad annum usque vitae octogesimum, piissime obiit Viennae in Domo professa 12. Martii 1771. Corpus ejus tertia die nihil immutatum adeo molle permansit, ut vena incisa sanguis effluereat; post aliquot vero annos aperto feretro incorruptum inventum est.

Edidit germanice:

Sermo sacer ad ingressum Herulae Leopoldinae a Mosern in Parthenonen D. Ursulae Viennae.

Memoriale Aeternitatis, i. e. Meditationes Novissimorum hominis, et exercitationes hominis christiani per actus virtutum ad salutem necessariarum. Viennae Kurzbeck 1759. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

KHABES Bernardus, Germanus, Viennae Austriae 21. Junii 1685. natus, et aet. 16. Societatem ingressus, 4 vota professus, totam vitam concionando impendit Posonii, Lincii, Labaci, Judenburgi, Leobii, Sopronii, Neostadii, Trenchinii, Budae; vir piissimus, diebus Veneris in memoriam Passionis Dominicae solo pane et aqua jejunans; Missione Indica non obtenta votum concepit, proxima erumpente peste ea infectis serviendi; quod cum Belgradi contigisset, eo Moderatorum obtenta venia volans, malo post strenuum obsequium praestitum correptus, in festo S. Xaverii victima charitatis obiit 1738. aet. 53.

Edidit:

Sermo sacer eucharisticus de anno 50. recuperatae a Turcis Budae. ib. Nottenstein 1736. fol.

(Gesta et Scrip. Prov. Austr.)

KHELL Josephus de Khellburg, Germanus Lincii in Austria 13. Aug. 1714. natus, et aet. 15. Societatem ingressus, cum humaniores litteras Clagenfurti quadriennio docuisset, et studia tam philosophica quam theologica insigni cum laude emensus esset, 4 vota professus et Theologiae Doctor, Philosophiam primum Lincii, tum in Collegio Nobilium Theresiano praelegit. Dein in Universitate Vindobonensi graecam et hebraicam linguam sexennio, Scripturam S. triennio tradidit. Anno vero 1758. in Collegium Theresianum reversus, Magistri sui in Numismatica, qua semper magnopere delectatus, Erasmi Frölichii pie defuncti locum suscepit, et Bibliothecae Garellianae Custos ac Historiae, Antiquitatum et Numismaticae Professor ad mortem usque fuit, quam vir apprime religiosus cum non minori pietatis quam eruditionis fama obiit 4. Nov. 1772. aet. 58. Plura de eo Denisius in Bibl. Garell. Tomo I. p. 12. ubi et libros ab eo editos recenset, qui latini omnes, sunt:

Sermo panegyrisus D. Joanni Theologorum Patrono dictus. Viennae Kurzbeck 1742. fol.

Sermo de Ser. Caroli Archiducis felicissimo Ortu dictus Viennae ad S. Stephani coram Sacra Regnorum Hungariae et Bohemiae Majestate. Viennae Kaliwoda 1745. fol.

Autoritas utriusque Libri Machabaeorum Canonico-Historica adserta, et Frölichiani Annales Syriae defensi adversus Commentationem historico-criticam God. Wensdorfii. Viennae Trattner 1749. 4.

Digitized by Google

Physica ex Recentiorum Observationibus accomodata usibus Academicis. Tomi II. Viennae Trattner 1751.54.55.57.4.

De Epocha Historiae Ruth Dissertatio. Viennae et Pragae Trattner 1756. 8.

Numismata Cimelii Caes. Reg. Austriaci studio de France et du Val. Cum Frölichio. Volumina II. Viennae 1755. fol.

Epicrisis Censurae Lipsiensis Cal. Jan. 1756. latae in Librum Vindobonae anno proxime elapso editum inscriptumque: Numismata Cimelii Caes. Reg. Austr. 1756. 4.

Ecloge Observationum in N. T. Libros. Decas I. Viennae et Pragae Trattner 1756. Decas II. 1757. 8. In prima est Dissertatio de demonio Sars.

Ad Perillustr. S. R. I. Equitem J. Joan. Hauerum Aug. a Cons. bell. Epistolae duae de totidem Nummis aeneis Nummophylacii Haueriani. Viennae Schulz 1761. 4. Editio altera cum Praefatione apologetica adv. Jos. Monsbergeri libellum. Viennae Trattner 1766. 4.

Erasmi Frölichii S. J. de familia Vaballathi nummis illustrata Opusculum posthumum. Accedunt Ejusdem adpendiculae duae ad Numismata antiqua a Cl. Vaillantio olim edita, editione altera restituta, curante Jos. Khell. Viennae Schulz 1761. 4.

Adpendicula ad Numismata Graeca Populorum et Urbium a Jac. Gesnero tabulis aeneis repraesentata, opera et studio Aloysii Com. Christiani e Coll. Theres. Viennae Schulz 1762. 4. dirigente Khell.

Thesauri Britanici Pars I. seu Museum Nummarium, complexum Nummos graecos et latinos omnis metalli et formae nondum editos, depictos et descriptos a Nic. Franc. Haym Romano interprete Aloysio Com. Christiani. Viennae 1672. 4. dirigente Khell.

Ejusdem Pars II. ex italico Nic. Fr. Haym. Viennae Trattner 1764. 4.

Adpendicula altera ad Numismata graeca Populorum et Urbium a Jac. Gesnero tabulis aeneis repraesentata. Viennae. Trattner 1764. 4.

De Numismate Augusti aureo formae maximae ex ruderibus Herculani eruto, et Praefationi Tomi II. Picturarum subjecto libellus. Viennae Trattner 1765. 4. et Neapoli eodem anno in 4. cum Dedicatione ad Ministrum Tanucci; et integrum in Novis Actis Eruditorum 1765. Dec.

Epicrisis observationum Cl. Bellay Acad. Paris. in Nummum Magniae Urbicae Aug. Honoris causa nobilissimae Academiae Hetr. Corton. (cujus Khell membrum fuit) inscripta. Viennae Kraus 1767. 4.

Ad Numismata Imperatorum Romanorum aurea et argentea a Vaillantio edita, a Cl. Baldinio aucta, ex solius Austriae utriusque, aliisque aliquibus Museis Supplementum a Julio Caesare, usque ad Comnenos se porrigens. Viennae Trattner 1767. 4.

Mnemosyna ad Rem Numismaticam. Viennae. Kurzbeck 1771. 8.

Quatuor Epistolae circa duos Nummos ad Dnum Murr in ejus Journal T. V. p. 315.

Vita ejus ante Opusculum de Familia Vaballathi. — germanice Viennae 1762.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Saxius. Messel. Denis in Bibl Gurell. Rotermund.)

KIFFER Antonius, Germanus, ad S. Hyppoliti in Austria 11. Oct. 1679. natus, et aet. 16. Societatem ingressus, Graecii Poesim nondum Sacerdos docuit, et per totam paene vitam in Hungaria et Transylvania concionatus, Collegium Styrense rexit. Quod vero labente licet corpore, animus integer esset, et animarum zelo ardens, Belgradum peste grassante petiit, et anno nondum exacto in servitio infirmorum victima charitatis cecidit 30. Apr. 1739. aet. 60.

Edidit latine:

Epistolae Heroum et Heroidum ex Augustissima Domo Austriaca aut huic addictarum personarum. Carmen. Graecii Widm. 1705. 12.

(Gesta et Scripta Prov. Aust.)

KINICH Joannes Hieronymus, Germanus origine, natus Venetiis 1582. aet. 25. Romae in Societatem cooptatus jam Philosophiae Magister, Juris utriusque Doctor et multarum linguarum insigniter peritus, nuncupatis 3 solemnibus votis, hebraicam et arabicam in Collegio Romano docuit annis 4, Dilingae, Ingolstadii, Pra-

Digitized by Google

gae, Viennae una cum Mathesi annis 15. et Operarius in Templo sedulus pie obiit Viennae 17. Febr. 1646. aet. 64.

Extat ejus brevis:

Methodus faciendi horologia horizontalia italica per numeros; italice vulgata per Joan. Franc. Palmerium. Senis Gori 1620. 8.

(Sutrell. et Script. Univ. Vienn.)

KIRCHVOGEL Michael, Germanus, Zizenstorfii in Austria 21. Mart. 1692. natus, et aet. 16. Societati adscriptus, 4 vota professus et Philosophiae Doctor, Rhetoricam Graecii, Ethicam Graecii et Viennae, Philosophiam triennalem Lincii docuit; in Domo Annaea Socium Magistri Novitiorum egit, ac variis muneribus perfunctus pie obiit Trenchinii 24. Maji 1736. aet. 44.

Edidit latine:

Prolusio de vera felicitate. Graecii Widm. 1723. 12.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

KIRINA Franciscus de Paula, Hungarus, in monte Panonniae 19. Sept. 1732. natus, et aet. 16. Societatem ingressus, et 4 vota professus, Taurini domesticos in humanioribus instituit ultimo sexennio et edidit latine:

Eucharisticon Benedicto Sajgho Archi-Abbati vota Deo secundum profitenti. Carm. eleg. Tyrnaviae 1767. fol.

In natalem M. Theresiae Augustae Elegia nomine Convictus S. Adalberti. Tyrn. 1769. fol.

(Paintner.)

KIRIS Franciscus, Hungarus, 22. Junii 1659. natus, et aet. 18. Societati adjunctus, 4 vota professus, et utriusque facultatis Doctor, in Tekeliana illa vexatione plurima pro Dei honore et animarum zelo perpessus est; nam et diutius sine tecto et cibo veste aliena indutus latuit, nudis pedibus per occulta viarum mortis periculo se subducens; et in carcere pro alio morti pro fide destinato ipse se victimam obtulit. Rector dein Trenchinii, ubi simul Magister Novitiorum, Tyrnaviae, ubi simul Academiae praefuit, et bis Posonii, ubi simul primo Hungariae S. Antistiti usque ad mortem a sacris consiliis fuit. Corpus asperrime habuit, flagris, ciliciis et tunica pilis horrida in dies excrucians. Prodidit se ejus sanctitas, cum non semel Trenchinii et alibi ad Aras operans humo elevatus et radiis corruscus esset visus, et a morte, quam Posonii 9. Apr. 1736. aet. 77. oppetiit, vultus ejus amoenus et ridenti similis comparuisset, adeo ut effigies ejus et reliquiae passim expeterentur.

Edidit Poesim docens latine:

Somnium Xaverii. Tyrnaviae typ. Acad. 1686. 8. oratione soluta et ligata.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

KIRWIZER Wenceslaus Pantaleon, Germanus, Cadanae in Bohemia 1588. natus, et 1606. in Provinciam Austriacam receptus, cum Graecii anno uno Mathesim docuisset, anno 1618. cum P. Nicolao Trigaultio in Orientem profectus, Goae aliquantum commoratus, 1620. Macaum in Sina et hinc in Japoniam navigavit, qua in vinea cum paucis annis laborasset, Meaci 22. Maji 1626. aet. 38. pie in Domino obdormivit.

Sunt ejus:

Observationes Cometarum anni 1618. in India Orientali a Nostris factae. Aschaffenburgi 1620. 4.

Litterae de Martyrio P. Jo. Bapt. Machardi S. J. an. 1617. in Japonia passi. Antverpiae 1622.

Annuae Litterae e Sinis. Macao 25. Nov. et 27. Oct. 1625.

Praeterea in celeberrima Bibliotheca Exc. Comitis Ant. Aponi sequentes Epistolae propria Autoris manu scriptae servantur:

Epistola ad P. Guilielmum Lamormaini S. J. Confessarium Ferdinandi II. Rom. Imp. Dunkerka 6. Maji 1616. qua iter suum Graecio in Styria per Germaniam describit.

Epistola ad eundem Dunkerka 20. Maji 1616. qua ulterius iter suum Dunkerkam usque describit.

Epistola ad Serenitatem (quae non nominatur) Conimbrica 8. Mart. 1617, qua diversa ex utrisque Indiis, quae hic comperit, Missionos etiam attinentia, renuntiat.

Digitized by Google

Epistola ad Joannem Deker S. J. Goa 7. Jan. 1619. qua quaedam ad Geographiam et Astronomiam spectantia, et se brevi cum P. Trigaultio in Sinam abiturum refert.

Epistola ad P. Guil. Lamormaini Goa 21. Febr. 1621, qua quaedam de Missionibus et de bello civili in his regionibus scribit.

(Sotvell. Petael. Aposi.)

KIS Emericus, Hungarus, Tyrnaviae 3. Nov. 1631. natus et aet. 17. Societati insertus, amoenioribus et severioribus, et his quidem Graecii egregie excultus, 4 vota professus post traditas aliquamdiu humaniores litteras mox Aulae Rakoczianae addictus est, ut Principibus recens ad Sacra Romana traductis conscientiae arbitrum, concionatorem et simul per viciniam Missionarium ageret; quo in munere cum 17 annis summas inter molestias et praesentia vitae pericula versatus esset, Viennae cum degens a Turcis oppugnaretur, et militi vulnerato inter telorum et globorum jacula diu noctuque assistens, pestilentem demum febrim contraxit, qua piissime obiit 25. Oct. 1683. aet. 52.

Scripsit contra heterodoxos tacito nomine hungarice varia opuscula quae sunt:

Discipulus defensor honoris Professoris sui de Societate contra Calvinistam Praedicantem. Cassoviae typ. Acad. 1663. 8.

De Calvinisticarum Consequentiarum inepta contra Calvinisticos Professores Patakinenses. Cassoviae 1665. 12.

Utrum ante Calvinum unquam extiterit alibi moderna Calvinistarum secta. Cassoviae 1666. 8.

Refutatio Professoris Calvinistici, asserentis ante Calvinum extitisse omnes articulos Calvinisticos ad salutem necessarios. Cassoviae 166L.

Contra Professorem Calvinisticum miscentem chartifolia cum rebus fidei. Cassoviae 1666. 12.

Apologia pro libello, quod Calvinistae frustra laborent ostendere, suam sectam totaliter extitisse ante Calvinum. Cassoviae 1667. 12.

Quod Professor Calvinisticus in demonstratione Calvinisticae vetustatis succumbat. Cassoviae 1667. 8.

Quod ultimo deficiat Professor Calvinisticus in demonstranda sectae suae vetustate. Cassoviae 1668. 8.

Dux veraefidei. Tyrnaviae typ. Acad. 1668. et 1681. 8.

Oratio funebris in solemnibus Exequiis Celsissimae Principis Sophiae Battori. Cassoviae 1680. 4. ut et Cels. Transilvanicae Principis Rakotzi aliaeque Rakotzianae.

(Sotvell. Gesta et Scripta Prov. Austr. Propylaeum. Hornayi).

KISLINGER Franciscus Xav., Germanus, Münzkirchii in Bavaria 2. Dec. 1691. natus, et aet. 22. in Provinciam Austriacam receptus, 4 vota professus et Philosophiae ac Theologiae Doctor, Rhetoricam primum Graecii, tum ibidem et Viennae Philosophiam et Theologiam pluribus annis, ac demum Lincii, cum scholis altioribus sexennio praefuisset, pie obiit 11. Oct. 1760. aet. 69.

Edidit latine:

Exercitationes theatrales. Graecii Widm. 1728. 12.

Generalis temporum notio ab Orbe Cond. usque ad annum Christi 726. Graecii 1736. 8.

Notitia Imperii Moscovitici. Graecii 1737. 12.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

KISSENPFENNING Christophorus, Germanus, Viennae Austriae 1621. natus, aet. 18. in Societatem cooptatus, litteris altioribus Graecii egregrie excultus et 4 vota professus, cum humaniores litteras aliquot annis cum laude docuisset, destinatus jam ad Philosophiam tradendam, sed quo fervens ejus animorum zelus anhelabat, concionandi muneri admotus, eo spiritu simul et gratia dixit, ut terrori haereticis, amori Catholicis esset, et Operarius zelosissimus pie obiit Posonii 12. Dec. 1663. aet. 42. funus ejus praematurum omnis ordinis et sexus hominibus complorantibus.

Edidit latine:

Digitized by Google

Epigrammata tacito primum, dein multorum postulatu praefixo nomine. Graecii 1655. Plura recusa in Analectis Kleinii T. II.

Ludus Epigrammaticus. Tyrnaviae 1666. 8.

Idea Lutheranismi ex Lutheri libris concepta. Viennae Jac. Kürner 1661. 1700. 12. germanice.

(Sotvell. Propylaeum. Bibl. Preml.)

KLAUS Franciscus Xaverius, Hungarus 5. Sept. 1738. natus, Tyrnaviae 1756. absoluta Philosophia in Societatem receptus, et cum solveretur Ordo Concionator festivalis Sopronii dein Posonii in Ecclesia Cathedrali, ac demum Capellanus apud cohortem nobilem Caes. Reg. Hungaricam Viennae, demum obiit Budae 1797. aet. 59.

Edidit germanice:

Conciones polemicae XXII. Posonii Pazko 1775. 4.

Sermo, cum Societas S. Ursulae centesimum annum adventus sui ageret Posonii. ib. 1776. 4.

Panegyris de S. Joanne a Deo. Posonii 1777.

Sermo erumpente bello Borussico. Posonii 1778.

Cur Clerus in terris Austriacis Candidatos non habeat. Viennae Ghelen 1785.

Timoleonis Cheminais S. J. Cogitationes spirituales e gallico versae. Viennae Schmidt 1786.

Timoleonis Cheminais S. J. Conciones universae e gallico versae tomi V. Augustae Vindel. 1788. 8.

Relatio de conversione D. Joannis Theyer Ministri protestantis in Boston Americae septentrionalis e gallico. Viennae Ghelen. 1788.

Doctrina christiana in forma lectionum spiritualium e gallico. Viennae Grund. 1789.

Sermo post supremum supplicium reorum criminis status habitus. Budae 1795. 8.

Sermo initio Jubilaei in Ecclesia parochiali habitus. Budae 1795. 8.

(Bibl. Sacchen. Pointner.)

KLAUS Ignatius, Francisci frater, Hungarus, Posonii 30. Aug. 1717. natus et aet. 17. Societati insertus, 4 vota professus, Philosophiae et Theologiae Doctor, illam Viennae et Jaurini, hanc Tyrnaviae, Budae, Jaurini ac Cassoviae docuit. Rector dein Sopronii, Neosolii, Ginsii, post solutam Societatem obiit Posonii 10. Nov. 1791. aet. 74.

Edidit latine:

De Tabaco Georgicorum Libri duo. Carmen didascalicum. Tyrnaviae typ. Acad. 1744. 8.

Dialogi tres de celeritate gravium cadentium. Graecii 1754. 8.

Philosophia universa. Jaurini. 4.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Pointner in Zamagnae anni aere. Bibl. Theres.)

KLAUS Michael, Hungarus, Ignatii et Francisci frater, Posonii 26. Jan. 1719. natus, et aet. 17. in Societatem susceptus, 4 vota professus, Philosophiae ac Theologiae Doctor, Mathesim primo Budae et Cassoviae, tum Philosophiam biennalem Budae, in Universitate Vindobonensi bis ac demum quarta vice in Collegio Nobilium Theresiano praelegit. Tyrnaviae dein Canones tradidit, Budae simul altioribus scholis praefuit, Jaurini Theologiam exposuit ac ab anno 1767. Posonii librorum Censor sublato Ordine obiit Viennae 1. Dec. 1792. aet. 73.

Edidit latine:

Brevis Introductio in Philosophiam, comprehendens tum doctrinam ad excipiendis disciplinae hujus placita praevie opportunam, tum Historiam Philosophiae accomodate ad auditores digestam. Viennae Trattner 1757. 8.

Prima ac generalis Philosophia quinque partibus comprehensa, doctrina primarum veritatum, Ontologia etc. seu Logica et Metaphysica. Viennae Trattner 1755. 8.

Philosophia naturalis seu Physica generalis et particularis. Tomi II. Viennae 1756. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Menel.)

KLEIN Carolus, Germanus, Viennae Austriae metropoli 13. Maji 1710. natus, aet. 17. in Societatem admissus et 4 vota professus, humaniores litteras, in quibus praecipue eminuit, Jaurini, Szakolzae et Leobii Repetentes pluribus annis docuit;

Digitized by Google

tum quod atritide digitorum usu fere penitus orbatus esset, Ministrum in Collegio Nordico Lincii, dein ad 8. Annae Elucubratorem poeticum, Neostadii Historiographum egit, ac demum pie obiit Lincii 19. Febr. 1764. aet. 54.

Edidit latine:

Commentarius rerum gestarum Lud. Andreae Comitis a Khevenhüller. Viennae 1740.

Oratio in laudem Leopoldi Comitis Daun, Exercitusque, cui praefuit, Caes. Regii, a. 1757. ad Choemicium de Borussis victoris. Addita Comitis Marescalli Narratio Choemiciensis pugnae ex Novis Ratisbonensibus in latinum versa. Viennae. Trattner. 1758. 4.

Analecta poetica Provinciae Austriae Societatis Jesu, interpretatione et notis illustrata. Pars I. Epigrammata. Viennae 1755. 8. Pars II. Epica. ib. 1737. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

KIEMBACZI Joannes, cujus latine:

Anicius, Manlius, Torquatus, Severinus, Boetius. Orationes V. 1700.

(Paintner.)

KLIMER Josephus, Germanus, Viennae Austriae 8. Sept. 1675. natus, et aet. 15. Societati adnumeratus, 4 vota professus, et utrinsque facultatis laurea insignitus, Missionis Indicae loco, quam expetiit, castrensem in Hungaria obtinuit, zelumque suum innumeris superatis molestiis, tum alibi tum maxime in obsidione Belgradi exercuit, ubi inter globorum imbrem, ictus et ipse, sauciis et moribundis adstitit. Affecta valetudine Philosophiam primum, tum Theologiam Clagenfurti, Viennae, Graecii et Tyrnaviae docuit. Tum ad castra redux eosdem labores Essekini in Sclavonia pertulit. Rursus Tyrnaviae Theologiam tradidit tanta perspicacia, ceu nunquam se a scholis retraxisset, et Tractatum de Deo mira subtilitate omnibus paene libris destitutus scripsit. Hinc per rebellionem migrare coactus, Viennae, tum Sopronii, ubi obsidionem pertulit, Passavii ac demum Clagenfurti leges sacras tradidit, ubi lethali morbo correptus, morte nil territus, placidissime expiravit 3. Jan. 1712. aet. 55.

Edidit:

Ilias nuci inclusa h. e. D. Austriae Tutelaris Josephus symbolica paraphrasi elegiisque adumbratus. Viennae 1694. 12.

Hebdomada Theopolitici ad mentem Marci Antonini Imp. exacta. Viennae 1695. Cosmerov. 8.

In Annuis Provinciae litteris plures ejus Commentationes laudantur.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

KLINGSHEIM Christophorus, Germanus, de quo nihil constat, nisi quod Philosophiam docuerit, et ediderit latine:

Amalthaeum philosophicum vario carmine. Viennae Jo. Jac. Kürner 1650. 4.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

KLOBUSICKI Petrus, Hungarus, Posonii 26. Junii 1752. natus, absolutis studiis philosophicis aet. 17. Tyrnaviae in Societatem receptus Jaurini Humaniora, Tyrnaviae Mathesim repetiit et abolito Ordine finitis maxima cum laude theologicis Studiis Canonicus primum Coloczensis dein Episcopus Szatmariensis creatus et anno 1822. ad sedem metropolitanam Coloczensem translatus est. Interfuit eodem anno Synodo Nationali Posonii a Primate Rudnai, viro vere apostolico adornata, magnasque in ea partes habuit et in prima Sessione pro restituenda in Hungaria Societate Jesu, tanquam optimo ad universalem reformationem medio declamavit, cui omnes sine mora nullo excepto assenserunt. At vero hujuscemodi Conclusum uti omnia reliqua hujus Synodi Decreta ad effectum non perducta sunt. Obiit Coloczae 2. Julii 1843. aet. 91.

Edidit hungarice:

Oratio funebris de Antonio Comite Carolyi. Pestini 1792. fol.

Orationes funebres. Magno-Varadini.

KNALL Joannes Bapt. Hungarus, Ginsii 1. Maji 1723. natus, Ginsii 1742. in Societatem admissus et 4 vota professus, Eloquentiam S. anno uno Tyrnaviae docuit, ac per annos aliquot tum in patriatum Viennae in domo professa Concionatorem hungaricum egit; Superior dein Gyöngyösini, ac Cassoviae Convictus Nobilium Re-

Digitized by Google

gens, sublato Ordine obiit Cassoviae 3. Mart. 1793. aet. 70.

Edidit Magister Rhetoricam docens latine:

Christiana fortitudo Regiae Stirpis Sung in Regno Sinensi Elogiis illustrata. Cassoviae typ. Acad. 1751. 8.

Oratio pro Convictus Regii primo ingressu. Tyrnaviae 1756. 4.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Paistorr.)

KNAUER Joannes Jacobus de, Germanus, Strassfridae in Carinthia 1740. natus, et aet. 16. Societati inscriptus, Sacerdos factus Labaci biennio Poesim et Rhetoricam docuit, quod cum sublato Ordine, aliquot annis continuasset, demum Canonicus Labacensis.

Edidit germanice plures odas pro occasione data; et Orationes quasdam Ciceronis a se versas. Labaci 1779. 8. — pro Milone ib. 1773. 8.

KNECHTL Christophorus, Germanus, Stainzii in Styria natus Societatem ingressus est 1706. At vix absolutis studiis Sacerdos factus, cum Graecii Poesim doceret, pie, etsi praemature obiit 4. Jul. 1720.

Edidit latine:

Auspicia Universitatis Graecensis. Graecii Widm. 1720. 12. Carmen.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

KOBAULUS Andreas, Germanus, Carniolus in Cirknitz natus 1593. aet. 19. Societatem ingressus, et 4 vota professus Rhetor et Mathematicus praestans, utramque scientiam Graecii in Styria tradidit, rexit Collegium Judenburgense et Sopronienſe et multis annis sedulus in templo Confessarius pie obiit Tergesti 12. Febr. 1654. aet. 61.

Scripsit latine:

Vindiciae Astronomicae theticae pro Dionysio Exiguo contra eximios chronographos de Aera Vulgari Dionysiana. Viennae. Greg. Gelbhaar. 1643. 4.

Ex italico latine vertit:

Vita B. Joannis Dei, fundatoris fratrum Misericordiae, tacito nomine. Viennae. Heyinger. 8.

(Sotwell.)

KOBLER Andreas, Germanus, 22. Junii 1816. Mühldorfii in Bavaria natus, absolvit Philosophiam et Theologiam in Universitate Monacensi et impendit se singulari diligentia studio Historiae et linguarum orientalium. Factus sacerdos in Archidioecesi Freisingensi quatuor annos in cura animarum transegit simulque studiis litterariis vacavit. Anno 1844. Graecii in Styria ingressus est tyrocinium Societatis, quo absoluto et repetitis studiis exorta procella revolutionis anni 1848. missus est in Americam septemtrionalem ibique Missionarium in nova Canada egit; brevi vero in Collegium Neo-boracense vocatus ibi per plures annos Professor fuit partim Theologiae dogmaticae partim sublimioris Matheseos, donec 1854. in Austriam revocatus est, ut in Studio domestico Posoniensi Professorem Physices et Matheseos agat.

Scripsit ante ingressum in Societatem:

Documenta ad Historiam, ad formandum judicium et ad defensionem Societatis Jesu pertinentia, ex gallico in germanicum versa. Ratisbonnae 1841. 8.

Concio Monachii habita de influxu et utilitate Ordinum religiosorum. Monachii 1842. 8.

KOCH Franciscus Borgias, e provincia Austriaca, Missionarius in India Orientali; cujus:

Epistola ad R. P. Antonium Mordax, Rectorem et Magistrum Novitiorum Viennae ad S. Annae Goa circa 1706. de itinere suo Goam usque et proxime instituendo in regnum magni Mogoris et Thibet. — germanice in Stöcklein P. V. n. 117.

KOEGEL Adamus, Germanus, Styrae in Austria 8. Dec. 1707. natus, et aet. 16. Societatem amplexus, absolutis studiis Concionator primo matutinus Viennae ad S. Annae et in Domo professa, tum Lincii triennio in paraecia dominicis et in quadragesima dixit, Missionarius dein in Freystein prope Leobium, Procurator in Domo professa, Superior Traunkirchii, Praeses Congregationis civicae in Domo professa, ac demum Superior Budae in Aquatica pie obiit 11. Oct. 1772. aet. 65.

Digitized by Google

Edidit germanice:
Panegyris de S. Thoma Aquinate. Viennae 4.
Funebris Excell. D. Comiti ab Harrach dicta in Aschau loco sepulturae hujus familiae. Lincii Feichtinger 1746. fol.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

KOEGL Josephus, Germanus, Tyrnaviae 1691. Poesim docens
Edidit latine:
Lauri triumphales herois Regni Apostolici propugnatoribus jam dudum debitae. Carmine heroico contextae. Tyrnaviae typ. Acad. 1691. 12.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

KOENIGSPERGER Laurentius, Germanus, Osterhoffii in Bavaria 1. Jan. 1669. natus, et aet. 17. Passavii in provinciam Austriacam receptus, nondum Sacerdos Tyrnaviae Poesim, Graecii Rhetoricam docuit; et Sacerdos factus Missionarium mox ferventissimum egit, et pietatis in Divos eximiae, in se asper et severus, in flore aetatis occubuit Leobii 8. Sept. 1701. aet. 32.
Edidit Magister:
Sacra Heroum Juvenum Spectacula in amphitheatro virtutis exhibita cum symbolis. Tyrnaviae typ. Acad. 1694. 8.
Descriptiones Oratoriae rerum memorabilium inclyti Ducatus Styriae. Graecii Widm. 1696. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

KOERMENDI Emericus, Hungarus, Cseistae 5. Nov. 1670. natus, et aet. 15. in Societatem adlectus, 4 vota professus, vitam omnem, indefessus operarius, concionando et Missiones obeundo exegit, quas nec cum Collegium Claudiopolitanum aut alias domos regeret, in pagos circumsitos intermisit, Christi morientis Cultor eximius, cujus honori etiam Claudiopoli montem Calvariae erexit, ubi quinquies etiam in die dixit. Denique ibidem 3. Maji in festo Exaltationis S. Crucis an. 1733. aet. 63. piissime obiit.
Edidit libellos precibus et monitis spiritualibus refertos. Claudiopoli typis Acad. Inter quos:
Subsidium spirituale triplex vivorum, aegrotantium et mortuorum, in usum piorum fidelium, praesertim Partheniae juventutis. 1732.
Cibus electus. Hab. 1. sive selectae orationes et hymni etc. 1732.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Paintner.)

KOESSLER Josephus, Germanus, 16. Martii 1711. Brixiae in Comitatu Tyrolensi natus, et aet. 17. in provinciam Austriacam receptus, 4 vota professus, Philosophiae ac Theologiae Doctor, illam Graecii quadriennio, Viennae triennio docuit; tum ibidem Theologiam moralem anno uno, et in Collegio Theresiano simul Praefectus altiorum scholarum Jus Pontificium triennio, atque id ipsum octennio in Universitate Viennensi docuit. Rector dein Lincii, tum Judemburgi, ubi simul Patres tertiae probationis instruxit, tum Praepositus domus professae, denique totius provinciae, quo in munere singularem prudentiam in causis difficillimis coram ipsis Judiciis politicis ostendit. At eo non penitus perfunctus, cancri specie gingivam corrodente, vir piissimus in schola etiam patientiae insigniter probatus, summo totius provinciae moerore in Collegio Viennensi obiit 3. Jan. 1771. aet. 60.
Edidit latine:
Dialogi physici de Motu ex opere gallico P. Natalis Regnault S. J. excerpti. Graecii Widm. 1746. 8.
Geometria extemporanea, sive Praxis expedita et facilis omnes geometricas mensurationes perficiendi. Viennae Kaliwoda 1749. 8.
Corollaria curiosa ex Catoptrico-Dioptricis collecta principiis. Viennae id. 1750. 8.
Dissertationes de Jure Pontificio.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Mensel.)

KOESZEGHI Joannes, Hungarus, 2. Julii 1696. natus, aet. 17. Societati addictus, 4 vota professus et Philosophiae Doctor, et hanc et Theologiam diversis in locis docuit, Concionatorem et Missionarium egit, Collegium Quinque-Ecclesiis rexit, Convictus Sopronii Regens pie obiit 29. Martii 1750. aet. 54.
Edidit latine:

Digitized by Google

Magni Manes Transylvaniae Principum stylo elegiali. Claudiopoli typ. Acad. 1722. 12.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

KOESZEGHY Ladislaus, Hungarus, absoluta Budae Philosophia 1766. Trenchinii in tyrocinium receptus, an. 1773. dum tolleretur Ordo, nondum Sacerdos Quinque-Ecclessiis Rhetoricam et Poesim docuit. Audita dein Theologia Sacerdos factus, demum 1801. Episcopus Csanadiensis pie obiit.

Est ejus latine:

Lessus funebris Magni Ecclesiarum Antistitis Georgii Klims. Graecii 1777. 4.

Homilia per occasionem Visitationis Canonicae habita, et cum versione germanica a Georgio Stocker Parocho Neobessonoviensi edita. Temesvarini typis Jos. Car. Klapka 1811. 4.

Applausus dum Ill. ac Rev. D. Emericus Christovics solenni ritu Praesul inauguraretur Csanadiensis Ecclesiae. Graecii 1777. fol. Carmen.

(Paintner.)

KOEVER Andreas, Hungarus, Ersek Uyvarini 12. Mart. 1699. natus et aet. 14. Societatem ingressus, 4 vota professus, diversis patriae locis concionatus, pluribus domibus praefuit, pieque obiit 1765. aet. 66.

Edidit latine:

Epistolae Heroum et Heroidum Hungariae Carm. eleg. Cassoviae 1725. 8.

Palaestra litteraria super argumenta polemico-moralia oratorie disputans. Cassoviae 1726. 12.

Oratio de SS. Virginis intaminato Conceptu. Tyrnaviae 1728. 4.

(Paintner.)

KOFFLER Andreas Wolfgangus, (a Lusitanis Andreas Xavier dictus) Germanus, Austriacus Cremsensis, Missionarius in India orientali et dein in China 1661. pro fide trucidatus est, ut refert Joan. Nadasi in Epistola Roma 1662. data.

Cujus sequentes Epistolae, solius tamen Andreae Xavier nomine subscriptae:

Epistola ad R. P. Provincialem Austriae Goa 27. Jan. 1640. Est fusa descriptio itineris Ulyssipone Goam cum pluribus Sociis, qui nominantur, et quorum duo in mari mortui.

Epistola ad R. P. Michaelem Sumereker Praepositum Domus professae Viennae ex Surrate 19. Nov. 1641, qua ait se morari hic, dum in Chinam eundi occasio pateat.

Epistola ad R. P. Provincialem Austriae Joannem Rumer ex Batavia 3. Dec. 1642, qua ait se vento contrario detineri, et de novis Martyribus in Japonia scribit.

(Bibl. Apon.)

KOFFLER Joannes, Germanus, Neo-Pragae in Bohemia 19. Junii 1711. natus, et aet. 15. Societatem ingressus, ab anno 1740. Missionarius in Cochinchina et septennio Medicus Regius; et anno 1753. in secunda persecutione in captivitatem abductus, biennio post Cochinchinam deseruit. In Europam eodem anno 1755. relegatus, Ulyssipone in arce S. Juliani detentus, et ex captivitate hac demum cum aliis Sociis postulante M. Theresia Augusta 1767. dimissus, Viennam concessit, ubi in Provinciam Austriacam receptus et ab Augusta, quae cum privato et familiari colloquio non semel dignata est, in Transylvaniam est missus, ubi Missionarii nationis saxonicae jam vagi jam stationarii munere ad mortem usque perfunctus, sancte, ut vixit, obiit Decembri 1780. aet. 69. sepultus cum Insignibus, quae moriens manibus arctissime tenuit, Crucifixo, Corolla Mariana et Libello Regularum Soc. Jesu. — Confecit in carcere Juliano 1766. descriptionem Cochinchinae, quam P. Laurentius Kaulen 1789. Dno a Murr, isque 1798. Bibliopolae Sandero Berolinum misit. P. Kaulen in Epistola sua ait, se historiam hanc ex autographo germanico descripsisse, omissis, quae ad historiam non pertinebant; P. Anselmus Eckart vero in ordinem redegit, abbreviavit, complevit, ab eoque haud dubie latine reddita prodiit: Joannis Koffler Historica Cochinchinae descriptio in epitomen redacta a P. Anselmo Eckart S. J. edente Christ. Theoph.

Digitized by Google

Murr cum Autoris Epistola Cibinio ad Eckartium 9. Maji 1779. data. Norimbergae 1803. 8. pag. 126.

Elogium Francisci de Cunha, Sinensis, Soc. Jesu Scholastici, in carceribus lusitanicis defuncti. (Murr Journal T. VIII.) p. 247.

In Stöcklein vero Epistolis Indicis sequentes ejus ex Cochinchina scriptae Epistolae continentur germanice:

Epistola ad R. P. Josephum Ritter S. J. Confessarium Reginae Lusitaniae ex Mucoico 18. Maji 1744, qua refert, se eo a quibusdam Mandarinis artis medicae causa vocatum curationes non corporales solum sed et spirituales fecisse, et rem christianam hac via multum defendisse. (Parte XXXVI. n. 711.)

Epistola ad eundem ex Sinoa Residentia Regis Cochinchinae 7. Jul. 1747. qua narrat se in P. Caroli Salamenski locum ad Aulam vocatum, statum rei christianae in hoc regno tutum non esse, minus in Tunkino et Camboja.(Ib. n. 714.)

Epistola ad eundem ex Sinoa Junio 1749. qua periculosum Missionis hujus, ut et Sinensis statum describit.](Ib. n. 717.)

Epistola ad Excell. D. M. Theresiam Com. de Fugger ex Sinoa 30. Jul. 1751, qua refert, se solum in Cochinchina, expulsis ceteris Sociis, superesse, et rem christianam mille inter pericula et adversitates studere conservare. (Ib. n. 721.)

Epistola ad eandem ex Cochinchina 20. Jul. 1752, de nova persecutione et Christianorum partim constantia partim defectione, quorum plures ad poenitentiam reduxit, et de sua ex gravi infirmitate ope S. Barbarae restitutione.

Laboravit etiam in fusiore de rebus Transylvanicis relatione, quam tamen morte interceptus ad finem non perduxit.

(Gött. Gel. Anz. 1806. Stöcklein. Murr Journal. Rotermund.)

KOGLER Antonius, Germanus, Viennae in Austria 25. Febr. 1673. natus, absoluta jam Philosophia Societatem aet. 20. adiit, et 4 vota professus ac Philosophiae Doctor, Viennae Poesim et Rhetoricam biennio, Lincii Philosophiam ac diversas Theologiae partes docuit. Hinc in Saxoniam missus, ut Principi Augusto ab epistolis esset, et eum ad Catholicam fidem traduceret, in difficili hoc munere tanta dexteritate versatus est, ut et finem desideratum obtineret, et nemo, ipsum e Societate Jesu esse comperiret. Vixit haec inter semper piissime et paupertatis votum exacte complevit, ac demum post plures annos ibidem transactos placidissime obiit Dresdae 2. Maji 1721. aet. 48.

Edidit latine:

Corona stellarum duodecim Natae Reginae Angelorum, eleganti carmine cum symbolis. Graecii Widm. 1697. 12.

Quinque Spectacula poetica Parnassi Viennensis. Viennae Leop. Voigt 1704. 8.

Mausolaeum Caesarum Austriacorum opertum in funere Leopoldi Magni Caesaris Viennae id. 1703. 12.

Manuale Ethicum, seu Monita et Exempla Vitae humanae. Viennae Voigtin 1706. 12.

Reliquiae ethicae politicae ex Batrachomiomachia Jacobi Balde S. J. Viennae. 1708.

Denique post mortem ejus repertus fasciculus piarum exercitationum, quem in usum suum congessit.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

KOGLER Joannes Bapt., Germanus, Graecii in Styria 9. Junii 1737. natus, et absoluta Philosophia in Societatem receptus, ac 4 vota professus, Cassoviae Ethicam docuit, et soluto Ordine Judenburgum in Styriam se recepit.

Sunt ejus germanice:

Concio in Festo Epiphaniae. Cassoviae 1773. 4.

Panegyres de SS. Petro et Paulo Apostolis, S. Stephano Protomartyre, S. Francisco Xaverio, S. Vincentio Ferrerio, S. Elisabetha, B. Angela Ursulinarum Fundatrice. Cassoviae 1772. et 1773. 4.

Concio Dominica II. Adventus. Ibidem 1773. 4.

(Bibl. Strehen.)

KOLB Stephanus, Hungarus, Jaurini 31. Octobris 1684. natus Viennae Societati adscriptus, Cassoviae in quartum annum Theologiae auditor vix tertio probatus et 4 vota professus per totam vitam dum vires suppeterent in Hungaria Concio-

Digitized by Google

natorem et Operarium sedulum egit, pieque obiit Posonii 6. Oct. 1766. aet. 82. an. postquam raro in Societate exemplo quinquagenarium primum Sacrificium sacris undans deliciis persolverit.

Ejus germanice:

Fides in Deum, Regem et Regnum constans in mortem, et ter coronata in Exequiis Josephi Com. Ezterhàzy Jud. Cur. cum Inscriptionibus Cenotaphii. Oratio funebris. Posonii 1748. fol.

(Bibl. Szechen.)

KOLLER Josephus, Hungarus, Ovarini 14. Dec. 1703. natus et aet. 16. Societatem ingressus, 4 vota professus, Philosophiae et Theologiae Doctor Rhetoricam Tyrnaviae, Poesim et Rhetoricam Viennae, ibidem Ethicam, tum Cursum triennalem philosophicum Tyrnaviae docuit. Socius dein Magistri Novitiorum Trenchinii, Regens Seminarii B. Virginis Tyrnaviae annis singulis, et cum Casus Budae anno uno tradidisset, Poenitentiarius Hungaricus Romae quinquennio fuit. Redux casus docuit Viennae anno uno, tum vero Socius Provinciae Praesidis, Rector Jaurini et Posonii et ipse Praepositus Provinciae triennis singulis, ac demum in alterum annum Praepositus Domus professae, vir magnae eruditionis, prudentiae et pietatis, cum prope Viennam in Guttenbrunn fano celebri B. V. Mariae Sacerdoti Societatis primum Deo ad aras litanti hostiam assisteret, apoplectico ictus fulmine inter haec verba: Deus meus et omnia, repente concidit, atque ex ara in proximum cubile deportatus intra unius horae quadrantis spatium piissimè in Domino exspiravit 24. Julii 1766. aet. 63. ibidemque tumulatus est, splendido Epitaphio ab Episcopo Suff. Vien. honoratus.

Edidit latine:

Imago Heroum de Prosapia Palffiano et Erdödiana. Tyrnaviae typ. Ac. 1729. 8.

Cerographia Hungariae seu Notitia de Insignibus et Sigillis Regni Mariano-Apostolici. c. fig. Tyrnaviae 1734. 8. s. n.

Annus Austriacus seu Fasti Austriae in singulos anni menses metro et prosa in compendium digesti. Viennae. Voigt. 1736. 8.

Laudatio funebris Gundebaldi Stahrembergii, insignis Strategi Caesarei, herois fortitudine, consilio, religione maximi. Viennae. Heyinger 1737. 8.

Panegyricus S. Joanni Francisco Regis cum a S. D. N. Clemente XII. Pont. Max. Divorum Coelitum fastis adscriptus et in templo Academico ab Universitate solemnitas haec celebrata est. Viennae. Voigt. 1738. fol.

KOLLER Franciscus, a. 1694. Magister Tyrnaviae docuit et cum ejus mentio in Catalogo primo impresso 1718. amplius non fiat, intermedio tempore aut discessit aut obiit.

Est ejus latine:

Vox clamantis in deserto seu S. Joannes Baptista Orator efficax per Basilicam pro Collegio Tyrnav. honoratus. Tyrnaviae 1694. 8. prosa et metro.

(Paintner.)

KOLLER Ignatius, Hungarus, Soproniì Rhetor 1795. in Societatem adoptatus, absoluta Viennae Philosophia et Theologia Tyrnaviae, 4 vota professus, Viennae in Collegio Theresiano triennio Praefectum egit; tum Tyrnaviae Linguam S., Jaurini Mathesim, Cassoviae Eloquentiam, et Historiam S. docuit et Posonii et Soproniì scholis inferioribus praefuit. Socius dein Magistri Novitiorum Trenchinii, Posonii Revisor librorum, ac denique Jaurini Regens Convictus nobilium, soluto Ordine Canonicus Zagrabiensis et Praepositus infulatus, ex hoc Cisterciensis ad S. Crucis in Austria ibidem Novitius obiit.

Edidit latine:

De S. Regni Hungariae Corona, Commentatio. Quinque-Ecclesiis 1803. 4. c. fig.

Historia Episcopatus Quinque-Ecclesiensis. Tomi V. Posonii. 1782—1801. 4.

Prolegomena in eandem Historiam. Posonii 1804. 4. c. fig.

(Bibl. Teleh.)

KOLOSVARI Paulus, Transylvanus, Claudiopoli, 24. Nov. 1684. a patre Sociniano natus, severioribus disciplinis

Digitized by Google

excultus, jamque ad gravissimas res Socinianos inter componendas adhibitus, biennio Francisco Rakotzio a litteris fuit; quum ab eo in Moldaviam missus et a Martino Demetro Praeposito dein Albae regalis 1709. ad Fidem Catholicam conversus, ad quam postea etiam fratres duos traduxit, an. 1711. Societatem Jesu Viennae ingressus, et audita Theologia 4 vota professus, Claudiopoli primum, tum Tyrnaviae singulis trienniis docuit. Tum Missionibus apostolicis per Daciam et Hungariam se dedit, ubi contigit, ut cum in oppido S. Nicolai Crucifixi imaginem manu pro more tenens concionaretur, sanguis ex ea semel iterumque auditoribus attonitis defluceret. Demum viribus attritis Cassoviae piissime obiit 25. Apr. 1735. aet. 47. Elogia ejus in Memoria posthuma trium ex hungarica Societate virorum.

Edidit hungarice:

Laudatio funebris Georgio L. B. de Koller, Consiliario regio. Claudiopoli 1730. 4.

Institutiones christianae. Ibid. Recusae 1744. 12.

Via in Coelum. Ibid. tum Cassoviae. 1751. 12.

Libellus missionum. Tyrnaviae. Cassoviae. Budae. Claudiopoli 1749. 12.

Instructio de Actibus Virtutum Theologicarum. Claudiopoli. Tyrnaviae 1749. 12.

(Paintner.)

KOMAROMY Ambrosius, Hungarus, Cassoviae Rhetor 1759. susceptus, posito Viennae ad S. Annae tyrocinio et severioribus disciplinis Tyrnaviae excultus, Cassoviae 1773. Rhetoricam docuit, humaniores litteras etiam soluto Ordine tradere perrexit ad annum usque 1795. quo Exhortator academicus factus, pluribusque latinis carminibus editis se probavit, quare a Praemonstratensibus pro Professore Repetentium est expetitus.

Sunt ejus:

Laudes M. Theresiae Aug. Viennae. in Novis publicis.

Onomasticon Pio VI. P. M. ut et Leopoldo II. Augusto.

Syncharisticon Archiduci Maximiliano, Cassoviae hospiti.

Tribus Expaulinis, duobus Exjesuitis, Sacerdotibus quinquagenariis Applausus.

Genethliacon Archiduci Ferdinando Coronae Principi.

Salutatio ad Directorem regium Gabrielem Pechy et C. Ludovicum Török in Visitatione scholarum.

Odae duae occasione Insurrectionis indictae.

Inscriptiones plures, Chronographica, Symbola, Arcus triumphales, occasione illuminationis.

Fata Galliae per Gallum ex arbore libertatis cantata.

Elegiae lugubres in obitu M. Theresiae, Leopoldi II. et Alexandri Palatini.

Odae complures ad Budensem Musarum Sedem de Corona S. reducta in Regnum.

Elegia in Inauguratione L. B. Antonii Andrassy Episcopi Rosnaviensis.

Carmen jubilaeum Ladislao Kende, Abbati B. V. Mariae de Zeer Monastor, Canonico Cathedrali Magno-Varadinensi. Cassoviae 1801. fol.

Item R. P. Ludovici Molnar.

(Paintner.)

KONSCHAK Ferdinandus, Varasdini in Croatia Rhetor 1720. in Provinciam Austriacam receptus, ex tertio Theologiae an. Graecii factus Sacerdos, 1729. in Americam Septentrionalem abiit, et in Regno Mexicano usque ad annum 1761. zelosum Missionarium egit, quo cum ultimo in Catalogo Provinciae non nominetur, haud dubie pie obiit.

Est ejus:

Epistola ad P. Georgium Neumayr S. J. Confessarium Vice-Regis Neapolitani ex Vera Cruce in Sinu Mexicano 24. Apr. 1731. qua situm Civitatis hujus, mortem P. Joan. Klesinger etc. refert. — germanice in Stöcklein P. XXXVIII. n. 743.

KORNELI (Corneli) Joannes, Hungarus Kapuzani in Comitatu Trenchiniensi 14. Dec. 1686. natus et aet. 17. Societati adscriptus, 4 vota professus, Philosophiae et Theologiae Doctor, cum Rhetoricam Tyrnaviae anno uno docuisset, ibidem Philosophiae partes omnes quadriennio praelegit. Tum Tyrnaviae ac Cassoviae Controversias, Dogmaticam ac Scripturam S. novennio explanavit, Claudiopoli trien-

Digitized by Google

nio Praefectum altiorum Studiorum, Tyrnaviae Cancellarium biennio, ac Cassoviae annis undecim egit, ubi infelici per scalas lapsu, ab omnibus deploratus, piissime obiit 19. Nov. 1748. aet. 64.

Edidit latine:

Panegyrici Praelatorum et Magnatum Hungariae, qui Saeculo XVII. pro fide Dei et Regis vitam terminarunt. Tyrnaviae. typ. Acad. 1718. 12.

Decennium Georgii Szechenyi, Metropolitae Strigoniensis. Tyrnaviae 1721. 12.

Quinque lustra Georgii Lippai de Zombor Archiepiscopi Strigon. Tyrnaviae 1722. 12.

De Familia Czobor ac rebus ab ea gestis. Ibid.

Oliva pacis seu Theologia Catholica, indifferentem et alium quemvis errantem ad unicam Fidem salvificam et veram cum Romana Christi Ecclesia pacem deducens. Partes II. Claudiopoli 1732.8.

Opusculum polemicum contra Indifferentismum Puffendorfii. Cassoviae. typ. Acad. 1735.

Fragmenta Hungaricae Historiae ad Annum Christi 1663. Cassoviae 1738. 12.

— ad annum 1665. Ib. eodem.

Res gestae in Hungaria anno 1665. et quinque sequentibus. Cassoviae 1740. 12.

Fragmenta Hist. Hung. ab anno 1673. ad 1678. Tyrnaviae 1742. 12.

Fragmenta ad annum 1678. prosecutionem belli civilis auspiciis Emerici Tökelii et alias res gestas complexa. Cassoviae 1743. 12.

Dialectica seu Introductio in severiores disciplinas. Cassoviae 1744. 12.

Epitome Chronologiae Hungariae.

Theologiae Catholicae partes III.

Opuscula plura de rebus Hungariae magna industria elaborata in Msc. reliquit.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Hornyi. Bibl. Szechen. Hofermund. Paintner. Hae notitiae sunt magis exactae, quam quae habentur sub nomine Corneli.)

KOTTLAS Wenceslaus, Germanus, Teutobrodae in Bohemia 28. Sept. 1671. natus, Theologiae prima laurea ornatus, Territorii Patzetensis primus Curio, et ad Praefecturae sacrae Kuttenbergensis Infulas designatus, contemtis pro Christo omnibus Societatem in provincia Austriaca ingressus est act. 42. et examen pro professione 4 votorum ex demissione animi deprecatus, Schurzii Operarium indefessum tanto fructu fecit, ut ad Conciones ejus, in quibus ob bohemicae linguae elegantiam alter Cicero dictus, audiendas, et peccatorum ei confessiorem faciendam a 15 etiam milliaribus homines accurrerent. Demum Christi crucifixi Cultor eximius, diuturni morbi laboribus vexatus, piissime obiit Schurzii 4. Jun. 1744. aet. 73.

Vertit e latino in bohemicum libellum P. Francisci Molindes de Cultu quotidiano erga Jesum Crucifixum.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

KOVACS Florianus, Hungarus, Cassoviae 1770. in Societatem receptus, absoluta Viennae Philosophia cum Ordine solutus Theologia excepta Sacerdos factus, Episcopo Szattmariensi Petro Klobusicski Connovicio quondam suo adhaesit, a quo Canonicus, Praepositus major et Vicarius generalis est factus, cuique 1722. ad Sedem metropolitanam Colocensem translato in Episcopatu Sattmariensi successit.

Cujus latine:

Oratio funebris in Exequiis Caroli e Comitibus Eszterházi de Galantha, Episcopi Agriensis. Agriae typis Lycaei 1790. fol.

KOVACS Franciscus, Hungarus, in Dobronok 1. Novembris 1717. natus, 1734. in Societatem receptus et 4 vota professus, vir piissimus et zelosissimus per omnem vitam Concionatorem partim et Operarium, partim Missionarium in patria egit, sublato Ordine obiit 1800. aet. 83.

Edidit hungarice:

Sermo panegyricus de S. Aloysio. Budae 1754. 8.

Defensio SS. Altaris Sacramenti. Claudiopoli 1757. 8. Cassoviae 1766. 8.

Panegyris dicta S. Norberto. Cassoviae 1768. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Benkö. Paintner.)

KOVACS Franciscus Xaver., Hungarus, an. 1760. absoluta Claudiopoli Philosophia, Trenchinii in Societatem admissus,

Digitized by Google

et abolito Ordine jam Sacerdos, Professor dein in Lycaeo Episc. M. Varadini,
edidit latine:
Tentamen publicum, quod ex ejus Institutionibus Seminarii B. V. Mariae Elisabeth visitantis alumni subiere. M. Varadini 1801. 4.

(Bibl. Szechen.)

KOVACS Paulus, Hungarus nobili loco natus, consilia patris ab ingressu eum in Societatem retinentis fuga elusit, et annuente demum patre in eam receptus Trenchinii 1714. cum Tyrnaviae Theologiam exciperet, facultate obtenta iter jam in Indiam aggressus est, sed ob nimium parentis dolorem a Moderatoribus revocatus, Theologiam absolvit; at anno post Societatem deseruit, sacra Praefectura primum, tum Infula Varadinensi, et Consiliarii Regii dignitate ornatus.

Edidit, cum Rhetoricam doceret:
Transylvanae infelicitatis origo. Claudiopoli 1722.
Emericus Bebecus et Joannes Zapolius, Roxiae Gubernatores a Ludovico I. Hungariae Rege constituti. Drama. Claudiopoli typ. Acad. 1723. 12.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Paintner.)

KOZMA Franciscus Xaver., Hungarus in Nagy-Magyar 18. Octobris 1728. natus, et 1744. in Societatem receptus, 4 vota professus et Philosophiae Doctor Posonii primum Rhetoricam docuit, tum Tyrnaviae Praefectum in Convictu egit, ac post ibidem Ethicam, Jaurini vero Logicam primum cum Metaphysica, dein Physicam tradidit; concionatus etiam lingua patria Tyrnaviae et Budae; demum Jus Pontificium Cassoviae explanavit, ac soluto Ordine obiit.

Edidit latine:
Panegyris D. Francisco Xav. dicta. Tyrnaviae. 1750. 12.
Jechonias Rex. Drama. Jaurini 1754. hungarice.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Paintner.)

KRAKOVITZER Josephus, Bohemus, absoluta Lincii Philosophia 1758. in Societatem Trenchinii receptus, absolutis studiis quinquennio in Hungaria Concionatorem egit, et soluto Ordine obiit. Fuit magnus Hydraulicus, cujus opera a multis Dominiis expetita fuit.

Est ejus germanice:
Super determinatione limitum in fluminibus, dicatum Commissioni Regiae. Posonii 1792. 4.

(Bibl. Szecheny.)

KRALICH Nicolaus, Croata, Szelniczae 1674. natus et aet. 19. Societatem ingressus, 4 vota professus et Philosophiae Doctor, eandem in Universitate Graecensi docuit; Zagrabiae Rector calumniosas delationes heroico silentio tulit, et ibidem piissime obiit 17. Jan. 1719. aet. 45.

Scripsit latine:
Quaestiones et Responsa Eruditorum pleraque ad morum doctrinam pertinentia. Graecii Widm. 1712. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

KRANEWITTER Aloysius, Germanus, Tirolensis, Taureinii in valle Aniana 4. Apr. 1817. natus, ingressus Societatem Graecii 21. Septembris 1836. absolutis Studiis Classes grammaticas per plures annos docuit Oeniponte. Tempore dispersionis Societatis in Austria anno 1848. jam Sacerdotio initiatus, missus est una cum P. Maximiliano Klinkowstroem in Australiam meridionalem, in quam mundi plagam hucusque nemo e Societate pedem intulerat, ut curam germanorum haberet, qui magno numero ex Silesia Borussica eo navigabant. P. Maximilianus ob valetudinem graviter afflictam brevi inde in Europam rediri coactus fuit; ille tamen, quamvis multa sane quotidie obstarent impedimenta, in vastis illis regionibus usque hodie persistit, non aurum sed animarum salutem quaesiturus.

Scripsit germanice:
Quatuor Epistolae ad R. P. Provincialem Provinciae Austriacae ddo. Clara Valle 8. Oct. 1849. — 15. Oct. 1850. — 25. Oct. 1850. et 28. Jul. 1851. in quibus iter suum eousque, statum missionis moresque regionis fuse describit. Primo seorsim dein collecte impressae Oeniponte. Car. Wagner 1854. 12.

Digitized by Google

KRAUS Josephus senior, Germanus, 4 vota professus et Philosophiae Doctor, Ethicam 1715. Graecii, tum Labaci triennio omnes Philosophiae partes docuit, simulque in utroque loco Catechetam academicum egit. At hinc Essekinum missus, dum vix advenit, obiit 16. Nov. 1718.

Edidit latine:

Consolatio Geographiae in solatium desolatae Matheseos et discipulorum per modum recreationis autumnalis instituta; edita in examine publico ipso praeside. Labaci. Mayr 1717. 8.

KRAUS Josephus junior, Germanus, Neofori in Styria 11. Jun. 1702. natus, et aet. 16. Societati adscriptus, 4 vota professus, 20 annis Concionatorem simulque Operarium strenuum Schemnizii, Neostadii, Clagenfurti, Posonii, Passavii, Budae, Cassoviae, Neosolii, Strigonii egit, ac demum pluribus in locis Praefectus spiritus pie obiit Clagenfurti 31. Dec. 1762. aet. 60.

Extat ejus germanice:

Sermo sacer in festo Archiconfraternitatis S. Monicae de cingulo apud RR. PP. Augustinianos Eremitas. Budae 1746. fol.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

KRCHO Josephus, Hungarus, Solnae 3. Mart. 1716. natus et aet. 15. Societati insertus, et 4 vota professus, Concionator primum slavonicus, tum Tyrnaviae linguae graecae professor, et ab anno 1770. Leutschoviae Rector.

Edidit latine:

Poeta christianus. Carmen eleg. Cassoviae 1740. 12.

Causae forenses in Palatio Reginae Eloquentiae actae. Cassoviae 1741. 12.

Panegyricus D. Francisco Xav. adornatus. Tyrnaviae 1742. 12.

(Psiotner.)

KRENMAYR Andreas, Germanus, Judenburgi in Styria natus, 4 vota professus, Poesim Graecii et Viennae docuit, et Operarium adeo zelosum egit, ut nec glacies nec nives nec procellosi imbres eum impedirent, quominus indigis subveniret. Demum Numinis Eucharistici eximius Cultor pie obiit Graecii 11. Mart. 1692.

Edidit tacito nomine latine:

Rosa centifolia primi Saeculi Academici Graecensis, seu Elogia et Epigrammata centum Illustribus Professoribus ac discipulis, qui primo saeculo docuere vel studuere, dedicata. Graecii Widm. 1685. 8.

Austria Coelestis, seu Sanguinis Habspurgo-Austriaci omni Coelitum ex ordine Divi compendio dati, et vario carminum genere celebrati. Viennae Matth. Sischowitz 1691. 8. c. fig.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

KREUTZEN Casimirus, e provincia Austriaca.

Cujus latine:

Iter Staggiae Academicum laureatum, seu Plausus ad gradum Magisterii Philosophici. Viennae 1637. fol. Carmine vario.

(Wittmann.)

KRIECHPAUM Ignatius, Germanus, Völckelponti in Austria 24. Febr. 1639. e Baronum familia natus, et aet. 15. Societati adnumeratus, 4 vota professus, et Philosophiae Doctor Viennae creatus, ibidem Poesim et Lincii Philosophiam docuit. Tum S. Cathedrae admotus Viennae in Collegio 3, in Domo professa 10, et 12 annis in Aula concionatus est. Leobii deinde, ac Lincii bis Rector, ex demissione animi majora munera deprecatus, nec ut lucubrationes suas typo daret, adduci potuit, et cum extremum morbum summa patientia tulisset, piissime obiit Lincii 12. Mart. 1711. aet. 72.

Edidit latine:

Vindiciae antitheticae honoris philosophici. Viennae 1664. 12.

Luctus Parnassi in Funera Ser. AA. Ferdinand. Wenceslai, Epistolis Genii Austriae lamentantis, et Divinae Providentiae consolantis expressus Viennae 1668. 4.

Elogium S. Francisci Borgiae cum thesibus logicis, defensis a D. Godefrido Wild. Lincii Casp. Freyschmid. 1671. fol.

Germanice:

Panegyris S. Josepho dictus ad S. Stephani, dum Divus hic a Leopoldo Augusto Patronus terrarum Austriacarum deligeretur. Viennae Jo. Hacque 1676. 4.

Digitized by Google

Oratio eucharistica ad neocrectam statuam marmoream SS. Trinitatis Viennae in foro Graben dicta cum ejus descriptione. Viennae 1697. 4.

Funebris Serenissimae Eleonorae Reginae Poloniae Archiduci Austriae. Viennae Cosmerov. 1698. fol.

Panegyris Emin. D. Jo. Philippo Episcopo Passav. e Comitibus de Lamberg, cum pileum cardinalitium, quo ab Innocentio XII. donatus, a Leopoldo Caesare reciperet. Viennae 1700. id. 4.

Gratulatio Eminentissimo Cardinali Taxare et Grimani. Viennae.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Propylaeum Bibl. Univ. Graec. Vogel.)

KRIEGER Wilibaldus, Germanus, Deckendorfii in Bavaria 14. Febr. 1685. natus, et aet. 17. in provinciam Austriacam receptus, 4 vota professus, Philosophiae et Theologiae Doctor, Ethicam primo Graecii, tum triennalem Cursum philosophicum Viennae primum dein Graecii docuit. Tum Viennae altero sexennio Controversias, Dogmaticam et S. Scripturam tradidit. Hinc vir ut doctrina ita pietate et prudentia eximius, Socius primum Provinciae Praesidis anno uno, tum quadriennio Romae Poenitentiarius, dein biennio Rector et Magister Novitiorum in Domo Annaea, Provinciae Praepositus quadriennio, ac demum bis Rector et bis Regens Convictus Graecii, ibidem piissime obiit 1. Martii 1769. aet. 84.

Edidit latine:

Tractatus Meteorologicus in quatuor libros Aristotelis. Viennae Schwendiman 1720. 12.

Rudimenta physica de Motu, Motore et Mobili. Graecii Widm. 1722. 16.

Rudimenta physica de Sono ex variis Autoribus praecipue P. de Lanis collecta. Ibid. 1723.

Panegyris Divis Aloysio et Stanislao in Canonizatione eorundem in Templo Academico Viennensi coram Universitate celebrata. Viennae Voigtin 1727. fol.

Edidit cum Praefatione Tractatum physico-mathematicum de Aestu maris Theodori Moreti S. J. Viennae 1719. 12.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

KRIMER Ferdinandus, Germanus, Riedavii in Austria 1639. natus, et aet. 17. in Societatem adlectus, 4 vota professus, Philosophiae ac Theologiae Doctor, utramque per omnem paene vitam docuit; ac primo Graecii Ethicam, Philosophiam triennio, et altero Theologiam moralem, Dogmaticam vero quinquennio et Jus Pontificium sexennio; tum easdem scientias Viennae et Tyrnaviae, ac praecipue Jus Canonicum 15 annis docuit, in quo adeo eminuit, ut ab ipsis Jurisconsultis, Proceribus et Principibus consuleretur, et argumenti omnis loco eis sat esset, ipsum ita sentire. Haec inter vir summae demissionis, et animi in Divinam Voluntatem prorsus resignati, elucubrandis limandisque suis Operibus adhuc in senio occupatus, piissime obiit Lincii 22. Dec. 1703. aet. 64.

Edidit latine:

Philosophia magnis Tutellaribus Divis Xaverio et Catharina secundum secundi Saeculi auspicium consecuta. Graecii Widm. 1674. 8.

Sapientia venatrix sive Philosophia vitiorum expugnatrix. Viennae. Cosmerov. 1674. 8. vario carmine.

Vita et Gesta Augustissimi Rom. Imperatoris Leopoldi, carmine panegyrico narrata. Graecii id. 1675. 12.

Consequentiae Partheniae in forma pulcherrima Mariae, deductae ex Patribus aliisque Mariophilis Autoribus. Graecii 1687. 8.

Quaestiones Theologicae in tertiam partem Summae D. Thomae de Incarnatione. Graecii 1691. 8.

Questiones Theologicae in Secundam secundae de Jure et Justitia. Graecii. 1691. 8.

Jus Canonicum Commentariis selectissimis illustratum. Tomus IV. de Matrimonio. Augustae Vindel. 1702. fol.

Quaestionum Canonicarum in V Librorum Decretalium Libri V. Augustae Vindel. Schlütter Voll. V. 1706—1709. fol. Opus posthumum a P. Martino Gottscheer S. J. limatum.

Reliquit praelo paratum Theologiam universam scholasticam Partibus VIII. et

Digitized by Google

Elogia ad Icones primorum decem Patrum S. J.

(Bibl. reg. par. Jour. des Sav. Mem. Trev. 1717. Oct. Propylaeum Bibl. Univ. Graec. Gesta et Scripta Prov. Austr.)

KRUMBHOLZ Michael, Hungarus, Sambokretinii 7. Sept. 1672. natus et aet. 22. in Societatem cooptatus per plures annos Concionator slavonicus et 18 annis articulorum acerbissimis doloribus probatus, pie obiit Leutschoviae 23. Febr. 1739. aet. 67.

Edidit latine:

Carminum libri, quibus dolores suos describit, eosque levare studuit.

Triplex nomen Christiani, Catholici, Fratris, hungarico et germanico idiomate, Unguarini auditoribus suis in strenam oblatum. Unguarini.

Laudatio funebris Catharinae Okolitsaniae Andreae Pongratz conjugi. Tyrnaviae 1719. 4. slavice.

Concio polemica in civici magistratus instauratione Szalkolzae. Tyrnaviae 1724. 8. slavice.

Epigrammatum Liber unus. Cassoviae. 1735. 12. latine.

KUIK Ignatius, Hungarus Ginsii 28. Dec. 1741. natus, et ibidem 1760. in Societatem receptus, hac sublata Sacerdos a Card. et Archi-Episcopo Viennensiin Galliam missus ad Seminaria Cleri inspicienda; subin in Albam Russiam profectus, et ibidem in Societatem regressus, at quod aura ei non conduceret, redux, in Achau primum Austriae oppido Parochus, dein Beneficiatus Caesareus intra pontes Danubii prope Viennam, ubi usque ad mortem permansit, quae accidit 25. Maji 1833. aet. 92.

Edidit latine:

Poema Catharinae Russorum Imperatrici.

Carmen Ser. Imperatoriis Principibus Paulo et ejus Consorti Mariae adornatum. Mohiloviae 1781. 4.

De Lapsu Napoleonis Bonaparte seu Epicedion Jacobinismi. Carmen epicum 1060 versuum. Posonii 1816. et 1817. 8.

Sion et Pindus. Carmina diversi generis sacra mixta profanis in gratiam studiosae juventutis. Partes II. Viennae. Grund 1823. et 1828. 8. lat.

Horus relegatus seu Apologia pro Veritate Christianismi, quem Author quidam anonymus sub Hori nomine astronomicis, astrologicis et mythologicis antiquorum fabellis subruere conatus est. Partes II. Viennae Leop. Grund 1828. 8.

Historia rerum in Ecclesia gestarum a tempore Imp. Constantini M. ad Basilium Maced. Orientis Imperatorem seu ab anno 813 ad annum 878 in Comparatione Visionum apocalypseos S. Joannis Apostoli pro confirmatione credentium et conversione non credentium. Partes IV. Viennae Leop. Grund 1828. 8.

KUNICS Franciscus, Hungarus, Cziklinii in Comitatu Castri ferrei 8. Aug. 1697. e nobili prosapia ortus, et aet. 17. Societati adscriptus, 4 vota professus, Philosophiae ac Theologiae Doctor, utramque Claudiopoli, Tyrnaviae et Cassoviae 15 annis docuit. Rector dein Cassoviae bis, Budae, Tyrnaviae itidem bis, et Agriae, quo tempore duo Musis domicilia Budae et Agriae posuit, ac inter haec Romam ad Congregationem Generalem, in qua Aloysius Centurianus electus est, missus, demum Sopronii Bibliothecarius, meritorum plenus pie obiit 26. Oct. 1763. aet. 66.

Edidit latine:

Compendium historicum de praecipuis quatuor Monarchiis. Tyrnaviae typ. Acad. 1732. 12.

Compendium historicum de Regnis et aliis orbis Provinciis. Tyrnaviae 1733. 12.

Sedecias. Tragoedia. Cassoviae 1753. 8. hungarice.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Pointner)

KURZ Sebastianus, Germanus, Niederdorfii in Comitatu Tyrolensi 1. Jan. 1642. natus et aet. 15. in provinciam Austriacam receptus, Graecii biennio Rhetoricam Sacerdos docuit, et tertio post anno obiit Viennae ad 8. Annae 31. Aug. 1679. aet. 37.

Edidit latine:

Pax universalis sub C. Octaviano Augusto post bella feliciter confecta conclusa. Carmen epicum. Graecii Widm. 1675. 8.

Digitized by Google

Exercitationes oratoriae suadae graecensis. Graecii 1676. 12.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

KUSSEWICZ Joannes, Hungarus Sopronienſis,

edidit:

Fragmenta Epistolarum S. Francisci Xaverii S. J. In diar. apost. Ign. 8.

(Horanyi.)

L.

LABACENSE COLLEGIUM in Carniolia a Ferdinando II. Caesare 1597. fundatum,

edidit latine:

Colossus erectus DD. Aloysio et Stanislao in Solemnitete Canonizationis celebrata. Labaci J. G. Mayr 1727. 4.

Archivum hujus Collegii cum inserto amplo Archivo antiquae Cartusiae Pletriacensis ei incorporatae, servatur in Msc. in Bibl. C. R. Vindob. T. III. Recens. Schwandtner N. III.

Diversa ad hoc Collegium pertinentia. ib. T. III. n. 2011. 18, 19, 20 et 21.

Liber Archivi hujus Collegii, sive Instrumenta omnia literaria de verbo ad verbum transsumta ex Instrumentis originalibus in hoc Archivo contentis, quae Collegium ipsum, ejus fundationem, privilegia, templum, scholas, bona mobilia etc. concernunt. n. 2021.

Liber Traditionum seu totius Archivi hujus Collegii, ib. T. V. n. 3240.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

LABBÉ Christophorus, Gallus, sub ipso Academiae Graecensis ortu 1586. ad eam illustrandam Graecium missus in eaque laurea philosophica et post sexennium theologica insignitus, Serenissimi Archiducis Leopoldi Ferdinandi II. Imp. Germani fratris dein Episcopi Passaviensis in litteris moderator, cui etiam in Aula academica Graecensi Philosophiam universam sub auspiciis Rudolphi II. Caesaris 20. Martii 1650. propugnanti praesedit, nec multo post fatis decessit.

Edidit in defensione hac:

Assertiones ex universa Philosophia carmine votivo et variis applausibus, Serenissimum defendentem concernentibus ornatae. Graecii Widm. 1650. 4.

Theologiae theoreticae et practicae Tomi III. ad instructionem Leopoldi Carol. Styrensis filii, Episcopi Passaviensis.

(Propylaeum. Bibl. Univ. Groec.)

LABBE Joannes Bapt., Germanus, Viennae in Austria natus 1571. aet. 16, in Societatem receptus, et 4 vota professus, Mathesim primum et Theologiam moralem docuit, dein annis multis tum alibi tum Passavii coram Ser. Archiduce Leopoldo et Viennae 20 annis et quidem 14 in Ecclesia Metropolitana ad S. Stephani (ut sub imagine ejus in Cura Archiepiscopali servata videre est) ad populum magna approbatione dixit et vir antiqui candoris et virtutis pie obiit Viennae 23. Aprilis 1633. aet. 62.

Vulgavit germanice:

Articuli aliqui Catholicae fidei per interrogationes explicati ex voluntate Em. Card. Francisci Dietrichstein. Viennae. 1628. tacito nomine.

Solamen iis, qui nimium timent subitaneam et improvisam mortem. Viennae 1632.

Paravit praelo Tomos VII Concionum Viennae per annos 20 habitarum.

(Sotvell.)

LABBE Josephus, Missionarius in China, e cujus

Epistola data Cantone 19. Febr. 1724. Excerpta servantur in Msc. in Bibl. C. R. Vindob. ex Recens. Schwandtner. T. II. N. 1117. Miscell. Sin. T. 3. N. 363.

Epistola ad P. Balthasarem Miller S. J. ex Prov. Austr. Cantone 27. Dec. 1727. de Adventu Legati lusitanici, morte trium

Digitized by Google

Principum Sunensium in carcere pro Fide, et fame Cantone, ubi ultra 4000 infantum expositorum baptizata. — germanice in Stöcklein P. XV. n. 342.

LABERGER Antonius, Germanus, Viennae Austriae 21. Julii 1726. natus, et ibidem 1742. in Societatem admissus, humaniores litteras nondum Sacerdos Viennae in Collegio Theresiano et Graecii docuit. Sacerdos autem 4 vota professus vitam omnem concionando magno cum fructu Leobii, Neostadii, Lincii, Posonii et in Domo professa ac rursus Lincii transegit, ubi praemature, piissime tamen obiit 10. Junii 1766. aet. 40.

Edidit latine:

Epistolae Elegiacae varii argumenti. Graecii Widm. 1751. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

LABOS Joannes de, Hungarus, Altenburgi 25. Jan. 1725. natus, aet. 20. Viennae Societatem adiit, in eaque 4 vota professus, et Philosophiae ac Theologiae Doctor, Praefectus primo in Convictu Regio Tyrnaviensi, Concionator festivalis Comaromii, Praefectus et Professor linguae hungaricae quinquennio in Collegio Theresiano Viennae, tum ab anno 1767. Tyrnaviae Professor Logicae et Metaphysicae, Physicae, Historiae Ecclesiasticae, Juris Canonici, Theologiae moralis, et 1773. Dogmaticae Budae, soluto Ordine vitam privatam Viennae duxit, perficiendaeque tabacae hungaricae, quae hispanicam adaequaret, se dedit, pieque ibidem obiit 9. Sept. 1799. aet. 74.

Scripsit latine:

Dissertatio de Cultura Tabacae Hungaricae, qua simul ostenditur ex bene culta hungarica Nicotiana, experientia teste, tabacae hispanicae non modo parem, sed multo saniorem, nec non omnia fere caetera tabacae genera, quae per Europam nomen habent, spectatis omnibus qualitatibus, perinde confici posse, ante caetera vero ex ea, quae in inclyto dominio Comitis Michaelis de Nadast Felsö Lendone nascitur et cum industria colitur. Ad acuendam industriam Cultorum tabacae hungaricae. Viennae 1789. 8. — germanice ibidem 1789. 8.

(Mendel. Gel. Teutschl. Ed. v. T. II.)

LAEMICHEN Fridericus, Germanus, Rhenanus Arbacensis, 5. Martii 1718. natus, et aet. 16. Viennae in Provinciam Austriacam receptus, ac in ea 4 vota professus, absolutis Studiis Poesim primum ac Rhetoricam Viennae, tum easdem Repetentes anno uno Leobii docuit. Praefectus dein scholarum in Domo professa novennio, Trenchinii cum in primum annum Socius esset Magistri Novitiorum, praemature licet, pie obiit 5. Aug. 1764. aet. 46.

Edidit latine:

Augustissimae Domus Austriacae in SS. Virginem Mariam, quae in Hiezing (prope Viennam) colitur, Augusta Pietas. Viennae Kaliwoda 1752. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

LAIMINGER Bernardus, Germanus, ad 8. Hyppoliti in Austria 11. Nov. 1725. natus et aet. 21. in Societatem receptus, Sacerdos factus classes inferiores omnes Graecii sexennio docuit, et ab anno 1767. ad sublatum Ordinem in diversis Germaniae et Hungariae locis est concionatus.

Est ejus germanice:

Oratio, quam in signorum militarium benedictione dixit. Szeredini 1768. 4.

(Paintner.)

LAINIX Gregorius, Germanus, Viennae Austriae 1. Julii 1717. natus, et aet. 18. in Societatem admissus, 4 vota professus et Philosophiae Doctor, eandem Graecii ac Viennae in Collegio Theresiano annis 10 docuit, tum Graecii Decanus Linguarum et Minister, Viennae Regens Convictus, Styrae Rector, ac demum Socius Provinciae Praesidis, sublato Ordine Regens Seminarii Viennae, et etiam hoc sublato in Orphanotrophio Parhameriano pie obiit 14. Maji 1791. aet. 74.

Edidit latine:

Panegyricus D. Joanni Evangelistae. Viennae Kaliwoda 1743. fol.

Dissertatio de Jure naturae. Viennae Trattner 1753. 4.

Digitized by Google

Dissertatio de Principio cognoscendi. Viennae id. 1754. 4.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

LAMBECKHOFFEN Godefridus Xaverius, Germanus, 1702. Viennae Austriae natus et 1722. Societatem ingressus, vix absolutis studiis 1735. in Indiam Orientalem concessit, ubi 9 annis, tum 12 in Cochinchina degit, ab anno vero 1756. Nankinensis Episcopus jam 1752. nominatus et triennio post consecratus, in Chinam translatus gregem suum verbo et exemplo inter mille vitae incommoda et pericula pavit, et post abolitum Ordinem in munere hoc plenus meritorum piissime obiit.

Extat ejus germanice:

Nova et fusa descriptio itineris Vienna Ulyssiponem et hinc Goam cum multis observationibus astronomicis et geometricis et 2 chartis in 2 Epistolis ad cognatos suos datis, prima Ulyssipone 21. Dec. 1735. altera ex Salsete prope Goam 31. Dec. 1737. Viennae Kurzbeck 1740. 8· et in Stöcklein Nuntio mundi Parte XXVIII. n. 554. et 555.

In eodem Stöcklein sequentes ejus Epistolae ex China scriptae continentur:

Epistola ad Excell. D. Ant. Thaddaeum L. B. a Summerau, Macao 4. Dec. 1738. qua iter suum Goa Macaum usque describit. P. XXX. n. 590.

Epistola ad Fr. Joannem Mayr Pharmacopaeum in Coll. Vienn. ex Utschangfu 10. Oct. 1739. de arte medica et medicamentis in China n. 591.

Epistola ad cognatos suos Viennam ex eodem loco 3. Dec. 1739. de suo itinere Macao eo usque, de statu bono rei christianae in ipsa persecutione, singulari Dei protectione et eclipsi lunae observata. n. 592.

Epistola ad Exc. D. A. Thad. L. B. de Summerau ex eodem loco 14. Oct. 1740. de nova persecutione sub novo Imperatore Kienlung, mitigata per P. Pereyra et Fr. Castiglione, et primis suis laboribus in hac missione. P. XXXIV. n. 672.

Epistola ad D. Matrem suam prope Tengnanfu in Huquam 14. Sept. 1741. de suo vivendi genere et reverentia Neophytorum erga Missionarios suos n. 673.

Epistola ad R. P. Franciscum Peickardt S. J. Concionatorem Eccl. Metrop. Viennae, ex Hukingtien prope Tengnanfu in Huquam 29. Aug. 1741. de statu missionis Pekini, et suae in specie ac persecutionibus anni praecedentis. n. 676.

Epistola ad Fr. Ignatium Heindl S. J. ex Utschangfu 30. Junii 1743. de suis laboribus, et Patris Neugebauer Prov. Austr. in Cochinchina n. 677.

Epistola ad P. Philippum Sibin S. J. Macaum ex Hukintien 27. Junii 1743. de iterato periculo suo ope S. Francisci Xav. vitato et recusato servitio aulico amore neophytorum suorum, quos laudat. n. 678.

Epistola ad R. P. Josephum Ritter S. J. Confessarium Reginae Lusitaniae ex Huquam 10. Aug. 1746 de mira sui et communitatis suae conservatione in inundatione ope S. Joannis Nepom. n. 687.

Epistola ad P. Erasmum Frölich S. J. ex Traonyunghien 18. Jul. 1746. quo materias mathematicas et physicas pertractat. P. XXXV. n. 689.

Epistola ad D. L. B. de Summerau affinem suum ex Missione sua in China 1747. de gravi persecutione sub Imperatore Kienlung exorta, et Martyrio Episcopi Petri Sang et 4 Religiosorum ejusdem Ord. Praed. n. 691. pag. 46—88 fol.

Epistola ad R. P. Antonium Höller S. J. Confessarium Josephi Principis haer. Austriae ex Hentschenfu 20. Oct. 1750. de periculoso statu totius missionis et in specie in Huquam et Macao. n. 698.

Epistola data Nankini 25. Jul. 1780. ad P. Timotheum de Oliveira Reginae fidelissimae regnantis olim Confessarium, qua vitae suae cursum ac praecipue miserum postremorum annorum statum describit, e lusitanico idiomate in latinum translata in Murr Journal Tomo XI. pag. 193.—208.

Vixisse adhuc 1782. constat ex Epistola P. Josephi Bernardi ibidem relata Tomo XIII. pag. 175.

LAMBERG Josephus, Germanus, Graecii in Styria e pervetusta Comitum familia 16. Apr. 1694. natus, et aet. 19. Societati

Digitized by Google

adlectus, 4 vota professus, et Philosophiae Doctor, Missiones Hungaricas expetiit, quas etiam triennio magno tum civium tum militum fructu subiit. Philosophiae dein et Theologiae diversas partes Lincii, Passavii, Labaci, Graecii annis 16 docuit, ac demum vir perquam religiosus pie obiit Sopronii 4. Martii 1758. aet. 64.

Edidit:

Sermo Panegyricus de Illibato Virginis Conceptu Viennae in Basilica D. Stephani ipso festo die coram Augusto Caesare dictus 1725. et ibidem impressus.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

LAMORMAINI Guilielmus, Belga, Arduennas Luxemburgensis, 1570. natus, aet. 20. in Societatem aggregatus et 4 vota professus, vir multis naturae et gratiae opibus dotatus, Philosophiae et Theologiae Doctor, utramque Graecii cum laude docuit; Collegium Graecense et Viennense, Domum professam ibidem ac denique totam Provinciam Austriacam rexit. Romam etiam ad Congregationem generalem VIII. est missus, ubi omnium, Cardinalium quoque ac ipsius Summi Pontificis expectationi satisfecit. Denique Ferdinando II. Rom. Imp. ad mortem usque a S. Confessionibus fuit, ejusque animum difficillimis illis ac turbatissimis temporibus ad robustissimam illam Catholicae Religionis defensionem, quam merito terrarum orbis miratur, consiliis suis firmavit, constantia sua ac libertate Proceres multos ad arcendam aut eliminandam e terris Austriacis haeresim induxit, Provinciae Austriae ac Bohemiae Collegia, Gymnasia ac Seminaria plura a munificentissimo ac religiosissimo Caesare impetravit, ac denique virtutum omnium tum domi tum in Aula exemplar pie obiit in Domo professa Viennae 22. Febr. 1648. aet. 78. Elogium ejus in Scriptoribus Univ. Vienn. in Propylaeo Bibl. Univ. Graec. Sotvello, Patrignani etc. Maximum vero est, quod eum S. P. Urbanus VIII. verum et omnibus numeris absolutum Jesu Socium appellarit.

Scripsit latine:

Oratio in funere Ser. Mariae Matris Ferdinandi II. Imp. in parentalibus eidem a Collegio Graecensi factis dicta 28. Maji 1608. Graecii 1608.

Ferdinandi II. Rom. Imp. Virtutes. (Liber IV. et postremus Operis, quod de Vita ejusdem sub titulo: Idea Principis Christiani, molitus est). Viennae Greg. Gelbharr 1634. 4. Coloniae et Antverpiae 1634. 12. Viennae 1678. 8. Graecii sub titulo: Sodalis Augustus, seu Primus Congregationis majoris Sodalis et Protector 1687. et. 1715. 12. Tyrnaviae 1693. et 1739. 4. — gallice per Jo. Leurechon S. J. — italice per Jo. Jac. Curtzium S. J. Viennae 1638. 4. — germanice per Sacerdotem S. J. (Jo. Jac. Curtzium) Viennae 1638. 4. Lincii sub titulo: Speculum theopoliticum. 1678. 8. Augustae Vind. Merz. 1692. 8. — hispanice etc.

Censura Chronologiae Jo. Deckeri S. J. servatur in Msc. sine nomine in Bibl. Caes. Vindob. Recens. Schwandtner. Tomo II. n. 1003.

(Sotvell. Foppens. Bibl. Schmitner. Praed.)

LAMORMAINI Henricus, Belga Arduennas, Guilielmi frater, natus 1575. aet. 21. Societatem ingressus, et 4 vota professus, ob pedum imbecillitatem ad labores apostolicos subeundos minus idoneus 30 ferme annis strenuus in Templo Confessarius, reliquum tempus versis e gallico bonis libris impendit, et disciplinae domesticae, humimilitatis, paupertatis, patientiae exemplar pie obiit Viennae Austriae 26. Nov. 1647. aet 72.

Vertit e gallico expresso vel tacito nomine in latinum:

Guil. Bailii S. J. Catechismus Controversiarum, additis S. Scripturae et Historiae Ecclesiasticae citationibus. Viennae Matthaei Formicae 1626. 8. Coloniae Jo. Kinkii 1627. 12.

Ejusdem Epitome Controversiarum. Viennae et Graecii 1639. 8.

D. de Villanova Ministri Calviniani in Gallia Epistola de sua ad fidem Catholicam conversione. Viennae 1632.

Francisci Fontani Responsio ad Quaesita cujusdam Praelati circa Hierarchiam Ecclesiasticam. Viennae 1634.

Lud. Richeomii S. J. Academia honoris. Viennae Mich. Rietii 1635. 8.

Nic. Caussini S. J. Aulae Sanctae Prae-

Digitized by Google

latus, Eques christianus, seu Constantinus M. et Politicus christianus, seu Boetius. Tomi III. Viennae id. 1636. 1637. 1638. 8.

— Aula impia Herodis; pia Theodosii; Caroli M. Castra impietatis victricia, seu de Conversione Saxonum; Nobilis foemina Christiana Clotildis Regina Francorum. Coloniae Jo. Kinkii 1643. 8.

Steph. Bineti S. J. Magnes amoris trahens efficacissime cor humanum ad Jesu Christi dilectionem. Viennae Mariae Rictiae 1636. et 1643. 8.

Franc. Poiraei S. J. Modus disponendi se ad bene moriendum. Viennae Matthiae Cosmerovii 1641. 16.

S. Franc. Salesii Tractatus de Amore Dei lib. 12. Viennae id. 1643. 4.

Guil. Montani S. J. Tractatus de Virtute Patientiae. Viennae id. 1644. 12.

Ejusdem Collocutiones spirituales. Viennae 1648. 8.

Ex hispanico:

Francisci Crespi S. J. Relatio Martyrum Japonensium: et

— — Relatio Martyrii P. P. Rochi Gonzalez, Alphonsi Rodriguez et Joannis de Castillo S. J. qui 1628. in Uruai Paraquariae provincia occisi sunt. Viennae Matthaei Formicae 1631. 16.

(Sotvell. Poppens. Antonio. Gesta et Scripta Prov. Austr.)

LAMORMAINI Nicolaus, Belga, Luxemburgi 1613. natus, Sacerdos jam 1643. Societatem in provincia Austriaca ingressus, ad infimas classes tota vita docendas se obtulit, et eas reipsa Judenburgi et Styrae novennio docuit. Ibidem dein per omnem reliquam vitam indefessum Operarium egit, in nosocomiis, carceribus, vicis et pagis continuo versatus, semelque infirmum ulceribus horridum humeris suis in proximum horreum detulit. Inter continuos hos labores in corpus suum flagris, ciliciis, jejuniis et vigiliis desaeviit; orationi vero omne ab apostolicis muniis reliquum tempus impendit; sicque transactis Styrae 30 annis, Pauli aut Sancti nomine communiter appellatus, quippe omnibus omnia factus, piissime obiit 5. Apr. 1682. aet. 69.

Sunt ejus:

Libellus de Cultu SS. Trinitatis in Singulos hebdomadae dies.

Clavis Coeli, seu Actus Amoris divini.

(Gesta ac Scripta Prov. Austr.)

LAMPEL Ignatius, Hungarus, Schadendorfensis 18. Julii 1714. natus Sopronii 1731. in Societatem receptus, 4 vota professus et Philosophiae Doctor, in Mathesi adeo excelluit, ut mox tertium probatus, eandem in Academia Viennensi tum exteros tum domesticos doceret. At debilem alioquin valetudinem studiorum contentione brevi exhausit, ac praemature obiit Viennae 3. Nov. 1748. aet. 34.

Edidit Theologiae studens:

Sermo Panegyricus S. Catharinae Martyri Philosophorum Patronae dictus. Viennae Kaliwoda fol.

Sermo panegyricus D. Ladislao Hung. Regi Nationis hung. Patrono. Viennae 1746. fol.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Bibl. Sacchen.)

LANDOVICS Georgius, Hungarus, de quo nihil constat, quam quod Tyrnaviae Poesim 1674. docens ediderit latine:

Insulae fortunatae, seu Laurea philosophica. Tyrnaviae 1674. 8. Carmine vario.

Nexus Europaei glorioso nexui Aurei Torquis inserti, quo Caes. Reg. Majestatis singulari Munificentia donatus est Nic. Comes Keri de Ipol-Ker. Tyrnaviae. 1674. 8. Carmine vario.

(Wittmann.)

LANDOVICS Stephanus, Hungarus, Jaurini 24. Aug. 1635. natus, et aet. 17. in Societatem receptus, ac 4 vota professus, vitam omnem apostolicis laboribus impendit, et eleganti suo dicendi modo praecipuas Hungariae cathedras 20 annis illustravit, in Dacia et finitimis Turciae locis carceres et his praesens vitae periculum sacras subeundo missiones expertus, vocationis suae semper amantissimus, quam maximis licet ei oblatis dignitatibus sacris non deseruit; quinquennio ultimo morbi diuturni doloribus probatus, maximo sui etiam apud summos Regni Proceres relicto desiderio piissime obiit Tyrnaviae 24. Apr. 1690. aet. 55.

Digitized by Google

Edidit patria lingua:

Thesaurus absconditus in agro seu Funebris Comiti Adamo Erdödy in Capitulo Scep. humato 1668. Edita Tyrnaviae 1669. 4.

Novus Succursus seu Concionum Tomi II. Tyrnaviae 1689. 4.

In Msc. vero reliquit 200 dictiones praelo aeque dignissimas.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Horanyi. Paintner.)

LANGETL Ignatius, Germanus, Viennae Austriae 26. Jan. 1698. natus, et aet. 15. Societati insertus, 4 vota professus, Philosophiae ac Theologiae Doctor, Rhetoricam primo ac Poesim, tum Philosophiam quadriennio et altero Controversias, Casus et Jus Canonicum Graecii docuit, tum ibidem iterum quadriennio Decanus linguarum et Praeses Congregationis majoris; dein Socius Provinciae Praesidis triennio; tum quadriennio Rector et Magister Novitiorum in Domo Annaea; hinc Rector Collegii Nobilium Theresiani sexennio, tum Praepositus Domus professae triennio, et altero totius provinciae, ac rursus Domus professae, in hoc munere vir summae mansuetudinis ac moderationis piissime, ut vixit, decessit Viennae 12. Mart. 1764. aet. 66. cujus morte audita M. Theresia Augusta dixit: Amiserunt Jesuitae virum prudentem et vere sanctum.

Edidit latine:

Divus Aloysius in vita et in morte Victor, prolusionibus poeticis exhibitus. Graecii Widmanstadii 1728. 12.

Bibliotheca manualis Attico-Romano-Oratoria, qua gesta et scripta veterum Oratorum illustrium, praecipue M. T. Ciceronis et Classicorum latinorum historicorum breviter recensentur. Graecii id. 1729. 12.

Problema paschale, in quo versiculi noti: „Quando Marcus Pascha dabit, Antonius pentecostabit, Joannes Christum adorabit, totus mundus vae clamabit," resolvuntur. Graecii id. 1732. 12.

Series Ducum et Regum Bohemiae. Graecii id. 1732. 8.

Series Regum Poloniae. Graecii id. 1733. 12.

Manuale Parthenium. Graecii 1739. 12.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Wittmann.)

LANIK Georgius, cujus latine, carmine eleganti elegiaco:

Liber genethliacus ad Valentinum Frankium Judicem regium Cibiniensem et nationis saxonicae Comitem in Transylvania 1670.

(Paintner.)

LANZ Benedictus, Germanus, Viennae Austriae 8. Martii 1713. natus, et anno 1729. Societatem ingressus, Orator celebris vitam omnem concionando Graecii, Posonii, Viennae in Collegio Theresiano, Academico et in Domo professa ipsis 24 annis transegit, ac ultimis tribus annis Praefectus Bibliothecae Catecheticae Graecii, abolito Ordine pie obiit.

Edidit germanice:

Panegyricus D. Leopoldo Marchioni Austriae. Posonii 1749. fol.

Concio de Oeconomia in festo S. Nicolai. Viennae 1754.

Concio de abusu Bonitatis Divinae in Parasceve. Viennae Ghelen 1755. 4.

Concio de abusu Gratiarum Divinarum. Viennae 1756.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

LANZ Bernardus, Germanus, in Ranenridel Austriae arce 30. Aug. 1715. natus et aet. 18. Societatem ingressus, ac 4 vota professus, Concionator pluribus annis diversis in locis, et ab anno 1750. usque ad abolitionem Ordinis Praeses Congregationis Caelibum in Domo professa, pie obiit Viennae 17. Aug. 1787. aet. 72.

Edidit germanice:

Concio in Festo Scapularis. Viennae 1751. 4.

Vita et Virtutes M. Elisabethae Archiducis Austriae, Gubernatricis Belgii, e latino sermone Francisci Wagner S. J. Viennae Kaliwoda 1752. 8.

Vulgavit etiam IV. Evangelistas Francisci Peickart S. J. IV. Tomis in folio.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

LANZMAR Franciscus, Hungarus, Tyrnaviae 1623. natus et Magister Philosophiae 1641. in Societatem receptus, cum quinquennio humaniores litteras docuisset, audita Philosophia et Theologia sacerdos factus, Cursu philosophico Tyrnaviae

Digitized by Google

penitus peracto*, 4 vota professus et Philosophiae Doctor, obdormivit in Domino 21. Jan. 1658. aet. 35. Antequam Tyrnaviam concederet, in aula Comitis Nadasdi versatus ejus rogatu

confecit latine:

Mausoleum potentissimorum ac gloriosissimorum Regni Apostolici Regum et primorum militantis Hungariae Ducum stilo lapidari; quod Comes hic post ejus mortem cum iconibus Regum imprimi curavit. Norimbergae 1664. fol. Recusum Viennae 1667. 8.

(Kaprinai Hung. dipl. p. 333. Paintner.)

LAURENCHICH Nicolaus, Croata, Crapinensis 1707. natus, et aet. 17. Societatem ingressus, vita Philosophiam et Theologiam docendo exacta, obiit Zagrabiae 25. Sept. 1762. aet. 55.

Est ejus latine:

Oratio de SS. Virginis intemerato Conceptu. Tyrnaviae 1736. 4.

(Paintner.)

LAUTERBURG Franciscus, Germanus, Viennae Austriae 1670. natus, et aet. 15. Societati adscriptus, absolutis studiis e tertia probatione discessit.

Edidit Magister Poeseos:

Urania victrix in certamine Musarum vario Poeseos stylo exhibita. Graecii Widm. 1694. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

LEBER Joannes, Germanus, Labaci in Carniolia natus, Viennae et Graecii magna cum celebritate est concionatus, pieque obiit Plestriae in patria 1678.

Scripsit latine:

Luctus Sodalitatis Marianae in funere juvenis Sodalis Adami Michaelis Comitis ab Althan. Viennae 1648. 4.

Panegyris in funere Ducissae Lotharingiae Francisci Nicolai Ducis Conjugis, dictus Viennae in Templo Academico. Viennae 1652. fol.

Alia ejus Scripta in incendio Passaviensi ei absumta sunt.

(Jöcher ex Witte. Bibl. Carniol.)

LECHNER Franciscus, Germanus, Viennae Austriae 6. Febr. 1712. natus, et aet. 15. in Societatem cooptatus, 4 vota professus et Philosophiae Doctor, Viennae primo Rhetoricam, tum Dialecticam et Ethicam docuit, simulque apud Canonissas S. Augustini ad D. Laurentii, ac posthac biennio in Collegio Academico est concionatus. Ab anno vero 1748. Instructor et Confessarius Serenissimarum Archiducum M. Annae et M. Christinae, et ab anno 1767. Confessarius solum M. Christinae, in Belgio usque ad mortem suam fuit, quam soluto Ordine pie oppetiit Bruxellis 1788. aet. 76.

Edidit latine:

Somnium super Vienna nuper munita. Carmen. Viennae Kaliwoda 1743. 8.

Germanice:

Panegyricus S. Udalrico Viennae in Templo Aulico dictus, cum Suevica natio ejus festum celebraret. Viennae Kurzbeck 1746. 4.

Lectiones spirituales pro triduana spiritus recollectione ex Exercitiis S. Ignatii collectae. Tomi 2. Viennae Trattner 1749 — 1770. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Cat. Trattner.)

LEOBIENSE COLLEGIUM, in Styria fundatum a Ferdinando II. Augusto.

Aulae Augustissimae ad nuptias Petri Leopoldi AA. cum Infante Hisp. per Styriam Oenipontum abeunti. Graecii. Fr. X. Muffat. 1765. 4. lat.

LESTYAN Moyses, Transilvanus Tsik-Szent-Kiralyiensis, 17. Sept. 1720. natus, et Philosophia absoluta Claudiopoli anno 1743. in Societatem receptus, in eaque 4 vota professus, Concionatorem hungaricum Szattmarini, Unguarini et Udvarhelini novennio egit, et in postremo hoc loco ab anno 1767. Superior, et post abolitum Ordinem Parochus pie obiit.

Edidit latine:

Metempsychosis, seu Anima Pulcheriae Orientis Imperatricis in Angustam Occidentis Imperatricem Theresiam transfusa. Claudiopoli typ. Acad. 1749. 12.

Vertit e latino in patrium idioma:

Vita SS. Ignatii et Francisci Xaverii autore Jo. Petro Maffeo et Horatio Tur-

Digitized by Google

selino. S. J. Cassoviae 1757. et 63. 4.
Pia desideria Hermani Hugovics in Msc. reliquit.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Benkö. Szechen. Paintner.)

LETHMÜLLER Ignatius, Germanus, Freystadii in Archiducatu Austriae supra Onasum 31. Maji 1743. natus, Physica Lincii absoluta in Societatem susceptus, cum humaniores litteras pluribus locis docuisset, anno 1773. sacerdos factus, soluto Ordine Praefectus in Collegio Theresiano Viennae, pie obiit in eadem Urbe 14. Apr. 1800. aet. 57.

Scripsit germanice, in prooemio additis litteris I. L.

Specimen unionis diversorum Germaniae Dialectorum seu Introductio ad perfectum Dictionarium Germanicum cum determinatione vocum, et notabili additamento ad Historiam naturalem, ex relictis scriptis celebris D. Professoris J. S. V. Popovitsch. Viennae 1780. 8.

(Mensel. G. T. Ed. v. t. 11.)

LEUTTNER Adamus, Germanus, ad S. Galli in Austria 30. Octobris 1696. natus, aet. 19. absoluta Philosophia Lincii in Societatem susceptus, et 4 vota professus, vir insignis pietatis et mansuetudinis, cum Clagenfurti Philosophiam triennio docuisset, statim regimini admotus, Cremsii Praefectum scholarum, Passavii et Cremsii Regentem Seminarii, Viennae in Collegio Academico Praefectum scholarum et Directorem juniorum, in Domo Annaea Rectorem et Magistrum Novitiorum, Judemburgi Instructorem Patrum tertiae probationis, Socium Provinciae Praesidis, Ministrum Labaci et Leobii, Rectorem Jaurini, Leobii bis, et Cremsii egit; idque in eo singulare, quod in omnibus his locis etsi profusam pauperibus liberalitatem exhibuerit, rem familiarem adeo non minuerit, ut turbatam potius restituerit et auxerit etiam. Denique postquam 33 annos in diversis his ministeriis impendit, Lincii Praefectus spiritus, et abolito Ordine sui prae senio vix compos, apud fratres Misericordiae ibidem piissime obiit.

Edidit Poesim Graecii docens latine:
Enthusiasmus de Apotheosi Romana Aloysii Gonzagae. Graecii Widm. 1726. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

LEUTTNER Ignatius, Germanus, Graecii in Styria 4. Febr. 1711. natus et aet. 19. Societatem aggregatus 4 vota professus Rhetoricam Graecii biennio docuit et diversis in locis concionatus annis pluribus, Neostadii Rector, abolito Ordine obiit ibidem 3. Mart. 1788. aet. 77.

Edidit latine:
Bohemia ope D. Joannis Nepom. incruento bello recepta, poetica narratione adumbrata. Graecii Widmanstad. 1745. 8.
Hymenaeus Sacer seu S. Partheno ac Martyr Catharina Christo desponsa narratione poetica adumbrata. Graecii id. 1746. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

LEWENBERG Rudolphus, docuit Graecii 1687. Philosophiam et obiit Cibinii 29. Aug. 1715.

Ejus latine:
Solis in Leone triumphus, seu Pallas Gratiensis in Trijugo Illustrissimorum Clientum Leone gratiosior. Graecii 1687. 8. c. fig.
Debiti plausus et applausus Josepho L. B. a Lewenberg in suprema Philosophiae laurea oblati a condiscipulis praeside Rud. Lewenberg. Graecii 1688. 8.
Jansenii doctrina ex Thomisticae Theologiae praeceptis et institutis damnata a quodam Sacerdote S. J. Recusa Viennae 1732. 8.

(Wittmann.)

LIBENITZKI Joannes, Transilvanus, a parentibus unitariis Claudiopoli 27. Dec. 1695. natus sed ipsis conversis et ipse baptizatus et 1711. Societati insertus et 4 vota professus Cassoviae Philosophiam docuit, Posonii, Belgradi, aliisque locis ac primus Viennae hungarice est concionatus, domicilium Felsö-Banyense primus rexit, ubi peste infectis inserviit, et pie obiit Ginsii 21. Oct. 1755. aet. 60.

Est ejus latine:
Oratio de SS. Virginis intaminato Conceptu. Tyrnaviae 1722.

(Paintner.)

Digitized by Google

LIECHTENBERG Sigismundus, Germanus, avita comitum stirpe 1688. natus, et Societatem anno 1703. ingressus, Viennae philosophicas, Graecii theologicas scientias ita didicit, ut eas palam propugnare mereretur. Professus 4 vota Philosophiam quinque annis Clagenfurti, Passavii, et Lincii praelegit, totidem annos morum praecepta Passavii Tyrnaviaeque explanavit. Jus pontificium annis duobus Labaci et Goritiae docuit. Rexit Passaviense Collegium, Lincense, Graecense et Labacense 23 paene annis. Denique oculis captus piissime obiit Labaci 26. Januarii 1765. aet. 77. —

Scripsit latine:

Elegiae Marianae, in quibus B. V. Maria Sensus suos exprimit, quos in diversis rerum eventibus fovet. Graecii 1719. 8.

(Wiltmann.)

LIECHTL Jacobus, Germanus, Straubingae in Bavaria 12. Febr. 1704. natus, et aet. 17. Viennae in provinciam Austriacam receptus, in eaque 4 vota professus, cum Graecii Poesim et Rhetoricam docuisset, Belgradi, Viennae, Posonii, Leobii, Labaci, Tyrnaviae 18 annis Concionatorem fervidum egit, virque eximiae virtutis in postremo hoc loco in obsequio peste affectorum victima charitatis cecidit 7. Junii. 1756. aet. 52.

Edidit latine:

Zelosus amor S. Joannis Francisci Regis Carmen elegans. Graecii Widm. 1738. 8.

De itinere in provincias exteras Libri II Carminum. Graecii id. 1739. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

LIENPERGER Wenceslaus, Germanus, Moravus Thonauitziensis 20. Febr. 1634. natus, et aet. 20. in provinciam Austriacam receptus Sacerdos Poesim Tyrnaviae, Philosophiam, cujus et Doctor, Graecii triennio docuit, et Viennae tempore magnae pestis in obsequio infirmorum charitatis laureola ornatus in coelum abiit 11. Oct. 1679. aet. 41.

Edidit latine:

Applausus Triumphalis AA. LL. et Philosophiae Baccalaureis obsequiosa gratulatione excitatus prosa et metro. Graecii Widm. 1675. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

LIESGANIG Josephus, Germanus, Graecii in Styria 13. Febr. 1719. natus, et aet. 15. Societatem complexus, et Philosophiae Doctor, a primis annis Mathematicis scientiis praecipue se dedit. Absoluta Theologia anno uno Comaromii Concionator, tum tertio probatus Neosolii, Cassoviae anno uno Mathesim praelegit, simul Concionator germanicus, Operarius et Curatoris militaris Praesidii adjutor. Anno finito vocatus Viennam Mathesim denuo in hac Universitate tradidit, Socius simul Praefecti Speculae Astronomicae in Collegio Academico, tum Praefectus ipse, ab anno 1757. usque ad 1773. quo, quod in omnibus scientiis mathematicis aeque excelleret, ab Aula in Poloniam missus est, ut dimensionem Galiciae Domui Austriacae recens acquisitae dirigeret, Mezburgo et Gussmano in adjutorium datis. Soluto interea Ordine Leopoli novi regni metropoli haesit, Consiliarius Caesareus et aedificiorum publicorum per totum Regnum Director, quo in munere maximis et saluberrimis obsequiis Statui praestitis, vir apprime pius et religiosus nec minus rectus et candidus obiit Leopoli 4. Mart. 1799. aet. 80.

Edidit latine:

Tabulae memoriales praecipue Arithmeticae tum numericae tum literalis cum tabulis tribus figurarum. Viennae 1746. 12.

Praelusio ad Auditores Matheseos. Viennae Trattner 1753. 4.

Tabulae memoriales praecipue Arithmeticae tum numericae tum literalis, Geometriae etiam Curvarum et Trigonometriae atque utriusque Architecturae elementa complexae. Viennae Trattner 1754. 4.

Dimensio Meridiani Viennensis et Hungarici, Augustorum jussu et auspiciis suscepta. Viennae Bernardi 1770. 4.

Dimensio geographica quorundam locorum Hungariae ex ejus Dimensione Graduum cum Indice omnium in Hungaria astronomice et geometrice determinatorum locorum. In Zach Correspond. 1803.

De tribus sub Meridiano Viennensi mensuratis gradibus longitudinis. (In Transactionibus philosoph. t. 58.) germ.

Mappam geographicam Galliciae Orientalis

Digitized by Google

ab ipso coeptam perfecit Georgius Mezburg.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Georgi. De Luca. Mensel. Journ. des Sav. 1767. et. 70. Alter in ladice univ.)

LIMP Franciscus Xaver. Hungarus, Tyrocinium 1714. Trenchinii ingressus absoluta Viennae Theologia Sacerdos factus, et ab anno 1726. Missionarius in Paraquaria, ibidem obiit 1768.

Est ejus:

Epistola ad R. P. Stephanum Raab, Assistentem Germ. Romam ex Missione Immac. Conceptionis Mariae 1. Januar. 1731. de jucunditate sua in hac Missione vel in servitio peste affectorum. — Germanice in Stöcklein Parte XXXII. n. 637.

LINCENSE COLLEGIUM in Austria fundatum a Mathia Rom. Imp.

cujus germanice:

S. Caecilia. Comoedia. Lincii. 1629. 4.

Bethlehem Austriae supra Onasum seu fundatio Norica Lincensis similis Bethlehemo Judaico. Lincii, Jo. Casp. Leidenmayr. 12.

LINDELAUF Joannes, Germanus, Viennae Austriae 26. Oct. 1626. nobili loco natus, et amplissima haereditate sprета aet. 20. Societatem ingressus, 4 vota professus et Philosophiae ac Theologiae Doctor, utramque etiam in Universitate Vindobonensi docuit. Regens subin Convictus Graecensis et Viennensis, Rector Collegiorum Judemburgi, Labaci, Cremsii, virtutum omnium religiosarum exemplar, meritorum plenus obiit Viennae in Collegio 23. Febr. 1692. aet. 66.

Edidit latine:

Panegyricus B. V. Mariae sine labe conceptae. Viennae Cosmerovii 1653. 4.

Philosophia rationalis. Viennae id. 1662. 12.

(Propyl. Bibl. Univ. Graec. Gesta et Scripta Prov. Austr.)

LINTSCHINGER Aloysius, Germanus, Antemontii (Vordernberg) in Styria 20. Sept. 1639. natus, et aet. 16. Societatem amplexus, 4 vota professus Philosophiae Doctor, Rhetoricam Viennae, Philosophiam Viennae et Graecii tradidit. Hinc Missionarium castrensem et Operarium ferventissimum in Imperio annis 12 egit, ac demum Historicus Provinciae vir eximiae Sanctitatis meritorum plenus obiit Viennae in Domo professa 26. Jul. 1713. aet. 74.

Edidit latine:

Sybilla Heliconia varia poesi expressa seu fortunata auguria DD. Thomae Ignatio et Joanni Josepho a Maurburg. Graecii Widm. 1677. 8. vario carmine.

Enthusiasmi seu Motus ingenii rhetorici et poetici super varia excitati et in scenis varie declamati 1681. et 1682. dum Autor esset Praefectus Gymnasii in Domo professa. Msptum paginarum 469 in fol. servatur in Bibl. Caes.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Wittmann.)

LINTSCHINGER Andreas, Germanus, Antemontii (Vordernberg) in Styria 19. Nov. 1643. natus, et aet. 16. in Societatem cooptatus, 4 vota professus, cum Cassoviae Poesim et Rhetoricam docuisset, vita paene omni Viennae in Domo professa Concionatorem matutinum aut diversarum Sodalitatum Marianarum Praesidem egit, indefessus simul Operarius periculosissimis etiam temporibus, cum vel pestis in Urbe grassaretur, vel Turca eam obsideret. Defuncto Concionatori Metropolitano substitutus primus ad columnam SS. Triadis pro concione dixit, rareque populum sine lacrymis dimisit. Demum calculi doloribus multum vexatus, sectione etiam patientissime tolerata, piissime obiit Viennae 18. Martii 1694. aet. 51.

Edidit latine:

Duellum Amoris in 4 orbis partibus pro uno Xaverio Magno Indiarum Apostolo expressum. Cassoviae typ. Ac. 1674. 8.

Duae Columnae Herculis Christiani, Amplius et Satis, seu Adversa et Prospera M. Ind. Apostoli S. Francisci Xaverii. Cassoviae 1675.

Votum Austriacum SS. Trinitati. Concio in foro Graben dicta ad Colossum SS. Trinitatis coram Caesare Leopoldo 29. Dec. 1678. germanice.

(Propyl. Bibl. Univ. Graec. Gesta et Scripta Prov. Austr.)

LIPPAY Joannes, Hungarus, Posonii 1606. natus, aet. 18. Societatem ingres-

Digitized by Google

sus et 4 vota professus humaniores litteras et linguam S. annis pluribus Graecii et Viennae docuit, Collegium Jaurini, Unguarini, Trenchinii et Seminaria Hungarica Viennae et Tyrnaviae rexit. Annis dein pluribus in Aula fratris sui germani Georgii Archiepiscopi Strigoniensis ita versatus est, ceu in domo religiosa esset, horis quotidie pluribus orationi impensis; at morbis variis, quibus per vices primum tum ceu facto agmine, hydrope, typanitide, calculo, arena, podagra, cordis palpitatione impetitus est, patientissime toleratis, demum in Collegio Trenchiniensi, quo se recepit, consumtus est 2. Junii 1666. aet. 60.

In Physicis versatissimus scripsit hungarice:

Calendarium oeconomicum perpetuum. Posonii 1662. 4.

De Insitionibus et Seminatione. Posonii 1663.

Hortenses praeceptiones et deliciae. Viennae 1664. 4.

De fructibus diversissimis producendis. Posonii 1666.

(Sotvell. Propylaeum. Pray.)

LIPPAI Franciscus, Hungarus, Posonii 7. Mart. 1608. natus et aet. 16. Societatem ingressus, 4 vota professus, Philosophiae et Theologiae Doctor, utramque Tyrnaviae docuit, 17 annis ad populum hungarice dixit, Rector Jaurini et Cassoviae fuit, tantaeque modestiae, ut, etsi pro concionibus ejus ad omnem artem exactis, Spirituque Dei plenis Archiepiscopus Strigoniensis sumtus offerret, eas tamen prelo subjici non pateretur. Obiit pie Jaurini 7. Aug. 1674. aet. 66.

Est ejus latine:

Oratio ad Joannis Telegdini Archiepiscopi Colocensis moestos cineres. Posonii in Comitiis dicta et edita Viennae 1647. 4.

(Paintner.)

LIPPOLD Franciscus, Hungarus, Jaurini 11. Sept. 1715. natus, aet. 16. Societatem ingressus, absolutis studiis Missionarium primum per Hungariam egit, quod valetudine tenui non ferente, Cassoviae Philosophiae Doctor creatus, eandem quinquennio docuit; sed nec huic oneri ferendo par, praesertim quod praeterea maximo cum fervore et fructu ad populum diceret, in patrium solum remissus, prope Jaurinum pie obiit 16. Aug. 1753. aet. 38.

Edidit latine:

Tristia Emerita sive Contagionis Tyrnaviae grassantis tempora. Carmen. eleg. Tyrnaviae typ. Acad. 1740. 8.

Sermo de S. Joanne Nepomuceno, in quo Sectariorum de Poenitentia errores erudite confutavit, vulgatus instar dialogi.

Opusculum polemicum de traditionibus. Cassoviae 1750. 12.

Reliquit plures Sermones apprime elaboratos, quos tamen modestia ejus a typo prohibuit.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Paintner.)

LIPSICS Michael, Hungarus, Ovarini 19. Sept. 1703. natus, et aet. 17. in Societatem receptus, 4 vota professus, Philosophiae et Theologiae Doctor, Graecii primum Linguam hebraeam, tum Claudiopoli ac Tyrnaviae Mathesim, Cassoviae quadriennio Philosophiae partes omnes, Agriae Controversias, Budae Casus, Tyrnaviae Canones, Zagrabiae et Jaurini Theologiam dogmaticam docuit; et cum annos 17 docendo traduxisset Posonii Minister, Jaurini Praefectus altiorum, Sopronii et Jaurini Regens Convictus, posteriori loco hoc in munere pie obiit 23. Aug. 1766. aet. 63.

Edidit latine:

Algebra seu Analysis speciosa. Cassoviae typ. Acad. 1739.

Statica de varietate et proprietatibus Motus naturalis et artificialis cum methodo erigendi machinas iisque utendi. Cassoviae 1740. 8. c. fig.

Hungaria coelestis, Astronomiam et Chronologiam in compendio exhibens. Cassoviae 1741. 12.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

LISCUTIN Alexander, Germanus, Judenburgi in Styria 21. Maji 1635. natus, et aet. 16. in Societatem receptus, in eaque 4 vota professus, humaniores primum litteras docuit; tum per omnem vitam Concionatorem, Congregationum Praesidem et-

Digitized by Google

indefessum Operarium egit, Viennae praesertim pestis et obsidionis turcicae tempore ubi militum et pauperum solatium et asylum, ideoque Em. Archipraesuli S. R. E. Cardinali a Kolonicz totique Nobilitati summo in pretio fuit. Rector demum Collegii Leobiensis piissime obiit 8. Dec. 1709. aet. 74.

Edidit germanice tacito nomine:

Ars semper gaudendi. Tyrnaviae 1679.

Quotidianae actiones pro singulis horis. Viennae 1683. 12.

Messias digito demonstratus, seu Symbolum Apostolorum hebraico-christianum in Veteri Lege et Prophetis nec non in Nova Lege, vetustissimorum Rabbinorum et Ecclesiae Christianae Doctorum testimoniis fundatum, in quo Jesus Nazarenus a Judaeis crucifixus verus Deus et in Lege olim promissus Messias esse et jam advenisse velut digito monstratur. Clagenfurti Kleinmayr 1707. 4.

Exercitia spiritualia P. Izquierdo S. J. a se versa.

(Propyl. Bibl. Univ. Graec. Gesta et Scripta Prov. Austr.)

LITKEI Ferdinandus, Hungarus, in Comitatu Neogradensi 14. Sept. 1700. natus et aet. 18. Societatem ingressus et 4 vota professus, Ethicam Claudiopoli, Controversias Tyrnaviae docuit, Collegium Unguarinense rexit et pie obiit Jaurini 1663. aet. 63.

Edidit latine:

Oratio de immaculato Virginis Deiparae Conceptu. Tyrnaviae 1729.

Indicia Sanctitatis hungaricae. Tyrnaviae 1737.

(Paintner.)

LIUBICH Petrus, Croata, natus 1581. Posegae in Slavonia, 4 vota professus, annis prope 18 fervidum Concionatorem egit, Caesareum Oratorem Constantinopolim est comitatus, haeterodoxorum continuus insectator Varasdini non sine vitae periculo versatus, Zagrabiae Collegium rexit, ac ibidem senio confectus piissime obiit 16. Nov. 1645. aet. 64.

Scripsit et edidit multa contra haereticos, quae praesertim in senio confecit.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

LOBETH Bartholomaeus, Belga, e Provincia Austriaca, Missionarius in Regno Chili Americae Meridionalis, cujus:

Epistola ad P. Ketteler S. J. ex Civitate Conceptionis 12. Dec. 1688. de moribus incolarum et dotibus naturae hujus regni. — germanice in Stöcklein P. II. n. 46.

LOSCANI Franciscus, Germanus, Viennae Austriae 11. Aug. 1732. natus, et aet. 16. in Societatem adscitus, 4 vota professus et Philosophiae Doctor, eandem Lincii biennio, tum Graecii Ethicam quinquennio docuit, cum curandae valetudinis causa Viennam 1771. in Domum Annaeam missus, 27. Junii ejusdem anni pie obiit aet. 39.

Edidit latine:

Institutiones Philosophiae Moralis duobus partibus comprehensae, et in usum auditorum Philosophiae conscriptae. Graecii Lechner 1769. 8. Norimbergae 1770. 8.

(Menzel.)

LOVINA Josephus, Helvetius, Brigae in Vallesia 19. Martii 1674. natus, aet. 18. Societati se in provincia Austriaca addixit, et 4 vota professus, praeter 8 annos, quibus ad populum dixit, vitam paene omnem in castris, triremibus et sacris missionibus exegit. Et quidem 6 annis Caesareo exercitui sacra obsequia impendit, et supremo Curioni e castris discedenti mensem et diem obitus praedixit, qui et eodem die et mense evenit. Sex annis Missiones sacras more P. Segneri obivit. Quindecim annis damnatis ad triremes Venetiis summa charitate adstitit. Virmondium Oratorem Caesareum Constantinopolim comitatus, plurima et hic in salutem animarum est operatus. Vir multae orationis, in se asperrimus, qui 40 annis super nuda humo decubuit, a multis periculis divinitus liberatus, sanctissime demum, ut vixit, obiit Viennae in Domo professa 31. Martii 1742. aet. 68.

Scripta ab eo:

Legatio Constantinopolitana Virmondii Caesarei Oratoris ad Aulam Ottomani-

Digitized by Google

cam. — Edita a P. Stöcklein in Mercurio inter Litteras Indicas germanice.

Epistola ad P. Josephum Stöcklein S. J. Constantinopoli 20. Apr. 1724. de Simonia Graecorum Schismaticorum et laboribus Missionariorum S. J. in specie P. Cascodi; germanice in Stöcklein P. VIII. n. 217.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

LOVINICS Michael, Szutioski in Bosnia natus, Viennae 1708. in Societatem ad missus, et 4 vota professus, Concionatorem primo Illyricum aliquot annis, tota vero reliqua vita Missionarium zelosissimum in durissima illa Missione Carassoviensi, in rerum omnium penuria egit, cui voluntariam abstinentiam addens pane fere communi et frigida vixit. Inter haec singularibus a Deo gratiis, praesertim crebris Angeli sui tutelaris apparitionibus donatus cum odore sanctitatis Carassoviae Provinciae Temesiensi in tugurio humili a se constructo obiit 25. Jan. 1730.

Edidit libellum fidei Christianae dogmata complexum pro Valachis.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

LOY David, Germanus, Pleiburgi in Carinthia 9. Oct. 1626. natus, aet. 18. Societati se dedit, Graeciique Philosophia et Theologia imbutus, 4 vota professus et Philosophiae Doctor, Viennae Dialecticam exposuit. Minister dein ibidem 20 ipsis annis, Graecii tribus, Cremsii triennio Rector, Operarius semper indefessus, qui vel ignito suo alloquio maximos peccatores convertit, cum innocentissima vita severissimam effaeti corporis mortificationem jungens, et Deiparae singularis cultor, a qua et singulares gratias recepit, tanta denique in opinione sanctitatis versatus ut Principes etiam viri de defuncto reliquias peterent, Viennae ad S. Annae obiit anno 1694. aet. 68. Erat constans fama, non tantum inter Religiosos S. J. sed etiam exteras sacras familias, eum ob singularem animi puritatem Deiparae ipsi apparenti annulo desponsatum fuisse.

Edidit plures tractatus pios, eosque inter:

Modus bachanalia pie transigendi. Viennae 1682. 12.

Aucupium innocentiae, sive Pravae Societatis insidiae detectae. Graecii 1683.

Castitas mortalium, maxime juventutis ornamentum. Viennae 8.

Vita S. Judae Thaddaei Apostoli. Viennae 8.

Synopsis Vitae S. Dismae latronis cum statis precibus. Viennae 1693. 12.

(Propylaeum. Bibl. Univ. Graec. Gesta et Scripta Prov. Austr.)

LUPPERGER Jacobus, Germanus, Viennae Austriae 25. Julii 1657. natus, aet. 16. Societatem adiit, et 4 vota professus ac utriusque Facultatis Doctor, Philosophiam et Theologiam Tyrnaviae, Graecii, Viennae 13 annis docuit. Concionatorem dein 20 annis Lincii, Labaci, Posonii ac Viennae in Domo professa egit. Congregationum postea Praeses et Operarius semper indefessus, Cremsii Rector, pie demum obiit Viennae 12. Febr. 1734. aet. 77.

Edidit latine:

Oratio funebris in solemnibus Exequiis Adami Comitis Czobor de Czobor Militiae Hungaricae in Imperio Generalis etc. Tyrnaviae 1692. 4.

Libellus septem Saeculorum complectens tantae aetatis Cels. Illustr. et Excell. Familiam de Dietrichstein. Graecii Widm. 1694. 8.

Germanice:

Annuus Cursus Festivus seu Conciones in omnia Festa. Augustae Vind. Veith. 1739. fol.

Eclipsis Solis sub ipsa meridie 17. Apr. 1711. seu Mors luctuosissima Josephi I. Rom. Imp. in triduanis Exequiis Domus professae S. J. Viennae 1711. fol.

Annuus Cursus triplicium Concionum Dominicalium, seu Expositio Evangeliorum Dominicalium ad literam ex S. Scriptura et Patribus confirmata et Doctrinis moralibus adspersa. Aug. Vind. id. 1739. fol.

Formula Actuum Virtutum. Viennae. lat. et germ.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Bibl. Saechen.)

LUSNER Josephus, Germanus, Carniolus Labaci 17. Febr. 1734. natus, et ibidem Rhetor 1751. in Societatem receptus, et 1768. quatuor vota professus, hu-

Digitized by Google

maniores classes in Collegio Academico Viennensi ab anno 1768. ad mortem usque docuit, quam pie subiit 1800. aet. 66.

Edidit germanice:

Introductio ad Arithmeticam in usum scholarum Labacensium. Labaci 1795. 8.

(Bibl. Carniol.)

LUX Andreas, Cassoviae Philosophus absolutus 1761. in Societatem receptus Theologiam Tyrnaviae excepit, et ut ante ita et post humaniores classes diversis in locis docuit; soluto Ordine Poesim ac Rhetoricam docere perrexit ac demum Convictui Nobilium ibidem, dum tolleretur, praefuit, et ab eo tempore adflictam diversis morbis valetudinem curavit, Exhortatoris munere in Gymnasio functus.

Edidit latine:

Festivi honores Leopoldo II. in Regem Hungariae inaugurato. Leutschoviae 1791. Opusculum poeticum, plurimis Inscriptionibus refertum.

Vota Scepusianorum in Inauguratione supremi Comitis Josephi e Comitibus Csaky. Leutschoviae 1796. versu elegiaco.

Sensa publica occasione ejusdem Inaugurationis soluta Oratione sub nomine D. S. A. A. Leutschoviae eodem anno.

Oda in eadem Inauguratione a Nobilitate Banderiensi oblata, cum esset ibidem S. Curio. Eodem loco et anno.

Elegia ad virum gravem e S. J. Wolfgangum K. Parochum Civitatis Leutschoviensis. Ibid. 1797. Huic adnexus pari versu:

Veteranus Heliconi valedicens.

Inclytae turmae Scepusiensis terrae insurgenti in solenni Benedictionis Vexilli apparatu. Leutschoviae 1797. Carmine heroico.

Novis honoribus Antonii e Comitibus Csaky augustos progressus vovet Banderii Nobilitas. Cassoviae 1800. Elegiaco ac lyrico versu.

Josepho Baroni Horvath de Palocsa, veterano Banderii Duci. Cassoviae eodem.

Festiva lumina Illustr. D. Antonio e Comitibus Csaky, in Supremum Comitem Scepusiensem inaugurato. Leutschoviae 1800. Elegia.

Oda honoribus Illustr. D. Joannis e Comitibus Reva Episcopi Scepusiensis, cum Augusto favore intimis status consiliariis adlegeretur. Opus fusius cum Gentilitio. Msc.

Odae Pio VI. P. M. — Lessus Leopoldo II. — Alexandro Principi Hungariae Palatino. — Josepho e Comitibus Batthyan Cardinali ac Primati Hungariae. — Excell. D. Joannie Comitibus Csaky. Com. Scepus. Moderatori. — Excell. D. Com. Stephani Csaky artefacta in decora et commoda Scepusii et in erigendis ac ornandis Ecclesiis. Carmine lyrico et heroico.

Epithalamica. Propemtica. Onomastica. Msc.

(Palatsor.)

LYDL Joannes, Germanus, Passavii 7. Maji 1633. natus, et aet. 16. Viennae in provinciam Austriacam receptus, in eaque quatuor vota professus, 25 annis variis in Provinciae locis Concionatorem et indefessum in vinea Domini Operarium egit, virque admodum pius et religiosus obiit Styrae 14. Nov. 1707. aet. 74.

Vertit e latino in germanicum:

Eus. Nierembergii S. J. de Adoratione in spiritu et veritate. Graecii 1687. 4.

Ejusdem Vita Divina. Styrae Auinger 1700. 8.

Ejusdem de Amore Mariae. 12.

Gabr. Hevenesi S. J. Ars bonae mortis. Viennae 1795. 12.

Mart. Szentivani S. J. Dissertatio haeresilogico-polemica de haeresiarchis et haeresibus ab anno 1600 ad 1700 excitatis. Tyrnaviae 1703. 8.

Ejusdem Nihil ad rem, nihil ad propositum. Tyrnaviae 1704.

Tilkovski S. J. Soliloquia.

Franc. Bellegambe S. J. de quatuor Novissimis, Considerationes ex S. Scriptura, Patribus et aliis Scriptoribus Ecclesiasticis. Augustae Mich. Habbart 1705. 8.

(Propyl. Bibl. Univ. Graec. Gesta et Scripta Prov. Austr.)

Digitized by Google

M.

MACHER Joannes, Germanus, Pleiburgi in Carinthia 9. Jan. 1661. natus, aet. 17. Societatem adiit, et 4 vota professus ac Philosophiae Doctor Rhetoricam primum, tum Philosophiam Graecii docuit; Concionator dein Lincii, Posonii, Neostadii, Sopronii, in heterodoxos imprimis magna et soliditate et efficacia invectus, Operarius indefessus, vir singularis innocentiae et pietatis, contracta ab infirmo milite lethali lue, christianae heros pietatis obiit Posonii 18. Febr. 1704. aet. 43.

Edidit latine:

Vita Magni Indiarum Apostoli 50 poematis illustrata. Viennae 1690. 8.

Paraphrasis Precationis D. Xaverii pro salute peccatorum numinumque inanium cultorum. Carmen epicum. Viennae 1696. Recusum ibidem Trattner 1755.

Alphonsus in scenam datus. Graecii 1694. 8.

Fasciculus Marianus continens quinquagenam quaestionum de praerogativis B. V. Mariae. Viennae Heyinger 1696. 8.

Augustus Hymenaeus in Desponsatione Josephi I. cum Amalia ab Academicis Graecensibus celebratus praeside Jo. Macher. Graecii 1699. 4. c. fig.

Graecium Ducatus Styriae metropolis topographice descriptum. Graecii Widm. 1700. fol. c. fig.

Sacra naturae prodigia inclyti Ducatus Styriae oratoris calamo celebrata. Graecii id. 1700. 4. c. fig.

Germanice:

Panegyricus de recuperato Landavio. Lincii Casp. Freyschmidt 1702. fol.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

MACSAL (Matsal) Georgius, Hungarus, 16. Mart. 1714. natus, et aet. 17. Societatem ingressus inque ea 4 vota professus, in Valle Dominorum primo Concionator, tum simul Superior annis 15, Concionator dein Neosolii, Cassoviae, Tyrnaviae annis 8, ac demum tribus ultimis ante abolitum Ordinem annis Eperiesini Superior et Parochus.

Edidit Magister Poesim docens latine:

Selectae D. Hieronymi Epistolae in carminis materiam assumtae. Cassoviae 1741. 12.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

MADOTSANI Andreas, Hungarus, 1715. Cassoviae Operarius, 1716. Tyrnaviae Regens Rubr. 1719. Rector Jaurini, et ab anno 1722. Tyrnaviae Regens Seminarii S. Adalberti, obiit circa annum 1725.

Edidit latine:

Dissertatio philologica de vera Eruditione Tyrnaviae 1701. 12.

(Horanyi.)

MADOTSANI Sigismundus, Hungarus, in Horotz provinciae Trenchiniensis 1639. natus et aet. 17. in Societatem cooptatus, 4 vota professus, Philosophiae et Theologiae Doctor utramque Graecii docuit, ibidemque pie obiit 14. Jan. 1679. aet. 40.

Edidit latine:

Genealogia lineae Pustenwaldianae Comitum ab Heberstein. Graecii 1673. 8.

(Paintner.)

MAEGERL Andreas, Germanus, Graecii in Styria 16. Maji 1662. natus, aet. 16. in Societatem se recepit, et 4 vota Professus Rhetoricam Viennae et Graecii docuit, et Philosophiae Doctor eandem Graecii triennio praelegit, ac variis muneribus perfunctus, inter quae etiam Collegio Labacensi praefuit, Clagenfurti demum pie decessit 10. Junii 1713. aet. 51.

Edidit latine:

Omina Regiae Philosophiae de Augusto Philosopho Josepho I. Archiduce Austriae Leopoldi M. felici filio. Carmen. Viennae. Cosmerov. 1693. 8.

Europa ob bella tristis ab Apolline in spem pacis erecta. Graecii Widm. 1695. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

MAGIUS Laurentius, Italus, ditionis Venetae, an. 1553. ex Italia Viennam ve-

Digitized by Google

nit, et Collegium illud ingentibus pressum difficultatibus Rector gubernandum suscepit. Hic 4 vota professus et Theologiae Doctor creatus, una Sacras Litteras in Academia interpretatus est, diebus dominicis et festis in Templo Collegii germanice, in quadragesima ad S. Crucis italice, denique per vices etiam in Aula Mariae Maximiliani Caesaris uxoris concionatus est. Postea universam Provinciam annis 12 rexit, quo tempore Socios in Poloniam misit, pluraque ibi Collegia, ut et Olomucii et Brunae in Moravia erexit, et ad Congregationem III. Generalem Romam Elector est missus. Post biennium rursus eodem ad nova Comitia Generalia concessit, sed a Claudio Aquaviva retentus, 12 annis Consiliarium ejus potissimum pro Italia egit, et intra hoc tempus ab eo in Galliam legatus, restitutionem Societatis in illo Regno promovit. Demum vir virtutibus omnibus ornatus et de re christiana optime meritus, piissime obiit Romae 26. Oct. 1605.

Reliquit in Msc. Historiam Collegii Viennensis.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

MAGNET Paulus, Germanus, ad S. Pauli in Carinthia 25. Martii 1679. natus, et aet. 18. Societatem complexus, in eaque 4 vota professus, Viennae Dialecticam anno uno docuit, tum in Domo Annaea Socius Magistri Novitiorum, ac licet vixdum Professus Praefectus spiritus, ut et Judenburgi et Viennae in Collegio Academico, Minister Clagenfurti et in Domo professa, Cremsii Rector, et demum Clagenfurti pluribus rursus annis Praefectus spiritus pie obiit 2. Jan. 1734. aet. 55.

Edidit latine:

Laureata Castimoniae spectacula a sex Heroibus et totidem Heroinis exhibita epico carmine. Viennae Schlegel 1711. 8.

Res bello gestae anno ultimo Josephi I. et primo Caroli VI. Augustissimorum fratrum. Viennae Voigt 1711. 8.

Meteorum igneum duplici igne inflammatum seu Divus Ignatius Dei et proximi amore succensus. Oratio panegyrica. Viennae Voigt 1711. 12.

Trebellius Bulgariae Princeps lusu theatrali exhibitus. Viennae Heyinger 1714. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

MAIER Joannes Gabriel, Germanus, Labaci Philosophiam docens, edidit latine:

Musa, quae magnifico atque immortali operi Illustr. L. Baronis a Valvasor assurgere voluit. Labaci 1668. 4.

(Bibl. Carniol.)

MALLATH de Szekhely Antonius, Hungarus, ex illustri familia Kereskenii in Comitatu Hontensi 24. Junii 1739. ortus, et aet. 16. tyrocinium in Domo Annaea Viennae ingressus, absolutis eximia cum laude studiis tertio probatus Philosophiae Doctor Ethicam Tyrnaviae quadriennio docuit, simulque Concionatorem hungaricum egit, et ultimo ante solutionem Ordinis anno adhuc 4 vota professus est. Dehinc Abbas S. Benedicti, Praepositus SS. Salvatoris de Papetz, Cathedralis Ecclesiae Jaurinensis Canonicus, plurium Comitatuum et S. Sedis Assessor fuit. Obiit 20. Dec. 1804. aet. 65. Orator celebris edidit sequentes Orationes latinas:

Oratio de Sodalis Mariani Praerogativis. Posonii. 1762.

Panegyris S. Francisco Xav. magno animo, constantia, fortitudine Apostolo. Tyrnaviae 1764. 12.

Oratio de illibato Divinae Virginis Conceptu. Tyrnaviae 1766. 4.

Panegyris S. Ignatio Loj. Ibd. eod.

Oratio, qua redditam valetudinem M. Theresiae Augustae coram S. P. Q. Academico Tyrnaviensi gratulatus est. Tyrnaviae 1767. 4.

Panegyricus M. Theresiae Augustae dictus ob Scientias optimasque artes in Universitate Tyrnaviensi instauratas. Tyrnaviae 1772. fol.

Honoribus quinquagenarii Sacerdotis Franc. Com. Zichy. Ep. Jaurin. Viennae 1774.

Oratio in solemni Instauratione Academiae Jaurinensis. Sopronii 1776. 4.

Sermo in glorioso Natali M. Theresiae Augustae dictus 1777. — germanice redditus a Francisco Rausch S. J. Jaurini 8.

Oratio in solemnibus Exequiis Francisci Com. Zichy Episcopi Jaurinensis dicta. Tyrnaviae 1783. 4.

Sermo nomine Statuum et Ord. Comi-

Digitized by Google

tatus Sopronienſis dictus, cum Princeps Nicolaus Esterházy in munus Supremi Comitis Sopronienſis introductus est. s. l. 1794. 4.

Oratio in solemnibus Exequiis Joannis Szily primi Episcopi Sabariensis. Sabariae 1799. 4.

In piumejusdem obitum. Carmen s. l. et a. 4.

Oratio in solemnibus Exequiis Josephi Com. de Bathyan Card. et Hungariae Primatis. Jaurini Streibig. 1800. 4.

Saecularis Memoria S. Imaginis B. V. Mariae, quae an. 1697. 17. Martii in Cathedrali Ecclesia Jaurinensi prodigiosis mixtis sanguine lacrymis immaduit. Oratio ab ipso Autore ex hungarico in latinum versa cum Praefatione contra Wielandi Mercurium Solemnitatem impugnantem. Jaurini 1800. 8.

Moralium Liber unicus. Jaurini 1803. 8. pag. 44.

In Msc. reliquit multas sacras et profanas dictiones, inter quas Funebris M. Theresiae Augustae.

Propositiones et partitiones Concionum Dominicarum.

Theologiae moralis praeceptiones nova Methodo, cum dissertatione de Theologia pastorali.

Elegiarum Libros II, Epigrammatum unum et Carmina varia, ut et Moralium Elegiarum librum unum.

In Natalem M. Theresiae Aug. Elegia II nomine Convictus S. Adalberti. Tyrnaviae 1769. fol.

(Bibl. Saechen. Paintner.)

MAINERSPERG Carolus, Germanus, Graecii in Styria 1. Nov. 1680. claro genere ortus, et aet. 16. Societati adscriptus, 4 vota professus, et Philosophiae ac Theologiae Doctor, Mathesim Viennae, Graecii Polemicam et Moralem docuit. Tum Missione Indica sibi negata, ad populum annis 12 Styrae, Cremsii et Lincii dixit, et hinc totidem fere annis Gynaeceo Aug. Imperatricis Viduae Amaliae a sacris Confessionibus fuit. Rexit dein Collegium Neostadiense, ac demum Viennae in Domo professa pie obiit 5. Julii 1754. aet. 74.

Edidit germanice:

Meditationes pro triduana Recollectione. Viennae Kurzbeck 1732. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

MAINX Georgius, Concionatorem in Hungaria pluribus annis egit et pie obiit Neosolii 1740.

Est ejus latine:

Verus contemtor mundi S. Aloysius. Pars I. vitam Sancti, II. orationem complectitur. Claudiopoli 1727. 12.

(Paintner.)

MAISTER Franciscus Xaver., Germanus, Graecii in Styria 20. Nov. 1699. natus, et aet. 16. Societati adscriptus, Poesim primo ac Rhetoricam Viennae in Collegio Academico biennio docuit; tum Concionator Passavii et Clagenfurti in quartum annum, hic praemature licet, pie obiit 12. Maji 1735. aet. 36.

Edidit latine:

Annus salutis MDCCXXX. aureus solertibus, inertibus ferreus, tempus bene locandi pretium commendat. Stilo ligato. Viennae Voigtin 1730. 8.

Metamorphosis Poesis Elegiacae in Eclogam, Heroicam, Satyricam et Comicotragicam. Viennae Voigtin 1731. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

MAISTER Georgius, Germanus, Graecii in Styria 17. Nov. 1717. natus, et aet. 16. Societatem amplexus, 4 vota professus Philosophiae ac Theologiae Doctor, Poesim primo et Rhetoricam Viennae in Collegio Academico et altero Leobii Repetentibus tradidit; tum ab anno 1754. Professor Eloquentiae sacrae in Universitate Vindobonensi, et ab anno 1765. Praeses Congregationis majoris Marianae; ab anno vero 1770. in Domo professa Praeses Congregationis Dominorum, usque dum sublato Ordine Ecclesia haec a Josepho II. in Parochiam transmutaretur, cujus ipse Curator, indefessus semper Operarius usque ad obitum suum fuit, qui accidit 19. Jan. 1795. aet. 78.

Edidit latine:

Fastorum Ecclesiasticorum Liber VII. et VIII. item liber XI. et XII. Carmen. Viennae Kaliwoda 1750. et 1751. 8.

Digitized by Google

Panegyricus Francisco et M. Theresiae Augustis ob Scientias optimasque Artes suis in Terris instauratas, dum Senatus Populusque Academicus Vindobonensis Augusta Munificentia splendidissimarum aedium e fundamentis recens conditarum possessione donaretur, coram iisdem Augustissimis Majestatibus dictus (ab Autore). Viennae Trattner 1756. fol. — Gallice redditus Viennae fol. 1756.

Germanice:

Triduum sacrum in Sodalitate majori B. V. Mariae celebratum. Viennae Kaliwoda 1770. 8.

(Bibl. pr.)

MAISTER Josephus, Germanus, Graecii in Styria 6. Nov. 1714. natus, Georgii frater, et aet. 13. Societati insertus Rhetoricam Tyrnaviae docuit, et absolutis summa cum laude Viennae philosophicis et theologicis studiis, et 4 vota professus, Philosophiae et Theologiae Doctor, illius primo partes omnes Graecii quinquennio, Lincii casus et controversias biennio, et altero S. Scripturam Viennae, eandemque quinquennio Graecii, ibidemque ab anno 1762. Dogmaticam usque ad abolitionem Ordinis docuit; quo toto tempore simul Praeses Congregationis majoris Marianae Exercitia spiritualia triduo hebdomadae sanctae maximo et concursu et fructu tum studiosorum tum exterorum etiam e prima nobilitate, quorum etiam major pars eo arbitro in S. Tribunali usa est, ad annum usque 1774. dedit. Sic omni et etiam reliqua vita ad Dei gloriam et salutem proximi saluberrime transacta, demum pie obiit Graecii 18. Sept. 1794. aet. 80.

Edidit latine:

Heroes Hungariae, S. Stephanus, Jo. Hunniadi, etc. Tyrnaviae 1743. 8.

Panegyrici 88. Joanni Evang., Ladislao, Ursulae, Viennae dicti.

Gratulatio ab Universitate Viennensi oblata in Nuptiis Caroli Alex. Lotharingae ducis et Mariae Annae AA. Viennae 1744.

Dissertatio physica Pauli Casati, S. J. de Ignibus coelestibus. Recusa Graecii 1750. 8.

Dialogus physicus de brutis, ex opere gallico Natalis Regnault, S. J. latine redditus. Graecii 1751. 12.

Dies sacra P. Scotti, S. J. verbis S. Scripturae concepta, aucta precibus tempore infirmitatis et mortis.

Quaestiones theologicae de Scientia media reflexa, de Honorio Pontifice, de Praedestinatione ad Gloriam, de Fine Incarnationis, de habitu Charitatis. Graecii diversis annis.

Veritates aeternae in sacris Exercitiis triduo Hebdomadae majoris propositae Tomibus XXI per totidem annos. Graecii 1757. et seq. 8.

Medulla verae devotionis. Aug. Vindel. 1761. 8. germanice.

(Cat. Trattner.)

MAISTER Josephus Ludovicus, Germanus, Graecii in Styria 1. Aug. 1717. natus et aet. 15. in Societatem cooptatus, in eaque 4 vota professus, ab anno 1750. quo ex tertia probatione prodiit, in patria sua Concionatorem matutinum et Operarium adeo indefessum egit, ut conciones ipsas apud infirmos, quibus diu noctuque adstitit, in schedis componeret; inque hoc munere etiam abolito Ordine ad mortem usque perstitit.

Edidit latine:

Individuum inter Deum Hominem et Immaculatam Virginem gloriae vinculum dictione oratiora confirmatum. Tyrnaviae 1745. 4.

Germanice:

Sermo sacer ad Annum jubilaeum Congregationis Cordis Jesu in Templo Ursulinarum. Graecii 1749. 4.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Paintner.)

MAKO de Kerek Gede Paulus, Hungarus, Jaszapathi in Jaszygia 18. Julii 1724. natus, et aet. 18. Societatem ingressus, 4 vota professus et Philosophiae Doctor, vir apprime eruditus, et claritatis praecipue dono praeditus, Mathesim primum anno uno Viennae in Collegio Nobilium Theresiano, itemque uno in Universitate Tyrnaviensi; tum in eadem et in Viennensi Logicam et Metaphysicam annis tribus, ac demum in Collegio rursus Theresiano Mathesim triennio, et Physicam ex-

Digitized by Google

perimentalem ab anno 1766. ad abolitionem usque Ordinis tradidit; quum in Hungariam reversus, Abbas primum S. Margarethae de Bela, tum Ecclesiae Cathedralis Vacensis Canonicus, in Universitate Regia Budensi Assessor Senatus Academici Facultatis Philosophicae Praeses et Consiliarius Regius creatus est; et meritorum plenus et inter restauratores studii philosophici jure numerandus pie obiit Budae 19. Augusti 1793. aet. 70.

Edidit Philologus non minus praeclarus ac Philosophus, et a puritate ac claritate latini sermonis, quo scripsit, non sat commendandus juxta Elenchum ipsius manu confectum:

Elegiarum Liber unus. Tyrnaviae 1752. 12.

Carminum Elegiacorum Libri III, addito Dramate Nicomedes. Tyrnaviae 1764. et 1780. 8. Basileae 1783. 8. In his:

De arte placendi et de pellenda tristitia. Carmina didascalica.

Elegia de reddita M. Theresiae Augustae valetudine. Viennae 1767. 8.

Elegiacon occasione Instaurationis Regiae Universitatis editum. Tyrnaviae 1780. 8. — Auctum et emendatum. Budae 1780. 8.

Oratio habita anno 1777. cum Regia Scientiarum Universitas Budae collocaretur. Budae 1777. Viennae 1779. 8. — germanice Viennae 1779. 8.

Compendiaria Logices Institutio. Viennae 1760. et 1765. 8. Ed. IV. ab Autore recognita. Ibidem 1773. Editio III. Veneta juxta quartam Viennensem 1796. 8.

Compendiaria Metaphysicae Institutio in usum auditorum. Viennae 1761, 65, 69. 8. Ed. IV. ibid. 1773. Ultima 1797. 8. Editio IV. Veneta juxta quartam Viennensem 1797. 8.

Compendiaria Matheseos Institutio. Algebra et Geometria. Partes II. Viennae 1764, 69, 71, 76. 8. c. fig. Editio IV. Veneta juxta quartam Viennensem 1796. 8. c. fig.

Calculi differentialis et integralis Institutio. Viennae 1768. 4. Haec tria opera saepius recusa in Silesia, Helvetia et alibi.

De Arithmeticis et Geometricis Aequationum Solutionibus. Viennae 1770. 4.

Positiones de Aequilibrio Corporum ex Mechanica et Hydraulica. Viennae 1773. 8. germ.

Compendiaria Physicae Institutio. Partes II. Viennae 1762, 64, 66. 8. c. fig. Venetiis Laur. Basilii 1786. 8. c. fig.

Dissertatio de Figura Telluris. — Olomucii 1767. 4.

Dissertatio physica de natura et radiis Fulguris — de proprietatibus Tonitru et mediis contra ictum fulminis. Viennae 1772. Goritiae 1773. 8. — germanice per ejus discipulum Jos. de Retzer. Viennae 1772. et 1775. 8. — hungarice per Nic. Revai piarum scholarum. Posonii 1781. 8.

Dissertatio de Aurora boreali. In Collectaneis Eruditorum Austriae — germanice. Viennae 1773. et 1775. 8.

Eaedem tres addita quarta de Athmosphaera Lunae. Budae 1781. 8.

Institutiones Arithmeticae. Partes III in usum Gymnasiorum et scholarum grammaticalium. Budae 1788. Saepius recusae et in hungaricam translatae.

Elementa Geometriae practicae in eundem usum. Budae 1778.

Elementa Matheseos purae in usum Academiarum Hungariae. Budae 1779. Recusae cum accessionibus plurimis.

Elegiacon auctum et emendatum adjecto Odario in secundas Josephi II. nuptias. Budae 1780. carmine lyrico Horatio digno.

Descriptio Provinciae Moxitarum in Regno Peruano, quam e Scriptis posthumis Francisci Xaverii Eder S. J. annis 15 sacri apud eosdem Curionis digessit, expolivit et annotationibus illustravit. Budae 1791. 8.

Posthumae memoriae G. A. C. A. P. Pestini 1793. 8.

Opiniones ad parandum Lexicum hungaricum ducentes. s. l. et a. 8.

Panegyrim ei funebrem dixit Antonius Kreil Professor. Pestini 1795. lat. et germ. Memoria ejus in Schlichtegrollii Necrologio; et peculiaris per G. A. C. A. D. Posonii 1793.

(Horanyi. De Loco. Mensel. Denis B. G. Heinsius. Bibl. Szechen. Preml. Paintner.)

Digitized by Google

MANCKER Andreas, Germanus, (Hispanis Alphonsus de Castro) e Provincia Austriaca, Missionarius in Insulis Philippinis, cujus:

Epistola ad P. Constantinum Schiel dictae Provinciae Procuratorem Viennae, ex Philippinis circa 1682. qua statum harum Insularum eleganter describit. — Germanice in Stöcklein Mercurio Parte I. n. 12.

Epistola ad eundem Mexico 25. Febr. 1681. qua nanfragium suum Gadibus, et iter hinc Mexicum usque, populosque et Missiones quas in America Sept. pertransiit, describit. — germanice in Stöcklein Mercurio P. I. n. 30.

MANCZINI Antonius, Hungarus, Cassoviae 1761. in Societatem receptus, et soluto Ordine in alterum annum Theologiae studens, dein Presbyter Strigoniensis, Philosophiae Doctor et Professor Posonii humaniorum litterarum, ibidem obiit 1783. orationem ei funebrem dicente Georgio Szlanar.

Est ejus latine:

Compendiaria Politioris Litteraturae Notitia in usum juventutis hungaricae. Parte I. Praeviae notiones Historiae. Chronologia. Geographia veteris et medii aevi. Heraldica cum Ordinibus Equestribus Europae. Parte II. Diplomatica. Ars graphica. Tachygraphica. Sphragistica, imprimis Hungariae. III. Notitia universae rei nummariae, Hebraeorum, Graecorum, Romanorum et omnium Europae Statuum. Posonii et Cassoviae J. M. Landerer 1777. 8.

(Bibl. Szechen.)

MANGEN Carolus, Germanus, Viennae Austriae metropoli 2. Febr. 1634. natus, et aet. 15. Societatem ingressus, 4 vota professus, Philosophiae et Theologiae Doctor, Tyrnaviae Philosophiam triennio, et quinquennio Theologiam Moralem et Polemicam tradidit; tum annis 16 Labaci, Graecii, Viennae, Posonii Concionatorem aeque facundum ac fortem haereticorum insectatorem, et indefessum Operarium egit; ac Comaromii ultimo degens, ob pedum infirmitatem ultimis mensibus se ad Cathedram portari curavit, ac demum ibidem pie obiit 13. Nov. 1689. aet. 55.

Edidit germanice:

Catholicae fidei doctrina in quaestiones digesta. Viennae 1676. 12.

Panegyris de Immaculata Conceptione. Clagenfurti 8.

Dilemmata fidei, quae in valvis Ecclesiae ac diversarum domuum effigi curavit, quorumque ope plures ex heterodoxis convertit.

(Propyl. Bibl. Univ. Graec. Gesta et Scripta Prov. Austr.)

MANIGAI Joannes, Hungarus, Posonii 3. Junii 1672. natus, aet. 19. in Societatem admissus, et 4 vota professus, cum pluribus annis humaniores classes magno animi demissione docuisset, ad alia munia adhibitus, Neosolii Rector, Szepusii et Tharozii Superior, hic quoque pie obiit 15. Nov. 1725. aet. 53.

Edidit latine:

Annus Saecularis Jubilaeus Josepho I. Hungariae Regi semper Augusto Hungaricas veterum Regum sedes implorans. Cassoviae 1700. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

MARCHESI Mauritius, Germanus, in Comitatu Tyrolensi 19. Sept. 1686. natus, aet. 19. Societati se in provincia Austriaca dicavit, et 4 vota professus, Philosophiae et Theologiae Doctor, illam Goritiae et Clagenfurti, Theologiam vero moralem et dogmaticam Tyrnaviae, Viennae et Graecii docuit. Regens dein Seminariorum Clagenfurti, Graecii, Goritiae, Cancellarius Graecii, Praefectus altiorum scholarum Goritiae, demum Clagenfurti Praefectus spiritus pie obiit 15. Nov. 1750. aet. 64.

Edidit latine:

Epitome Chronologica Scriptorum Ecclesiasticorum. Pars I. a Moyse ad A. C. 1000. Graecii 1732. 8. Pars II. ab anno 1000. ad 1550. ib. 1735. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

MARCHOVITSCH Carolus, Germanus, Graecii in Styria 28. Martii 1666. natus, et aet. 16. in Societatem receptus, ob tenuem valetudinem majori gradui renuntia-

Digitized by Google

vit, quo citius ac certius Sacerdotium attingeret. At servatus a Deo debili licet corpore, ut multa pro ejus gloria et animarum salute scriberet ageretque, plura hominum millia interque hos etiam sceleratissimos ad beatam mortem disposuit; in turbis hungaricis multa, etiam verbera et non semel vitae periculum perpessus; tanta vero scripsit, quae si in unum colligerentur, plures tomos implerent. Demum cum Bibliothecae Catecheticae ad S. Annae multis annis praefuisset, virtute et scientia summis viris adnumerandus, piissime obiit Viennae in Domo professa 22. Martii 1717. aet. 51.

Edidit germanice:

Ephemerides Theresianae. Viennae 4.

Hebdomas S. Crucis. Lincii 1715.

Triginta certe opuscula Catechetica, quae e Bibliotheca Catechetica Viennae ad S. Annae in lucem prodiere.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

MARCUS Stephanus, Hungarus, Papocziensis 25. Jan. 1716. natus et Sopronii 1733. in Societatem receptus, Theologiae studens eam rursus deseruit. Tyrnaviae Poesim ac Rhetoricam Magister docens edidit latine:

Prima Orbis Hungarici Lilia, seu Sancti et Beati utriusque sexus carmine celebrati. Tyrnaviae typ. Acad. 1742. 12.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

MAREKOVITS Josephus, Croata, natus 1670. mortuus Zagrabiae 1713. aet. 43. Edidit croatice:

Libellum de S. Francisco Xaverio.

(Paintner.)

MARK Michael, Germanus, Graecii in Styria 2. Sept. 1630. natus, et aet. 17. in Societatem receptus 4 vota professus, et utriusque facultatis Doctor et Professor, Rector Collegii Lincensis, Socius Provinciae Praesidis, Rector et Magister Novitiorum in Domo Annaea, Rector Collegii Viennensis bis, Praepositus Domus professae, Judenburgi Rector et Instructor Patrum tertiae probationis, in tradendis Exercitiis S. Ignatii insignis, singularis Cultor S. Josephi, cujus miram opem in diversis regiminibus saepius expertus est, in incendio Judenburgensi, ad mortem semper paratus flammis absumtus est 1. Febr. 1699. aet. 69.

Edidit latine:

Epigrammata. Viennae. 1661. 12.

Alimenta Sapientiae. Viennae 1662. 12.

Nobilitas Familiae Herbersteinianae, toga et sago laureatae. Viennae 1665. 12.

Conscripsit gratias, quae intercessione S. Josephi obtentae sunt.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

MARKIEVITS Jacobus, Hungarus, edidit latine:

Fasciculus aculeorum epigrammaticorum. Tyrnaviae 1678. 12.

S. Franciscus Xav. vario carminum genere celebratus. Tyrnaviae 1679. 8.

(Paintner.)

MARKOVICS Joannes Bapt., Croata, 18. Junii 1670. natus, aet. 18. Societatem ingressus, et 4 vota professus, Missiones sacras in diversis Hungariae plagis, ac praesertim in Sigethana obivit; ut plus fructus faceret, linguam Rascianam addidicit, et miraculis per Reliquias S. Ignatii patratis verbis suis multum ponderis addidit. Demum vir pius Varasdini Rector obiit 26. Martii 1713 aet. 43. horridis instrumentis ad affligendum corpus post mortem ejus repertis.

Transtulit in linguam Croaticam et edidit libellum de S. Francisco Xaverio.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

MAROTTI Emericus, Hungarus, superatis maternis lacrymis fidem orthodoxam, mox etiam Societatem amplexus Viennae 1719. audita Graecii Philosophia, Cassoviae Poesim docens, B. V. Mariae cultor eximius, primam innocentiam, ut pie creditur, quippe et communiter Angelus aut Aloysius dictus, tumulo intulit 30. April. 1728.

Edidit latine:

Metamorphoses seu Natales poetici urbium et oppidorum superioris Hungariae. Carmen. Cassoviae typ. Acad. 1728. 12.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

Digitized by Google

MARSCHEK Joannes, Germanus, in Carniolia natus, 33 annis indefessum Operarium praesertim in s. poenitentiae tribunali egit, horarum preces, et solemnem intra octavam Theophoriae processionem Graecii primus induxit, ac vir apprime religiosus pie ibidem obiit 10. Julii 1656. Conscripsit Historiam Collegii Graecensis annis pluribus.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

MARTONFI Josephus, Transylvanus, Csikiensis, 15. Jan. 1746. natus, an. 1763. e Rhetorica Claudiopoli in Societatem receptus, Trenchinii, repetitis Szakolzae humanioribus litteris et Tyrnaviae audita Philosophia, Budae biennio Grammaticam et repetita biennio Viennae Mathesi, Budae rursus eo, quo tollebatur Ordo, anno Rhetoricam docuit; tum ad Statum clericalem transiit et Sacerdos factus, mox a Josepho II. scholarum normalium Inspector per Transylvaniam designatus, Episcopus Serviensis ad honores, et tandem 1798. a Francisco II. Episcopus dioecesanus Transylvaniae denominatus est, simulque Consiliarius status intimus, et Consiliarius in Gubernis Transylvaniae, omnibus veri Episcopi et viri apostolici muniis ad amussim perfunctus, piissime obiit Albae Carolinae 3. Mart. 1815. aet. 69.

Edidit germanice:

Oratio funebris de M. Theresia Augusta. Cibinii 1781. fol.

(Teleki.)

MASTALIER Carolus, Germanus, Viennae Austriae 26. Nov. 1731. natus et aet. 18. in Societatem receptus, 4 vota professus et Philosophiae Doctor, Humanista insignis, Poesim et Rhetoricam in Domo professa Viennae ultimis 10 ante abolitionem Ordinis annis docuit; ac demum Canonicus titularis Labacensis, apoplexia ictus pie obiit Viennae 6. Oct. 1795. aet. 64.

Edidit latine:

Sermones de Immaculata Conceptione B. V. Mariae, de S. Catharina, de S. Ivone, de SS. Cosma et Damiano, de S. Stephano, de S. Ladislao, de SS. Ignatio et Francisco Xav. Viennae habitae.

Germanice:

Sermones plures de SS. Kiliano, Mauritio Ursula, Udalrico, Francisco Sales., Joanne Nepom. et patrono Comitatus Tyrolensis, in diversis Ecclesiis Viennae dicti et seorsim editi.

Sermo in morte Francisci I. Rom. Imp. in Ecclesia Collegii Theresiani dictus. Viennae Trattner 1765. fol.

Sermo eucharisticus ob restitutam M. Theresiae Augustae valetudinem. Viennae 1766. 4.

Oratio funebris de M. Theresia Augusta defuncta. Viennae Ghelen 1781. 8.

Carmina cum aliquot Odis Horatianis germanice redditis. Lipsiae 1774. auctae Viennae 1782. 8. Odarum plures ante seorsim editae.

In his:

In Nuptias Josephi II. cum Josepha Bavara 1765.

In mortem Daunii 1766.

In reditum Josephi Caesaris. 1769.

In obitum Gellerti. 1770.

Hymni duo equitum Austriacorum. 1770.

In mortem Theresiae AA. 1770.

Ad Germaniam ob Imperatorem suum. 1771.

Imago M. Theresiae, Matris bonarum artium et scientiarum. 1772.

Ad Melpomenem et in Laudonum. (In Almanacho Musarum. Lips.)

Sensa 23. Maji die festiva Pacis. Viennae 1779. 8.

Sensa in obitu M. Theresiae Augustae. Viennae 1780. 8.

Epistolae Berolino scriptae de paradoxis hujus aetatis. Partes II. Berolini et Viennae 1784. 5.

(De Loca. Desis, Bibl. Gur. Mensel.)

MATYASOVSZKI Ignatius, Hungarus, Nitriensis ex perillustri stirpe patre Vicecomite ejusdem Comitatus 30. Maji 1718. natus, Viennae 1735. in Societatem admissus et absolutis studiis jam alterum in annum concionatus, dimissionem petiit et Parochus in Vizkelet obiit 1761.

Edidit latine Poesim docens:

Ethopoeiae illustrium Hungariae virorum. Tyrnaviae typ. Acad. 1744. 8. Carm. elegiaco.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

Digitized by Google

MATZ Samuel, Hungarus, Varallyae 26. Aug. 1716. natus et aet. 20. Societatem ingressus, Szakolzae 12 annis juniores litteras amoeniores docuit et pie obiit Albae regalis 1772.

Est ejus latine:

Metamorphosis septicollis Daciae occasione mortis Caroli VI. Rom. Imp. Carmen elegiacum. Claudiopoli 1741. 12.

(Paintner.)

MAURACH Matthaeus, origine Germanus, sed Posonii in Hungaria natus 1599. a parentibus lutheranis, agnito depositoque errore aet. 21. in Societatem admissus, post traditas humaniores litteras, vir magni zeli et innocentissimae vitae Concionatorem et Operarium egit annis circiter 15, et rara mansuetudine sua seu domi seu in Missionibus supra 1500 haereticos ad orthodoxam fidem reduxit. Demum fractus laboribus, in cubiculo suo ceu in solitudine inclusus et unice cum Deo agens piissime obiit Posonii 17. Februarii 1648. aet. 69.

Edidit junior tacito nomine:

Calepinulus, seu ex toto Calepino Synonima, Composita, Derivativa, Attributa caetera, quae ad eandem rem spectant, simul scripta. Viennae Austriae. Matth. Formica 1630. 12.

(Sotvel.)

MAURISPERG Antonius, senior, Germanus,

cujus latine:

Rosettum Sapientiae. Viennae 1656. 8.

S. Franciscus Xaver. olim Parisiis in Collegio D. Barbarae AA. CC. et Philosophiae Doctor. Viennae 1657. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Bibl. Prem.)

MAURISPERG Antonius, junior, Germanus Cilejae in Styria 4. Mart. 1678. natus, et aet. 15. Societati adscriptus, 4 vota professus et Philosophiae Doctor et Humanista eximius Poesim et Rhetoricam Graecii et Viennae docuit, in Domo professa Praefectum inferiorum scholarum et Historicum Provinciae pluribus annis egit; dein Decanus Linguarum Graecii, simulque Praeses Congregationis majoris; Regens Seminarii Leobii, ac pluribus annis diversis in Collegiis Minister, demum vir omnibus veri Religiosi virtutibus exornatus pie obiit Viennae ad S. Annae 12. Dec. 1748. aet. 70.

Edidit latine:

Sacer Marianae Styriae Zodiacus seu Prodigiis claraeB. V. Mariae Icones. Graecii Widmanstad. 1709. 8.

Orationum Marianarum Pentas. Graecii id. 1710. 8.

Antonias ter Laureata, seu Antonii sancti, sapientes et strenui, Confessorum, Doctorum et Martyrum gloria illustres. Viennae Voigt 1711. 8.

Imperium Romano-Austriacum sub Carolo VI. maximum Dissertatione politico-historica illustratum. Lincii Lindemayr 1712. 12.

Vita Viennensis olim Academici D. Stanislai Kostka S. J. centum symbolis aeri incisis et epigrammatibus illustrata. Viennae 1715. 8.

Amicitia vindicata ex Pamphilia Mathiae Naldii potissimum desumta, rationibus et eruditionibus pluribus illustrata. Viennae Kierner 1716. 8.

Calamus Aloysio devotus seu Epistolae Illustrium personarum ad Sedem apostolicam pro Canonizatione D. Aloysii, praemissa Epistola elegiaca ad Illustr. Amadeum Stamper L. B. de Walchenburg, Humanitatis studiosum. Viennae Kierner 1716. 12.

Annus saecularis Consecrationis SS. Ignatii et Xaverii. Viennae 1722. fol.

Florialia sacra. Styrae Grünwald 1726. 8.

Conceptus symbolici de S. Stanislao Kostka, dum ejus Canonizatio celebraretur. Styrae id. 1726. 8.

Vita S. Aloysii Gonzaga S. J. symbolis et emblematibus exornata in eadem solemnitate. Styrae id. 1726. 8.

Opuscula varia. Oratoria, Poetica, Historica, Chronostica, olim diversis libellis data in lucem, uno jam volumine recusa. Viennae, Graecii et Styrae id. 1726. 8.

Dramata IV. Mutius, Deodatus, Stanislaus, Nepomucenus. Styrae id. 1730. 4.

Homagium S. Joanni Nepomuceno loquenti et tacenti, pro servato Sacramenti arcano Protomartyri, multo praeconio ab Eloquentia praestitum in Ecclesia Cathedrali Labacensi, cum Academica sup-

Digitized by Google

plicatio e Templo S. J. eo deduceretur. Labaci 1730. fol.

Magni Servi Dei Francisci de Hieronymo, S. J. mira Acta et zelus propagandi cultus S. Cyri Medici Eremitae et Martyris. Viennae Schilgen. 1738. 8. germanice.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Bibl. Carniol. Promt.)

MAUTHREI Ignatius, Germanus, Rustbachii in Austria 30. Julii 1690. natus, et aet. 18. Societatem amplexus 4 vota professus, et Philosophiae Doctor, Viennae Poesim et Philosophiam docuit, Magistri dein Tyronum Socius, et Passavii Seminarii Regens, ibidem pie obiit 27. Junii 1737. act. 47.

Edidit latine:

Vita anni Austriaci MDCCXXII. poetico calamo descripta. Viennae 1723. Voigt 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

MAYER Christophorus senior, Germanus, Augustae Vindelicorum in Suevia natus 1568. aet. 14. Societatem ingressus, 4 vota solemnia professus, et Doctor Philosophiae et Theologiae renuntiatus, Philosophiam ac Theologiam totis 30 annis Patavii, Brixiae, Graecii, Viennae magna doctrinae commendatione explicuit. Graecensis Academiae Cancellarius, et Viennae in facultate Theologica senior, ubi ultimo S. Scripturam exposuit, disputator acer simul et jucundus, neminem laedens, simplicitatis et modestiae singularis et tanto in Deum et divina amore aestuans, ut in Sacro, in Exhortationibus aut colloquiis piis lacrymas non teneret, Ferdinando II. Caesari percharus, a quo in rebus conscientiae difficillimis consultus, Viennae in Domo professa piissime obiit 11. Octobris 1626. aet. 58. Elogium ejus in Scriptoribus Univ. Vienn. et in Propylaeo Bibl. Univ. Graec.

Edidit:

Octo Fidei Controversiae, ob quas solas hoc tempore plerique difficultatem habent redeundi ad Ecclesiam manifeste catholicam; seu de Necessitate bonorum Operum; de Communione sub una specie; de Praesentia Christi in Eucharistia; de Purgatorio; de Cultu et Invocatione Sanctorum; de Cultu SS. Reliquiarum; de Cultu SS. Imaginum; de Traditionibus. Viennae et Coloniae Jo. Kinkii 1622. 8. et Norimbergae 1626. 12. Controversias has, cum Joannes Hofferus autoritate Electoris Saxoniae et Academiae Lipsiensis refutare aggressus esset, vi veritatis compulsus Viennam fugit, et in Ecclesiam Catholicam primum, tum in Societatem Jesu se recepit, in qua Ecclesiae egregius defensor adversus novatores evasit, ut suo loco dicetur.

Approbatos typo sed iniquitate temporum impeditus edere, reliquit servatos in Collegio Coloniensi Tomos 3 in III. Partem D. Thomae, quorum primus agit de Ingressu Christi in mundum, et progressu usque ad aetatis annum 30; secundus de Congressu Christi cum hominibus, conversando, docendo, miracula patrando; tertius de Egressu ejus ex hoc mundo.

(Sotvell.)

MAYER Stanislaus, Tirolensis, 22. Sept. 1808. natus in valle Sarentina, absolutis in Seminario Tridentino Studiis theologicis factus est sacerdos, et per plures annos Concionatorem egit Roveretti donec Parochus in Wöls constitutus est. Anno 1845. Graecii Societatem Jesu ingressus, secuta paulo post, scilicet anno 1848. dispersione Ordinis rediit in patriam et per aliquot annos Tridenti germanice pro Concione dixit et curam militum et infirmorum in nosocomio militari magno cum fructu exercuit. Serius Argentoratum et in Westphaliam missus Missionarium egit donec revocatus in Austriam Missionariis Provinciae austriacae in varias hujus imperii provincias excurrentibus associatus est.

Vertit adhuc in saeculo degens ex italico in germanicum:

Vita prudentis et virtuosae Virginis Bartholomaeae Capitaneo de Loyern. Oeniponti. 1843. 8.

MAYR Antonius, Germanus, 26. Oct. 1738. Viennae in Austria natus, aet. 16. post absolutam Philosophiam in Societatem receptus, et persoluta Theologia tertio probatus, ac 4 vota professus, tribus ultimis annis in Collegio Theresiano Praefe-

Digitized by Google

ctum, ac simul Concionatorem aut Catechistam egit, et post abolitum Ordinem aliquamdiu Socius Astronomi Caesarii, demum pie obiit Viennae.

Est ejus latine:

De venenata Ranunculorum indole. Viennae 1783. 8.

Collaboravit P. Maximiliano Hell in Ephemeridibus Viennensibus pro 1777.

MAYR Christophorus, Germanus, Varasdini Rhetor 1723. in Societatem receptus, absolutis studiis tertio probatus et 4 vota professus, Philosophiam Clagenfurti et Passavii sexennio, Casus et Canones Budae, Clagenfurti et Zagrabiae annis quinque docuit, et Socius Superioris Castrensis primum in Italia biennio, et Superior ipse in Hungaria triennio, Budae, Clagenfurti et Neosolii Rector, demum ad S. Annae Bibliothecarius abolito Ordine pie obiit.

Est ejus germanice:

Concio panegyrica de S. Joanne Nepomuc. Viennae 1760. 4.

(Cat. Trattner.)

MAYR Georgius, Germanus, Purbachii 7. Apr. 1734. natus et aet. 20. in Societatem receptus, diversis muneribus perfunctus obiit Albae regalis 23. Jul. 1770. aet. 37.

Est ejus latine:

Divus Ivo sermone panegyrico celebratus. Tyrnaviae 1763. 4.

(Paintner.)

MAYR Joannes Bapt., Germanus, Vilshovii in Bavaria 3. Jun. 1653. natus, et aet. 27. in provinciam Austriacam receptus, absolutis studiis vix Sacerdos factus, praemature obiit Comaromii 23. Oct. 1685.

Poesim docens edidit latine:

Laurus Philosophica symbolicis imaginibus illustrata. Graecii 1680. Widm. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

MAYR Joannes Bapt., Germanus, in Comitatu Tyrol. 5. Maji 1686. natus, et aet. 17. in Societatem receptus, 4 vota professus, Philosophiae et Theologiae Doctor, utrinsque diversas partes Graecii, Tyrnavii ac aliis locis 18 annis tradidit, ac Labaci demum pie obiit 8. Dec. 1748. aet. 62.

Extat ejus germanice:

Sermo in Professione Ursulinae Annae Mariae Jasky de Kutnar. Festo Natali B. V. Mariae Jaurini. Impressus Posonii 1743. 4.

Panegyris dicta in Parthenone Ursulinarum Clagenfurti ad secundam Professionem Mariae Claudiae Sidoniae Comitis de Lamberg, Superioris Monasterii et Mariae Aloysiae Comitis a Grottenegg. Clagenfurti Kleinmayr 1744. 4.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

MAYR Joannes Bapt., Germanus, Viennae Austriae 9. Febr. 1693. natus, et aet. 15. Societati adjunctus, 4 vota professus Philosophiam triennalem Labaci docuit, tum 12 annis diversis in locis concionatus, dein Praeses Congregationis civicae, Minister ac demum Praefectus spiritus, sedulus semper Operarius Cremsii hausto ab infirmo milite veneno pie obiit 25. Jan. 1760. aet. 67.

Edidit latine:

Panegyricus B. Virginisine labe conceptae. Tyrnaviae typ. Acad. 1719. 4.

Gloria SS. Ordinis Benedictini, seu vitae Summorum Pontificum ex Ordine D. Benedicti a S. Benedicto I. usque ad Benedictum XIII. Viennae Schwendiman 1728. 8.

Idea Sapientis theopolitica, oeconomica, summaria methodo comprehensa. Viennae 1728. 4. c. fig.

Gratulatio ad Onomasticum perill. ac rev. D. Benedicti Saigho ad S. Martini in Monte Pannonio Archiabbatis. Carmen epicum. Jaurini Streibig 1729. fol.

Germanice:

Symbola et Emblemata in Canonizatione SS. Aloysii et Stanislai. Jaurini Streibig 1728. 4.

Sermo eucharisticus de liberato ab obsidione Sopronio dictus in Templo Parochiali. Sopronii Schmid 1734. 4.

Symbola et Emblemata in Canonizatione S. Joannis Franc. Regis. Labaci Reichard 1737. 4.

Sermo sacer ad Professionem Religiosam

Digitized by Google

Perill. Herulae, nunc Sororis Annae Mariae Jasky de Kutnar in Templo Ursulinarum Jaurini dictus. Impressus Posonii Royer 1743. 4.

Dispersit etiam plurimas pagellas typo datas, evertendis haereticorum erroribus peridoneas.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Bibl. Carniol.)

MAYR Josephus, Germanus, Aurasii in Tyroli 28. Maji 1672. natus, et aet. 16. Societati in provincia Austriaca insertus, cum annis pluribus Viennae atque aliis in locis concionatus, et Neostadii in quartum annum Minister esset, manumissus est.

Edidit quamdiu in Ordine perstitit, Sermones duos germanice:

Panegyris D. Theresiae dicta, in ejus filiarum Coenobio. Viennae 1709. 4. et Augustae Grueber. 1741.

Sermo de S. Kiliano, nationis Franconicae Patrono, in Templo S. Dorotheae Can. Regul. Viennae Voigtin 1709. 4.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

MAYR Petrus, Germanus, Leuthoponti in Austria 20. Martii 1688. natus, aet. 21. Philosophia excultus ad Societatem accessit, et Philosophiae Doctor eandem Claudiopoli et Cassoviae docuit. Praeco dein sacer pluribus locis, Regens Seminarii pie obiit Lincii 2. Febr. 1753. aet. 65.

Extat ejus:

Systema mundi terrestris per quaesita et responsa in Synopsi. Cassoviae 1726. 12. latine.

Panegyris S. Joanni a Cruce dicta apud PP. Carmelitas Jaurini et impressa ib. Streibig 1727. 4. germanice.

(Gesta et Scripta Prov. Aust. Bibl. Strebeb.)

MAYR Petrus Paulus, Germanus, in Ambras Tyrolensi arce 29. Jan. 1716. natus, et aet. 21. absoluta Graecii Philosophia in Societatem receptus 4 vota professus et Philosophiae Doctor, cum eam Graecii in alterum annum doceret, ex hydrope pie obiit 10. Dec. 1753. aet. 37.

Edidit latine:

Philosophia Rationalis et Naturalis usibus academicis accomodata et praelecta in Acad. graec. Graec. Widm. 1752. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

MAYRHOFER Ignatius, Germanus, Viennae Austriae 13. Sept. 1715. natus, et aet. 15. Societati accensitus, 4 vota professus et Philosophiae ac Theologiae Doctor, Poesim primo et Rhetoricam Viennae biennio docuit; tum Viennae in Domo professa et Collegio, Posonii, Jaurini, Budae septennio ad populum dixit; post Graecii Eloquentiam sacram et profanam, Controversias, Casus, Canones altero septennio tradidit; Cremsii dein Regens Seminarii, Procurator Graecii ad S. Annae, ac demum rursus Graecii, abolito Ordine ibidem pie obiit 13. April 1788. aet. 73.

Edidit latine:

Monumenta Illustrium Ducum, qui pro Augusta Domo profuso sanguine et vita aetate nostra inclaruere. Viennae Kaliwoda 1747. 8. Carm. eleg.

Germanice:

Sermo genethliacus in Partu Serenissimi Archiducis Ferdinandi. Budae 1754. 4.

Oratio funebris in obitum Francisci I. Aug. Graecii 1768.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

MAZZIOLI Jacobus, Germanus, Graecii in Styria 11. Nov. 1730. natus, et aet. 17. Societatem ingressus, in eaque 4 vota professus, ob singulare dicendi donum statim a tertia probatione sacrae Cathedrae admotus, Styrae biennio, Neosolii anno uno, tum Viennae in Domo Annaea, in Collegio et in Domo professa ibidem festis diebus annis quinque ac demum in Ecclesia Metropolitana ad S. Stephani summo populi confluxu ab anno 1768. ad 1775. dixit, quum abolito Ordine honorarius Canonicus Sabariensis et Ecclesiae hospitalis civici Viennae Parochus factus in hoc munere demum multis morbis et miseriis diu conflictatus pie decessit 12. Martii 1790. aet. 60.

Scripsit germanice:

Oratio funebris Francisco I. Rom. Imp. Viennae 1765. fol.

Panegyris de SS. Cyrillo et Methodio. Viennae 4.

Panegyris de Henrico Pio Rom. Imp. Patrono Nationis Bavari. Palatinae. Viennae 1766. 4.

Digitized by Google

Panegyris de S. Joanne Nepom. Viennae 1777. 4.
Instructio ad Parochianos suos. Concio. Viennae 1782.
Conciones in Dominicas totius anni. Partes II. Augustae. II. 1792. 8.
Conciones in festa totius anni. Augustae 1793. 8.
Conciones pro sacro Quadragesimae tempore in tres annos. Augustae 1793. 8.

(Meusel. Heinsius.)

MEACK Antonius, Germanus, Graecii in Styria 9. Julii 1699. natus, et aet. 15. Societati addictus et 4 vota professus, tum Philosophiam, tum Theologiae varias partes diversis in locis tradidit. Oratorem Caesareum, Excell. D. Comitem Philippum Rosenbergium Hagam Comitum primum, dein Berolinum comitatus est, ut ei a sacris consiliis esset. Subin eodem munere apud Principem et Antistitem Lavantinum Baronem a Firmian, dein apud Seccoviensem Principem Episcopum functus, posthac Bibliothecarius Celsissimi Episcopi Passaviensis, demum soluto Ordine obiit Viennae 1783. aet. 84.

Extat ejus:

Panegyris S. Joanni Nepom. triplici Dei testimonio Sancto coram Statibus Carinthiae dicta et impressa Clagenfurti. 1731. 4.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

MECHTL Albertus, Germanus, Viennae Austriae metropoli 19. Jan. 1636. nobilissimo sanguine ortus, contemtis mundi illecebris Deo se aet. 17. in Societate sacravit, et 4 vota professus, humaniores litteras, in quibus singulariter eminuit, exteros et domesticos pluribus annis docuit, rexit Collegium Posoniense, Domum professam et Provinciam totam, Patres tertiae probationis instruxit, Provinciam Germaniae superioris et Rheni inferioris visitavit, ac demum vir eximiae sanctitatis meritorum plenus obiit Leobii 9. Apr. 1718. aet. 82.

Edidit latine:

Nova poetica ex Gazophilacio Apollinis relata. Graecii 1662. 12.
Disputatio de Coelo Astraea praeside propugnata. Graecii Widm. 1663. 8.
Polymita Josephina. Graecii 1687. fol.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

MELL Michael, Germanus, Viennae Austriae 1. Dec. 1643. natus, et aet. 19. in Societatem susceptus, jam adolescens ob singularem modestiam et castimoniam ab omnibus Angelus habitus, Sacerdos jam Poesim Graecii, Viennae Philosophiam, cujus et Doctor creatus, docuit, et variis muneribus perfunctus, Rector etiam Neostadii, sedulus semper Operarius pie obiit Viennae in Domo professa 22. Junii 1698. aet. 57.

Edidit latine:

Somnia et Omina de Augustissimo Imperatore Leopoldo. Carmen. Graecii Widm. 1675. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

MENEGATTI Franciscus, Germanus, Welsii in Austria 5. Nov. 1631. mundo, Viennae 1648. Societati natus, et Romae Theologiam edoctus, Philosophiae Doctor Graecii, Viennae Theologiae creatus, utramque utrobique 22 annis docuit. Ex generali in studiorum Viennensium Praefectura evocatus ad Aulam Caesaream Augustissimo Imperatori Leopoldo a sacris confessionibus fuit, virque multae orationis, qui multas quotidie horas etiam noctu et hyemis tempore in Templo meditandis aeternis veritatibus transegit, piissime demum obiit Viennae in Domo professa 16. Nov. 1719. aet. 79.

Edidit latine:

Regula et norma statica de pondere et motu projectorum. Viennae 1691. 8.
Collectiones Mathematicae de Architectura militari. Viennae 1691. 8. Recusae 1699. fol.

(Propyl. Bibl. Univ. Graec. Gesta et Scripta Prov. Austr.)

MENEGATTI Jacobus, Sacerdos Poesim Graecii docens,

edidit latine:

Nobilitas et Sapientia Illustr. DD. Ottonis Godefridi et Georgii Godefridi Comitum a Kollonitsch, dum prima laurea philophica et ab Augustissimo Caesare tol-

Digitized by Google

que aureo donarentur. Graecii Widm. 1655. 12.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

MENGINUS Dominicus, Lotharingus in Dioecesi Tullensi natus, Societati aggregatus 1550. unus ex iis fuit, qui a S. Ignatio postulatu Ferdinandi Romanorum Regis anno 1551. primi Viennam Austriae missi sunt, ad fundamenta Collegii ponenda. An. 1569. professus tria solemnia vota et in Germaniam superiorem translatus, diu rexit Collegium Monacense, et 29 annis Ser. Principibus Guilielmo et Renatae Conjugi Bavariae Ducibus a Confessionibus fuit. Denique variis munuis perfunctus, multisque exercitus difficultatibus, annis gravis pie obiit Monachii 12. Apr. 1595.

Edidit in usum et voluntate Ser. Ducissae:

Enchiridion christinarum precationum ex Catholicis autoribus, statis horis et temporibus accommodatum. Ingolstadii Dav. Sartori 1586. 8. Coloniae 1627. 12. Germanice redditum ab Andrea Bakez.

(Sotvell. Georgi.)

MERCAS Petrus, Germanus, Luttenbergae in Styria 27. Februarii 1629. natus et aet. 19. in Societatem receptus, docuit Philosophiam ac Theologiam, rexit plura Collegia et obiit 8. Jun. 1694. aet. 65.

Est ejus latine:

Excidium idoli: Quid dicent homines? Viennae 1679.

(Wittmann.)

MERQUITIUS Joannes, Germanus, in Delitsch Misniae oppido in Saxonia natus, et Pragae 1557. in Societatem receptus, 4 vota professus et Theologiae Doctor Romae creatus, in provinciam redux summo et ardore et fructu Olomucii et Viennae ad populum, ac denique ad ipsam Caesaream Rudolphi II. Aulam Pragae dixit; demum Viennae apoplexia ictus, vir magnae virtutis obiit 22. Nov. 1588. aet. 61. Vulgavit librum de Ceremoniis Missae. Olomucii 1575.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

MESSARI Joannes Bapt., Italus Goritiensis, alumnus Convictus Graecensis S. J. dein Presbyter saecularis, et ex hoc Religiosus S. J. in Provincia Austriaca, Missionarius primum in China, dein in Tunchino, ubi in carcere arundineo ferris onustus, aerumnis et fame confectus post decem menses Confessor Christi obiit 15. Junii 1723.

cujus:

Epistola ad P. Michaelem Feit S. J. in eadem provincia Austr. ex Lientscheu in China 15. Junii 1715. qua quaedam de moribus hujus regni, et proximum suum in Tunchinum abitum refert. — germanice in Stöcklein P. VI. n. 137. cum ejus effigie in carcere.

METSCH Andreas, Germanus, Nissae in Silesia natus 1586. contranitentibus licet acerrime etiam per verbera domesticis et avunculo suo Vratislaviensi Antistite, Societatem amplexus in Provincia Austriae aet. 17. et 4 vota professus, post traditas humaniores litteras Ecclesiasten egit annis 36, tanto zelo, facundia et successu, ut decem hominum millia, et in his Praedicantes 9 et Apostatas 109 Ecclesiae Catholicae asseruisse dicatur. Rexit Collegium Glogaviense, et juxta Sotvellum obiit Glacii 23. Febr., juxta Calendarium Historicum Bohemiae, Pragae, 21. Februarii 1651. aet. 65.

Extat Viri Apostolici:

Oratio funebris in Exequiis Serenissimi Archiducis Austriae Caroli Episcopi Vratislaviensis Ferdinandi II. Imp. fratris, una cum narratione mortis ipsius Madriti obitae. Nissae 1626. germanice.

(Sotvell. Pehel.)

MEYER Carolus, Germanus, Erfordii in Thuringio 16. Oct. 1678. natus, et aet. 15. Viennae in provinciam Austriacam receptus, ac 4 vota professus, in provincia Superioris Germaniae multis annis Rhetoricam docuit et ad populum dixit. Reversus in Austriam concionari perexit Cremsii, Labaci, Neostadii, ac demum pie obiit Passavii 22. Nov. 1742. aet. 64.

Edidit germanice:

Digitized by Google

Mercurii seu Epistolarum Indicarum a Stöckleinio edi coeptarum Continuatio. Partes 21. 22. 23. 24. limavit, digessit et edidit. Augustae Vindel. 1736. fol.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

MEZBURG Georgius Ignatius, Liber Baro de, Germanus, Graecii in Styria 24. Junii 1735. natus, aet. 16. Societati adscriptus et 4 vota professus, etsi Theologiam cum eminenti profectu defendisset, Mathesi tamen singulariter se applicuit, et vix Sacerdos factus, cum Francisco Guessmann celebri et ipso Mathematico Missionem Sinensem petiit, intereaque 4 vota professus, Socium Praefecti Speculae astronomicae Viennae egit. Venit tandem Roma obtenta facultas 1773. cum uterque in Polonia versaretur, P. Josephum Liesganig in dimetienda Galicia Orientali, quae tum ad Terras Austriacas accessit, adjuvantes; cumque interea temporis Societas solveretur, Mezburgius redux Viennam Walchero in Cathedra Mathematica successit, quam Philosophiae Doctor creatus, 25 annis ad obitum usque suum summa et scientiae et solertiae laude retinuit, Cursum suum proprium praelegens, qui etiam ab exteris cum plausu acceptus est. Paucis ante obitum annis dimensionem Poloniae occidentalis recens acquisitae ipse direxit, mappamque construere coepit a Triesneckero perfectam. Ob scientiam, pietatem, candorem animi et singulare omnibus obsequendi studium, adeo ut eo hilarior esset, quo pluribus iisque incommodissimis negotiis distentus, non discipulis modo a tot annis numerosissimis, sed civitati toti acceptissimus fuit. Praeter numerosam sat Bibliothecam, prolibus fratris sui in Moldavia Consulis defuncti, quos et educavit, legatam nihil fere reliquit, pauperque sepeliri voluit. Obiit 3. Maji 1798. aet. 63.

Edidit latine:

Cl. Hetshami in Univ. Dublin. Phil. Prof. Physica Experimentalis ex Edit. III. Lond. Anglica in latinum translata et in disputatione publica a Comite Philippo Herberstein distributa. Viennae Trattner 1768. 4.

Elementa Arithmeticae regularis seu vulgaris. Viennae 1769. et saepius. — Germanice reddita sub titulo: „Libellus Arithmeticus se ipso docens" Augustae et Viennae. 1770.

Praxis geometrica ex principiis Geometriae deducta. Viennae 1777. 8.

Institutiones Mathematicae. Tomis VII. et quidem I. Arithmetica et Algebra. II. Geometria plana et curvarum. III. Trigonometria et Geometria practica exemplis Dimensionis Regni Galiciae illustrata. IV. Mechanica et Hydrostatica. V. Aerometria et Hydraulica. VI. Optica, Dioptrica et Catoptrica. Viennae Trattner 1775—1790. 8. germanice ibid. a Fr. Xav. Armin; graece Pars I. ab Athanasio Petro de Balida.

Charta Postarum Terrarum haereditariarum Austriacarum in 4 foliis regalibus incisa ab J. E. Mannsfeld. Viennae 1782. — Eadem in uno folio.

Hellii Adjumentum memoriae continuatum. Viennae 16.

Germanice:

Sermo de nova Institutione Studii Philosophici et utilitate ejus. 1786.

(De Luca. Mensel. Denis. Bibl. Gar.)

MEZBURG Godefridus, e Baronibus de, Georgii frater, Germanus, Graecii in Styria 20. Nov. 1738. natus, et aet. 16. Societati insertus, ac 4 vota professus, Clagenfurti aliquot annis Poesim et Rhetoricam docuit, et abolito Ordine Praefectus scholarum et Bibliothecarius ibidem pie obiit 5. Jul. 1797. aet. 59.

Edidit latine:

Praecepta Rhetorices in quaestiones et responsiones digesta in usum discipulorum.

(Mensel.)

MEZGER Christophorus, Germanus, cujus latine:

Oliva pacis stylo elegiali. Graecii Widmanstad. 1666. 8.

(Wittmann.)

MICHELAZZI Augustinus, Italus, Flumine in Liguria 20. Sept. 1732. natus, et 1750. in Provinciam Austriacam receptus, in eaque 4 vota professus, in Collegio Theresiano 6 annis linguam italicam, tum Goritiae Philosophiam biennio docuit, et so-

Digitized by Google

luto Ordine Viennae vitam privatam ducens, Comitis Antonii Apponi, cujus in Collegio Theresiano Praefectus fuit, celeberrimam Bibliothecam direxit; obiit demum vir piissimus e lapsu, cum media hyeme in Ecclesiam Missam celebraturus iret, accedente gangraena Viennae 20. Martii 1820. annos natus 88.

Edidit latine:

Compendium Regni Fossilium. Goritiae 1775. et 81. 8.

Compendium Regni Vegetabilium. ib. 1780. 8.

MICHEZ Sigefridus, Germanus, Clagenfurti in Carinthia 28. Martii 1667. natus, et aet. 17. Societatem ingressus, 4 vota professus, et Philosophiae Doctor, Poesim primum et Rhetoricam Viennae et Graecii, tum Philosophiam et Theologiam moralem ac polemicam docuit, et fervens per omnem vitam Operarius pie obiit Cremsii 29. Oct. 1678. aet. 71.

Edidit latine:

Novus Orbis opum Indicarum proventu clarus, ductu et auspiciis Philosophiae inventus. Graecii Widm. 1639. 12.

Cursus Philosophicus ad Austriacae Minervae Olympiam, ubi triennali certamine ad solemne quotannis repubescentis laureae bravium enitendum acclamante laetissimas voces Odeo Heliconio, admodulantibus Musis. Viennae Math. Formica 1640. 4.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

MIEL Petrus, Hungarus, in pago S. Margarithae 30. Nov. 1681. natus, et aet. 17. Societati adnumeratus, 4 vota professus et Philosophiae Doctor, Tyrnaviae Poesim et Mathematicam docuit, ad populum dixit Cibinii, Posonii, Viennae; tum in Belgium accitus Gynaeceo Archiducis et Gubernatricis Elisabethae 16 annis a sacris confessionibus, et a morte ejus Praefectus S. Curionum in legionibus Caesareis Belgii quadriennio fuit. Redux Posonii Superior ad S. Martini, Minister, Praefectus spiritus, ac demum in eodem munere, vir singulari candore et aequali in omnes charitate praeditus, piissime obiit Viennae in Domo professa 31. Oct. 1755. aet. 64.

Edidit latine:

Somnium catholicum de haeresi in Hungaria, a Rhetorica Tyrnaviensi. Tyrnaviae 1715. 12. s. n.

Stratagemata Martis hungarici stilo historico. Tyrnaviae 1716.

Genethliacus Leopoldo AA. Tyrn. 1716. fol.

Orationes Rhetorum Tyrnaviensium per anni decursum factae. Tyrnaviae 1716. 12.

Conciones in Dominicas et festa. Ratisbonae. Bader 1744. fol. germanice.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Szechen. Paintner. Wittmann.)

MIETTINGER Ludovicus, Germanus, Laureaci in Austria 24. Aug. 1662. natus, et aet. 12. Societati adlectus, 4 vota professus, et utriusque facultatis Doctor, Poesim Viennae docuit, et vir aeque doctus ac pius et in corpus suum severus, ad mortem semper paratissimus obiit Graecii 10. Martii 1702. aet. 40.

Edidit latine:

Affectus poetici de variis Ducibus. Viennae Cosmerov. 1692. 8. Carm. heroico.

Brevis Meteorum explicatio. Graecii Widm. 1698. 8.

Tractatus Theologicus.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

MIHATZ Stephanus, Transylvanus, illustri prosapia Rettergisii 25. Dec. 1726. natus et Claudiopoli 1742. in Societatem susceptus, 4 vota professus et Philosophiae Doctor, Tyrnaviae Rhetoricam et Ethicam docuit, tum ibidem et Claudiopoli concionatus, Missionarius per dioecesim Colocensem, et per Transylvaniam, fervidus semper Operarius, soluto Ordine obiit.

Edidit latine:

Ethica animalium. Clandiopoli typ. Acad. 1751. 8.

Ethica hominum. Ibd. 1752. 12.

Hungarice:

Christianus Seneca. Carmen. Claudiopoli 1768. 4.

Vanierii Praedium rusticum. Cassoviae 8. s. n.

De unitariorum Religione ratiocinans Catholicus. Claudiopoli 1770. 8. per P. Joan. Raicsani S. J. hungarice redditus.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Benkö. Szechen. Paintner.)

Digitized by Google

MIKLAUZ Antonius, Germanus, Capellae in Carinthia 9. Nov. 1700. natus, et jam Sacerdos in Societatem admissus 1731. in eaque 4 vota professus, Concionator Slavonicus Clagenfurti, et per Carinthiam Missionarius, et rursus Clagenfurti Concionator germanicus, indefessus simul infirmorum praecipue Operarius, ibidem pie obiit 1. Junii 1743. aet. 43.

Edidit:

Lexicon Slavonicum.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

MIKOTZI Josephus, Zagrabiae 5. Maji 1734. natus, aet. 17. Societati insertus, absolutis studiis tertio probatus Zagrabiae inferiores classes docuit et ultimo biennio ibidem Philosophiae cursum perfecit.

Edidit latine:

Panegyricus D. Francisco Xav. Tyrnaviae 1763. — D. Ivoni. ibidem 1765. 12.

(Pantner.)

MIKSA Stephanus, Hungarus, jam Theologiam Cassoviae audiens linguam hebraeam docuit, Claudiopoli cursum triennalem philosophicum praelegit, concionatus est hungarice Tyrnaviae et Jaurini, Varadini Superior fuit, et pie obiit Albae regalis 17. April 1734.

Est ejus latine:

Laurea prima Martis Austriaci saeculo XVII. duce Eugenio ad Petro-Varadinum parta. Claudiopoli. 1717. 12. Carmine eleg.

(Pantner.)

MILKOVITS Michael, Hungarus, in Hornstein vicino Austriae oppido 17. Martii 1709. natus, et aet. 16. Societati adjunctus, 4 vota professus et Philosophiae Doctor, eandem tum alibi tum Viennae et Graecii docuit. Varasdini in uniendis Valachis cum Ecclesia Romana nulli labori pepercit. Ginsii Rector, Sopronii demum Convictus Regens destinatus, in itinere Pinkafeldae ex sanguinis vomitu pie obiit 17. Oct. 1759. aet. 50.

Edidit latine:

Annus saecularis Universitatis Tyrnaviensis ludo poetico propositus. Tyrnaviae typ. Acad. 1735. 12.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

MILLER Antonius, Italus, Flumine 11. Dec. 1722. natus, et aet. 18. in provinciam Austriacam receptus, absolutis Graecii severioribus studiis 4 vota professus, Flumine Philosophiam tradidit, biennio ibidem et Goritiae concionatus est italice, Zagrabiae Theologiam praelegit septennio, et ultimo quadriennio Concionator et Praeses Cong. italicae Viennae in domo professa fuit, obiitque ibidem 14. Oct. 1794. aet. 72.

Est ejus:

Elegia de nova nationis italicae Ecclesia. Viennae 1785. 4. sub Molitoris nomine.

(Wittmann.)

MILLER Balthasar, Germanus, absolutis Studiis tertio probatus 1717. in Indiam Orientalem et hinc in Chinam concessit, ubi usque ad annum 1727. haesit, et in Provinciam redux cum in diversis Collegiis Operarium et Praefectum spiritus, et in specie Belgradi 1734. Operarium quinque linguarum egisset, Posegae pie obiit 1. Aug. 1742.

Est ejus:

Epistola ad R. P. Antonium Mordax Praep. Domus Prof. Viennam Macao in limine Chinae 14. Sept. 1718. qua iter suum Ulyssipone in Chinam usque, mortem P. Hieronymi Franchi, persecutionem P. Messari in Tunchino et adventum navis Caes. Regiae, Eugenius dictae Ostenda Cantonem advectae refert. — germanice in Stöcklein P. VII. n. 160.

Epistola ad P. Josephum Stöcklein S. J. Viennae 2. Nov. 1727. cum eo ex China rediisset, de statu praesenti periculoso Religionis in China. — germ. ib. P. XII. n. 297.

MILLER Conradus, Germanus, Ambergae in Palatinatu superiore 8. Sept. 1641. aet. 18. natus, et in Provinciam Austriacam receptus, 4 vota professus, et utriusque facultatis Doctor, Rhetoricam primum, tum et Philosophiam ac Theologiam Viennae docuit. Tum Collegium Labacense et Lincense rexit in pauperes mire beneficus, sed et ideo miram Dei in domum sibi creditam beneficentiam non semel expertus; in tradendis S. Patris Exercitiis summe dexter, in perferendis injuriis constans, pie obiit Clau-

Digitized by Google

stro-Neoburgi 16. Nov. 1696. aet 55. et in Collegio Viennensi conditus est.

Edidit latine:

Sol in sua Eccliptica a duodecim zodiaci signis quot mensibus pulchro ordine exceptus, sive Deus Eucharisticus in Communione menstrua duodecim pretiosarum virtutum actibus ferventer susceptus. Viennae 1682. 8.

(Gesta et scripta Prov. Austr.)

MILLER Joannes, Hungarus, Agriae 13. Maji 1722. natus et anno 1741. in Societatem Trenchinii receptus, decennio Missionarium in dioecesi Jaurinensi potissimum egit, tum Procurator Sopronii ac denique Superior Rosnaviae, sublato Ordine obiit 1790. aet. 68. Cassoviae Poesim docens

edidit latine:

Fastorum Urbis et templi Jerosolimitani Capita VII. Cassoviae typ. Acad. 1750. 8. Carmine elegiaco.

(Bibl. Saecbeu. Paiutner.)

MILLER Philippus, Germanus, Graecii in Styria natus 1613. aet. 16. Societatem amplexus et 4 vota professus, Philosophiae et Theologiae in Universitate Graecensi Doctor, Philosophiam et Mathesim Graecii et Viennae annis 9, Theologiam moralem sesquianno Graecii docuit. Tum Serenissimum Leopoldum Ignatium Archiducem Austriae, dein Romanorum Imperatorem variis disciplinis Philosophiae, Mathematicae et Legum instituit, et an. 1674. jam a 20 annis suae Majestati a SS. Confessionibus fuit, injuriasque malevolorum ac calumnias christiana aequanimitate ac patientia tulit. Circa litteraturam sollicitus Petrum Lambecium ad Praefecturam Bibliothecae Augustae omnibus modis promovit et Collegium naturae curiosorum Germaniae apud Leopoldum commendationibus suis plurimum adjuvit. Adamus Franc. Fröschel in Oratione defunctis Viennensibus Academicis habita hoc eum ornavit Elogio: „In aulico theatro exhibuit, quam gloriosum sit illud mellifluo Doctori prodigium: Humilitas honorata, cui praeter vitae etiam in Aula nunquam religiosi tenoris oblitae laudes haec plaudat satis commendatrix Epitome: quod Augustissimo Leopoldo fuerit et probatissimus litterariae disciplinae Magister et conscientiae arbiter.“ Obiit piissime 7. Apr. 1676. aet. 63.

Edidit Philosophiae Professor:

Assertiones ex universa Philosophia suis rationibus et explicationibus munitae. Graecii. Widmanstadii 1648. 16.

In Msc. in Bibl. Caes. servatur: Philosophia Leopoldo tunc Hungariae Regi tradita. Tomis 3.

(Sottvell. Schier. Propylaeum. Gesta et Scripta Prov. Austr.)

MILLUNOVICH Josephus, Dalmata, Kisoczeni 15. Martii 1709. natus, et aet. 24. absoluta Philosophia Zagrabiae in Societatem receptus, Sacerdos aliquot annis concionatus, cum Missionem Indicam ob affectam valetudinem non obtineret, in ea Illyrii parte, quae sub potestate Ottomanica est, more S. Jo. Francisci Regis summos inter labores indefessum Operarium maximo cum fructu egit, et cum jam ruri circumcurrere non posset, domi pauperum et miserorum pater, omnia, quae potuit, eis obsequia praestitit, ac demum sancto fine quievit Posegae 27. Oct. 1759. aet. 50.

Edidit illyrice librum, quo Summa Vitae S. Aloysii, piae meditationes et diversa Clientibus suis ab eo praestita beneficia per sex dominicas continentur.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

MILSER Hieronymus, Germanus, Viennae Austriae 30. Sept. 1624. natus, et aet. 15. in Societatem cooptatus, 4 vota professus, et utriusque facultatis Doctor, Philosophiam partim, partim Theologiam Viennae et Graecii ipsis 20 annis docuit. Bibliothecae dein Academicae Graecii sexennio praefuit, Collegium Clagenfurtense et Passaviense rexit, et vir plenus charitate et patientia piissime obiit Passavii 6. Martii 1694. aet. 70.

Edidit latine:

Theosophia sacra, seu Apotheosis sex illustrium Theologorum. Viennae Cosmerov. 1668. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

MINDSZENTI Antonius, Hungarus, Tyrnaviae 19. Julii 1687. natus, et aet. 15.

Digitized by Google

Societatem ingressus, 4 vota professus Philosophiae et Theologiae Doctor, utramque Cassoviae et Tyrnaviae 19 annis docuit. Praefuit dein Collegio Clericali Tyrnaviae, et Claudiopoli Collegii et Academiae Rector pie obiit 15. Apr. 1736. aet. 49.

Edidit latine:

Encomia Virginis beatissimae Exercitationibus oratoriis adumbrata. Tyrnaviae 1717. 8.

Propugnaculum Reipublicae christianae religione conditum, Hungarorum fortitudine quinque saeculis defensum, nunc ethice adumbratum. P. I. Tyrnaviae. 1724. 12.

Propugnaculum Reipublicae christianae in Hungaria, iniquis casibus prodita, at sibi virtutibus paternorum aemulis, glorioso Heroum sanguine et magnorum imprimis ex Austriaca Domo Regum pietate reddita, restitutum et ethice adumbratum. P. II. Tyrnaviae. 1725. 12.

Historia flentis Thaumaturgae Virginis Claudiopolitanae, cum praevia Dissertatione theologica. Ib. typ. Acad. 1725.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

MINDSZENTI Emericus, Hungarus, Tyrnaviae 1676. natus, et aet. 16. Societati insertus, Sacerdos Rhetoricam docuit, Praefectus scholarum fuit Tyrnaviae, pieque obiit Jaurini 10. Martii 1722. aet. 46.

Edidit latine:

Fraternae in fratrem impietatis ultio in Alexio Isacii Imp. Constantinopolitani fratre adumbrata. Tyrnaviae 1714. 12.

Fax Ignatiana praecipuis aeternae veritatis axiomatis, et ardentibus quotidianis D. Ignatii in Deum affectibus periphrasi metrica illustrata. Tyrnaviae 1717. 12.

Imago primi Saeculi Martyrum Cassoviensium.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Paintner.)

MIRNYK Thomas, Hungarus, Sarosinensis 18. Dec. 1656. natus, et aet. 17. Societatem ingressus, 4 vota professus, Theologiae et Philosophiae Doctor, graecae et hebraicae linguae probe guarus, Mathesim Cassoviae, S. Scripturam et Polemicam explanavit Tyrnaviae, ibidemque pie obiit 14. Sept. 1713. aet. 57.

Edidit latine:

Exercitationes poeticae tribus Declamationibus comprehensae. Tyrnaviae typ. Acad. 1681. 8.

Ludi Appollinares tres. Tyrnaviae 1682. 8. Carm. eleg.

Stillae ex ungula Pegasi deciduae. Graecii Widm. 1687. 12.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

MITTERDORFER Sebastianus, Germanus, Clagenfurti in Carinthia 18. Jan. 1686. natus, et aet. 17. Societati adscriptus, 4 vota professus et utriusque Facultatis Doctor, Rhetoricam Viennae, Philosophiam et Theologiam Lincii, Viennae et Graecii annis 18 docuit. Rexit dein Collegium Clagenfurtense, Passaviense et Styrense, quo in munere pie obiit 12. Jul. 1743. aet. 57.

Edidit latine:

Res memorabiles per decennium bello Austriaco-Hispanico-Gallico gestae. Viennae Voigt 1710. 12.

Leopoldus VII. Virtuosus Austriae Dux drammate exhibitus. Viennae Schmid 1718. 8.

Gentilitium Austriae scutum perpetuum Victoriarum in Turcas Monumentum a Leopoldo Caesare erectum. Viennae 1718. 8.

Admirandum Globi terraquei Opificium. Graecii Widm. 1721. 12.

Tabula Historiam Graecii topographicam prosa versuque complectens. Graecii 1721. 8. c. fig. (Tribuitur etiam Sigismundo Prembsel.)

Idea globi terraquei, Pars I. de exteriori II. de interiori ejus fabrica. Graecii Widm. 1721. 12.

VIenna aVstrIae sanCto JoannI nepoMVCeno DeVota, istiusque munificis beneficiis ditata, soluto ligatoque stilo. Viennae 1724. 8. (Tribuitur etiam eidem.)

Conspectus Historiae Universitatis Viennensis ex Actis veteribusque documentis. Pars II. seu Saeculum II. a 1465. ad 1565. Viennae Voigt 1724. 8.

Ejusdem Pars III. a 1565. ad 1701. Viennae 1729. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

MITTERHOLZER Joannes, Germanus, Graecii in Styria 1625. natus, et aet.

Digitized by Google

17. Societati adlectus, 4 vota professus et Philosophiae Doctor, Operarius sedulus, et pauperum pater, pie obiit Passavii 24. Maji 1689. aet. 64.

Edidit germanice diversas virtutum actus et selectas preces in unum volumen collectas. Viennae Cosmerovii 1665. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

MITTERPACHER Josephus, Hungarus, Bellya-Baranyensis, 14. Febr. 1739. natus, 1753. in Societatem receptus, et 4 vota professus, quinquennio in Collegio Theresiano Viennae Praefectum egit, et soluto Ordine Philosophiae Doctor et Professor Matheseos sublimioris in Universitate Budensi obiit 1788. parentante Georg. Aloysio Szerdahelyi.

Est ejus germanice:

Institutio in Analysi mathematica et Mechanica. Pars I. continens Algebram et Analysim magnitudinum finitarum, prout D. Josephus Mitterpacher a Mitternburg in suis adversariis reliquit. Edita et continuata Tomo II. a Joanne Pasquich, Professore Matheseos sublimioris in Univ. Budensi. Lipsiae 1790. 8. c. fig.

(Denis Bk. Gött. Gel. Anz. 1790. Bibl. Szechen.)

MITTERPACHER de Mitternburg Ludovicus, Josephi frater, Hungarus, Bellyae in provincia Baranyensi 28. Aug. 1734. natus, et aet. 15. Societati insertus, in eaque 4 vota professus, in Collegio Nobilium Theresiano Viennae quinquennio Praefectum egit, et sexennio Philosophiam biennalem ter praelegit ad annum usque 1778. quo, soluto a Josepho II. Collegio hoc, Budam concessit, et in Universitate hac Philosophiae Doctor creatus, Historiam naturalem, Geographiam, Physicam, Technologiam et Oeconomiam rusticam ad annum usque 1814. tradidit, quo, Membrum dudum Societatis oeconomicae Austriae inferioris et Academiae Scientiarum Instituti Bononiensis Socius, Abbas infulatus S. Spiritus de Monostor et Facultatis philosophicae senior, vir vastae eruditionis, indefessae industriae, operibus editis patriae magna utilitate, sibi immortali nomine parto, vir simul infucatae pietatis et in conversatione amoenus 24. Maji 1814. pie decessit aet. 80.

Edidit latine:

Oratio de SS. Virginis intaminato Conceptu. Viennae 1760. 4.

Adumbratio notionum oeconomicarum, quae Nobili Juventuti in Collegio C. R. Theresiano dabantur. Viennae Kurzbeck 1773. 8. s. n.

Compendium Historiae naturalis Globi terraquei pro praelectionibus in Collegio Theresiano. Viennae Trattner 1774. 8. germanice Viennae 1774. 8.

Positiones ex Historia naturali Plantarum et Cultura agrorum pratorumque. Viennae 1775. 8.

Positiones ex Cultura herbarum colorantium, sylvarum, vinearum et hortorum. Viennae 1776. 8.

Elementa Oeconomiae physicae. Viennae 1776. 8.

Index systematicus Papilionum regionis Viennensis cum Schiffermiller et Denisio. Viennae 1776, 4.

Elementa Astronomiae physicae. Viennae Bernardi 1776. et 1781. 8. c. fig.

Positiones ex Historia naturali Animalium et ex universa re pecuaria pro publico Tentamine in Collegio Theresiano. Viennae Trattner 1777. 8.

Elementa rei rusticae in usum Academicorum Regni Hungariae. Partes III. Budae 1778. et 1794. 8. — italice reddita Mediolani 1784, 89. et 95. 8. c. fig. et a Gubernio omnibus Curionibus sacris distributum.

Physiologicus complexus Historiae naturalis. Budae 1781. et 1795. 8.

Iter per Poseganam Slavoniae Provinciam mensibus Junio et Julio cum M. Pillero. Budae Wiegan 1784. 4. cum 16 figuris.

Instructio de cultura lini et cannabis pro ruricolis. Budae 1788. fol. c. fig. — Germanice contractior sumtibus Aerarii pro usu Colonorum 1789. hungarice et slavonice.

Frumentum Vaciense, Versum ex hungarico Jos. Szabo S. J. Viennae 1793. 8.

Technologia Oeconomica. Budae. 1794. 8.

Inquisitio Acidularum Gisshübelianarum. Viennae 1795. 8. Germanice.

Primae lineae Historiae naturalis in usum

Digitized by Google

Gymnasiorum Regni Hungariae. Budae 1795. 8.
Compendium Historiae naturalis. Budae 1799. 8.
Praelectiones Technologicae. Budae 1800. 8.
Instructio de Moris et Bombycum cultura in usum scholarum agrestium. Budae 1805. 8. — hungarice per Ant. Speck. Budae 1805. 8.
Tractatus de Vitis cultura, arteque parandi vinum, crematum, spiritum vini, acetum simplex, compositum, autoribus Chaptal, Rozier, Parmentier, et Jussieux, e gallico jussu et impensa Illustr. D. e Comitibus de Erdödy, opera Josephi Voltiggi latine redditus, recusus et adjectis notis illustratus a Lud. Mitterbacher. Viennae. Degen. 1808. 8. Voll. II. cum fig. vitis species et machinas etc. exhibentibus.

(Mensel Lex. Denis. BK. Bibl. Szechen. Teleki. Paintner.)

MITTERSTILLER Franciscus, Germanus, Viennae Austriae 25. Maji 1700. natus, et aet. 17. Societatem amplexus, 4 vota professus, non minus praestans Concionator quam Humanista Sopronii, Cremsii, Passavii et in Domo Annaea ad populum dixit, haustoque Leobii ab infirmo morbo pie obiit Leobii 3. Sept. 1740. aet. 40.

Edidit:

Acta Serenissimi Principis Eugenii. Viennae 1735. fol. latine.
Panegyris S. Joanni Nep. Viennae ad S. Petri dicta, dum Festivitas ejus a Clero saeculari celebraretur. Impressa ibid. Heyinger 1739. 4. Recusa Augustae. Grueber 1741. germanice.
Reliquit in Msc. tomos II. in fol. Dramata, Declamationes, Poemata, Satyras, Elegias, Epigrammata, Epitaphia, Odas, Rhytmos, Elogia sanctorum etc.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

MOCHNYAI Josephus, Hungarus, natus 27. Febr. 1729. et aet. 16. Societatem ingressus, absolutis studiis anno uno Solnae slavonice concionari exorsus, morbo ab infirmo contracto extinctus est 12. Jan. 1764. aet. 35.

Est ejus latine:

Carmen cultissimum dum icones eleganti penicillo elaboratae, in novum triclinium inferrentur. Tyrnaviae. 1760. fol.

(Paintner.)

MODESTINUS Andreas, Germanus, Reginae Hradecii in Bohemia natus, Societatem 1578. aet. 22. adiit. Posito tyrocinio cum P. Possevino in Moscoviam profectus est. Redux Olomucii et Pragae ad populum bohemice perdiu maximo cum fructu dixit. Multos praeterea annos Pragae alumnos pauperes summa cum laude rexit, et Operarius semper indefessus pie obiit Pragae 14. Dec. 1601.

Vertit e lingua polonica in bohemicam Postillam evangelicam Jacobi Viecii.

(Paintner.)

MOLIN Severinus, Italus, Venetiis 8. Febr. 1644. natus, et aet. 20. in provinciam Austriacam receptus, in eaque 4 vota professus, Goritiae, Tergesti, Flumine diu cum fructu versatus, negata sibi missione Indica Missionarium per Hungariam et Curionem castrensem in Sabaudia magno utrumque zelo egit, ac demum pie obiit Viennae 11. Martii 1695. aet 51.

Edidit latine:

Emanuelis Alvari Grammatica et Cypriani Soarii Rhetorica a mendis purgata et utilissimis aucta commentariis.
Libellus pro colendo patiente Domino, in quo precibus insignia vitae documenta inserta.

(Propyl. Bibl. Univ. Graec. Gesta et Scripta Prov. Austr.)

MOLINDES Franciscus, Germanus, Moguntiae 6. Junii 1678. natus, et partim in Franconia partim in Styria educatus aet. 16. Viennae in provinciam Austriacam adscitus, 4 vota professus, Philosophiae et Theologiae Doctor, et raro regendi dono celeberrimus, Viennae primum Poesim et Rhetoricam, Philosophiam dein quadriennio, Graecii vero diversas Theologiae partes 13 annis docuit. Tum ab anno 1720. regimini admotus, ob singularem pietatem, prudentiam et mansuetudinem Rector primum et Magister Novitiorum in Domo Annaea septennio, dein Socius Provinciae Praesidis, Rector Graecensis, Provinciae Praepositus ipse, qui etiam 1730. Provinciae

Digitized by Google

nomine Congregationi generali Romae interfuit, Rector denuo in Domo Annaea, tum in Collegio Academico, Praepositus in Domo professa, et Regens Convictus Viennensis, anno demum 1752. in Domum Annaeam se recepit, ubi, dum vires suppeterent, Praefectus spiritus, demum 28. Maji 1768. aet. 90. piissime obiit. Vir erat singularibus dotibus ad gubernandum instructus. Deo junctus erat arctissime, quam intimam cum Deo necessitudinem ex oratione pene assidua traxit, quod quidem precandi studium ad vitae usque exitum retinuit, nam praeterquam quod quoties licebat, ad eucharisticum numen advolaret, tota die ad Servatorem crucifixum, quem cumprimis venerabatur, et de ejus cultu praeclarum libellum conscripsit, nunc ad Virginem sanctissimam suspiria fundebat, quae vel ad adultam usque noctem producebat.

Edidit latine:

Pia desideria seu gemitus Europae post cruentum octo annorum bellum pacem suspirantis. Viennae Voigt 1709. 12.

Angelus Pacis, seu Orationes variae sanctorum Antistitum, qui partim ad belli tumultus partim ad publica dissidia componenda in commune orbis bonum a Deo sunt dati Ecclesiae. Viennae. id 1710. 12.

Synopsis Historiae universalis ab Orbe condito usque ad Carolum M. Viennae. id. 1713. 12.

Ejusdem Continuatio usque ad Carolum VI. Viennae id. 1714. 12.

Pietas quotidiana erga Jesum Crucifixum ad impetrandam gratiam pie vivendi et sancte moriendi. Viennae 1722. 8. dicata Magistratui Viennensi et intra breve tempus ad tria millia exemplarium distracta, latine et germanice saepius recusa et curis P. Joan. Nep. Stoeger correctiori stylo denuo edita. Graecii. 1841. 12.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

MOLNAR Joannes senior, Hungarus, in vico Pinyed, provinciae Jaurinensis, 29. Oct. 1708. natus et aet. 21. Societati insertus, Philosophiae et Philologiae Doctor, illam Cassoviae et Claudiopoli quadriennio, hujus partes omnes Agriae, Budae, et Cassoviae 9 annos docuit, hic Collegio et Academiae praefuit, et ab anno 1765. ad 1770. Convictus Nobilium Regens, ibidem usque ad abolitionem Ordinis haesit, ac etiam obiit 1796. aet. 88.

Sunt ejus latine:

Exempla in triplici genere Chriarum. Claudiopoli 1737. 8.

(Paintner.)

MOLNAR Joannes Bapt. junior, Hungarus, Csecsenycensis in Comitatu Jaurinensi 13. Junii 1728. natus, et aet. 17. Societati aggregatus, 4 vota professus et Philosophiae Doctor, Tyrnaviae Ethicam, Eloquentiam S. et Philosophiam biennalem, Budae, Claudiopoli et Jaurini Scripturam S. et Theologiam dogmaticam praelegit. Demum Episcopi Magno - Varadini Theologus et Bibliothecarius, et soluto Ordine Abbas infulatus Belae fontis, Director Academiae Budensis et Canonicus Scepusiensis, obiit Scepusii 15. Feb. 1804. aet. 76.

Edidit latine:

De ratione critica legendi libros moderni temporis sine jactura Religionis et veritatis. Libri II. Posonii et Cassoviae 1776. 8. sine nomine.

Concionum pro Dominicis Annus unus. Tyrnaviae typ. Acad. 1766. 8.

Orationes sacrae LIV. ad normam litterarii Instituti elaboratae. Budae 1780. 8.

Oratio funebris ad solemnes Exequias M. Theresiae Augustae a Reg. Universitate Budensi celebratas. Budae 1781. 4.

Oratio funebris ad solemnes Exequias Caroli de Szalbek Episcopi Scepusiensis. Leutschoviae 1785. fol.

Physiologicon complexum Historiae naturalis Regna tria: I. Zoologicon seu Animalium. II. Phytologicon seu Vegetabilium. III. Oryctologicon seu Mineralium. Budae 1780. 8.

Chrestomatia. Budae 1781.

Actuum Fidei, Spei et Charitatis explicatio ad usum Archidioecesis Colocensis. Pestini 1780.

Psalmorum juxta seriem Divini Officii Explicatio. Cassoviae. 1786. 8.

Concionum dogmaticarum et moralium Dominicis totius anni congruentium synopsis. Cassoviae 1787. 8.

Digitized by Google

Responsorum ad objectiones moderni temporis, quibus fidelium animi percelluntur, Tomus I. Cassoviae. 1789. Tomus II. Viennae. Opus summopere laudatum.

Hungarice:

De Priscorum memorabilibus Aedificiis. Tyrnaviae 1760. 4.

De conversuri Reformati Meditatione Libri IV. Tyrnaviae 1661. 4.

Imago veri poenitentis, ex italico Alex. Diotalevi S. J. Tyrnaviae 1763. 4.

Historia Ecclesiastica. Partes IV. Tyrnaviae et Claudiopoli 1769—1788. 4.

De Sacramento et Sacrificio Altaris contra Calvinistas Conciones IV. Posonii 1775. 8.

Vir Pastor. seu de Institutione Pastorum. Posonii 1775. 8.

Epistolae XV. ad Alex. Petrowski, dum eum ad scribendum de bona Educatione exhortaretur. Posonii 1776.

Initia Physicae secundum Principia Newtoni. Voll. II. Posonii 1777. 8.

Sermones sacri LXXIV. in Dominicas et Festa. Posonii 1777. 4.

Summa Veteris et Novi Testamenti. Edit. II. Budae 1778. 8. Ed. VI. ib. 1793.

Bibliotheca Hungarica. Partes VII. Posonii et Pestini 1783—1795. 8. Continuata a P. Joanne Illei S. J.

Oratio habita in Comitiis in solemni inauguratione Leopoldi II. Leutschoviae. 1791.

Logica.

Trium Regnorum Naturae brevis notitia. Posonii.

Contra veteres et novos Celsos Libri II. cum annotationibus ex Homero et Hesiodo contra Calumniatores Veteris Testamenti. Pestini 1794. 8.

Libri hungarici et latini. Jaurini. 1792. 8.

In Mscr. pro typo parata latine: Historiae Hungariae Synopsis. — Analecta artium et scientiarum, quae in scholis grammaticis et Institutis secundum Regium Institutum in Hnngaria pertractantur. Tomus I. —

(Mensel. Horanyi. Cat. Bud. 1779. Bibl. Sacchen.)

MONSPERGER Andreas, Hungarus, Kapuvarini 2. Nov. 1708. natus et aet. 18. Societatem ingressus, cum Concionatorem hungaricum diversis locis 15 annis egisset, Leopoldopoli in octavum annum Parochus, simul et Superior pie obiit 10. Jun. 1771. aet. 63.

Edidit latine:

Metamorphosis Rhetoris in Philosophum. Cassoviae 1737. 12.

hungarice:

Oratio funebris Carolo A. A. cum ei Provincia Sopronii parentaret. Sopronii 1761, fol. Opus summis laudibus elatum.

(Paintner.)

MONTEGNANA Ferdinandus. Germanus, Cilliae in Styria (juxta Sotvellum, in Bibl. Carniol. vero Labaci) natus 1599. aet. 18. in Societatem venit, et 4 vota professus, humaniores litteras tum exteros tum domesticos diu docuit, Theologiam moralem, Canones et S. Scripturam aliquamdiu Graecii explicuit, et Missiones varias cum fructu obiit. Optimatibus pluribus a S. Confessionibus fuit, pieque decessit Viennae 28. Maji 1674. aet. 75.

Extat ejus:

Oratio funebris in Exequiis Ferdinandi II. Caesaris, dicta Labaci 23. Mart. 1636. in Ecclesia Cathedrali. Graecii Widmanstadii. 1636.

Volumen de Quadratura circuli, sine nomine et loco. 1637.

Annales plurium annorum Societ. Jesu scripsit, sed non edidit. (Valvassor in Chron.)

Opuscula plura.

(Sotvell. Schier. Propylaeum. Bibl. Carniol.)

MORDAX Antonius, ex illustri prosapia Rudolphswerdae in Carniolia 25. Dec. 1662. ortus et aet. 18. Societati adnumeratus, 4 vota professus et utriusque facultatis Doctor, Philosophiam Graecii, Clagenfurti, Lincii, annis 8 et totidem Theologiam Clagenfurti et Graecii docuit. Rector dein et Magister tyronum in Domo Annaea quinquennio, Praepositus Domus professae et Superior Missionum Castrensium triennio, Instructor Patrum tertiae probationis Judenburgi sexennio, ac denique Rector Leobii fuit; quo in munere vir sanctitate non minus quam doctrina conspicuus, qui adolescens, ne ob continuos

Digitized by Google

capitis dolores dimitteretur, ad Coadjutorum domestica officia se obtulit, qui Praepositus Domus professae simul in Domo correctionis sontibus doctrinam christianam exposuit, qui hyeme nudis pedibus per glaciem ad Christi in cruce pendentis stationem excurrit, qui Leobii Rector peste grassante infirmos spirituali et corporali auxilio fovit, et ut Collegium a lue intactum servaret, voto se obstrinxit, anno integro singulis feriis sextis in aqua et pane jejunandi, cujus a morte ceu sancti viri reliquiae petitae et effigies a spectatae familiae religiosae Antistite comparata est, obiit Leobii 4. Febr. 1725. aet. 63.

Est ejus latine:

Coronatus virtutum magister seu Ser. Austriae Archidux Carolus primus Universitatis Graecencis Fundator, seu gloriosa ejus vita, virtutum exemplis et documentis illustris. Graecii 1701. 8. Libellus gradualis ipso Praeside.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

MORDAX Wolfgangus, Germanus, Rudolphswerthae in Carniolia ex illustri Baronum familia 10. Sept. 1660. natus, et aet. 17. Societatem ingressus, 4 vota professus, totam fere vitam concionando et operando, et quidem 20 annis in Hungaria et 8 in Dacia exegit, ab heterodoxis multa passus, quorum tamen ei praemium multorum conversio fuit, et Ginsii peste afflatis inserviit: ac demum viribus fractis pie obiit Judenburgi 13. Maji 1733. aet. 73.

Traduxit in germanicum P. Alvarez libellum de virtutibus.

Panxit etiam versus de rebus sacris.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

MORLIN Jacobus, Germanus, Neostadii in Austria 24. Julii 1709. natus, aet. 15. in Societatem cooptatus, et 4 vota professus Lincii, Graecii, Viennae, Posonii 14 annis est concionatus; tum Posonii Superior ad S. Martini, et Viennae ipsis 20 annis Regens Seminarii, sublato Ordine obiit.

Edidit germanice:

Eucharisticon de recuperata Urbe Lincensi. Lincii Feichtinger 1742. fol.

Genethliacon de Archiduce Carolo nato. Graecii Widm. 1745. fol.

Panegyricus S. Joanni Nepomuceno dictus. Viennae 1750. 4.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

MORO Franciscus, Hungarus, 25. Nov. 1668. natus, et aet. 17. Societati adnumeratus, Cassoviae Poesim, ac dein Mathematicam tradidit, simul pro concione dicens, et post annos aliquot ibidem in obsequio peste correptorum victima charitatis obiit 19. Aug. 1710. aet. 42.

Edidit latine:

Primitiae Veris poetici. Carmen. Cassoviae Acad. typ. 1694. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

MORO stephanus, Hungarus, vir cum in aliis multis, tum imprimis Mathematicis artibus eruditus, cum duobus sui Ordinis, unoque ex Ecclesiasticis Sacerdote Dalmata, Quinque-Ecclesiis a Rasciauis Pontificio nomini infensissimis crudeliter interfectus est mense Aprili 1704.

Edidit paucis ante necem annis:

Geographiam Pannoniae, quam Timon in Imag. Hung. L. I. c. 5. recenset, deque ea ait, nullam sibi visam majori industria elaboratam.

(Horanyi. Feller.)

MORONI Paulus, Italus, Goritiae in Foro Julio natus, et Viennae 1713. in Societatem receptus, absoluta dimidia parte Theologiae, in Indiam, et quidem in Provinciam Quittensem in America 1723. concessit, ubi continuo mansit usque ad Annum 1768. quo inter degentes extra Provinciam ultimo refertur in Catalogo Provinciae Austriacae.

Edidit tacito nomine latine:

Topographia magni Regni Hungariae cum annexis Dalmatiae, Croatiae, Slavoniae, Serviae et Bulgariae regnis, tum etiam Transylvaniae, Valachiae, Moldaviae provinciis. Viennae Voigt 1718. 4.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

MUENICH Michael, Hungarus, natus 11. Sept. 1711. et aet. 19. in Societatem adsumtus, cum Schemnitzii 20 annis concionatus esset, ibidem ab anno 1763. ad sublationem usque Ordinis Superior fuit, obiitque 1781. aet. 70.

Digitized by Google

Edidit latine:

Idea Virtutum cardinalium in illustribus Hungariae Heroibus repraesentata. Cassoviae 1732. 12. Carmine elegiaco.

Deliberatio de conservanda pace per consilia belli. Ib. 1732. 12.

(Paintner.)

MUESSERT Christophorus, Transylvanus, natus patre augustanae Confessionis Ginsii ministro 19. Maji 1712. et aet. 18. ex Philosophia Claudiopoli in Societatem receptus est. Sacerdos factus Linguam Sacram Tyrnaviae, Philosophiam Budae et Theologiae diversas partes Agriae, Jaurini et Tyrnaviae docuit; tum Romam missus in Basilica S. Petri Poenitentiarium hungaricum quinquennio egit. Redux Theologiae Doctor creatus Collegium Pazmanianum Viennae, Sopronienae, Claudiopolitanum rexit ac demum pie obiit Sopronii 15. Dec. 1770. aet. 58.

Edidit latine:

Saeculum Praesulum Hungariae de re litteraria bene meritorum. Cassoviae 1737. 12. Carm. elegiaco.

Imago trium praeclarissimorum Ecclesiae Luminum, Emerici Csaki, Mich. Althan et Adami Erdödi. Cassoviae. 1738. 12.

Placita moralia ex Oratorum Principe selecta. Claudiopoli. 1744. 12.

(Paintner.)

MUETINGER Ludovicus, cujus latine:

Nobilitas virtute elevata sive Gloriosi Illustr. Prosapiae de Strassoldo Heroes. Graecii 1697. 8.

(Wittmann.)

MUFFAT Franciscus Xaver. Germanus, Monhemii in Palatinatu Rhenano 17. Febr, 1721. natus et aet. 17. Viennae in Provinciam austriacam receptus, absoluta Graecii Philosophia et Viennae Theologia, 4 vota professus, in domo professa humaniores classes septennio docuit; et cum Ethicam Lincii biennio tradidisset, Professor Repetentium Leobii octennio fuit, quo in munere

edidit latine:

Aulae augustissimae ad Ser. Archiducis Petri Leopoldi cum Ser. Infante Hispaniae Aloysia Nuptias per Styriam superiorem Oenipontum abeunti litterarum obsequium a Caes. Leob. Collegio S. J. Graecii 1763. 4. vario carmine, addita in fine Oda germanica.

(Wittmann.)

MULICH (Mulits) Georgius, Croata, in Turopoliensi ditione 30. Apr. 1694. natus et aet. 20. Viennae in Societatem cooptatus mox Sacerdos factus, Missionarium in Illyrico per 27 annos egit, summos labores, calumnias, inediam nihili habens, modo animas Christo lucraretur, et conciones suas largo plerumque profuso sanguine efficaciores reddens, Sancti nomine communiter appellatus est. Quare et plurimos fructus retulit, et Zagrabiae 31. Dec. 1754. aet. 50. defunctus, tanta in veneratione fuit, ut Magistratu ipso postulante corpus palam in Ecclesia omnibus exhiberi oportuerit.

Edidit Croatice:

Legatus Apostolicus in Institutione Religionis Christianae, seu Catechismus Croaticus. Zagrabiae typ. Coll. S. J. 1742. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Saecbes.)

MULLE Joannes, Germanus, Clagenfurti in Carinthia 27. Juli 1645. natus et aet. 17. Societatem ingressus, absolutis cum laude studiis, 4 vota professus et utriusque facultatis Doctor Poesim et Rhetoricam et Logicam Viennae tum Ethicam Clagenfurti et Graecii ac ibidem Jus Pontificium universim annis 18 docuit. Rexit deinde Seminarium Clagenfurti 5 et Residentiam Millestadiensem 3 annis, et vir singularis virtutis pie obiit Clagenfurti 7. Mart. 1709. aet. 64.

Edidit latine:

Democritus et Heraclitus, seu Risus et Lacrymae in vitae et mortis memorabilibus. Viennae typ. Cosmerovii. 1676. 8.

Chimerae hominum ad risum ludibriumque propositae. Ibd. 1677. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

MUSART Carolus, Belga, Ariae in Arthesia natus 1583. aet. 19. Societati insertus, 4 vota professus et SS. Theologiae Doctor, prius Duaci in Belgio, dein in antiquissima Caesarea Universitate Vien-

Digitized by Google

nensi Rhetoricam, Philosophiam ac S. Scripturam annis 12, Theologiam moralem et polemicam 19 annis explicuit. Singularis ejus industria in formandis ad pietatem juvenibus fuit, et Christi patientis ac Eucharistici et B. V. Mariae cultor praecipuus Sodalitati Academicae sub titulo Assumtae, cujus praeses fuit, tot beneficiis claram Fojensis Virginis statuam, quam e Belgio secum attulit 1633. dono dedit, quae sub Matris Refugii nomine culta, multis saepe, ut Annales Sodalitatis testantur, se perbeneficam praestitit. Operarius quoque indefessus, calamitosis et moribundis avidissime adstitit, et a multis Nobilibus conscientiae arbiter delectus est. Inter haec vir humillimus piissime obiit Viennae 17. Jan. 1653, aet. 70. Plura in Historia et in Scriptoribus Universitatis Viennensis.

Edidit latine sequentia Opera pia:

Vera Christiani Philosophia Meditatio mortis. — germanice per Jac. Broquardt S. J.

Clava trinodis Herculis christiani: Memoriale Aeternitatis, Speculum mortalitatis humanae, Anima a peccati somno evigilans. Duaci 1629. Viennae Mich. Rictii 1631. 16.

Claves Coeli aureae: Quotidiana Memoria Passionis Christi, Singularis Cultus B. V. Mariae, frequens actus Amoris Dei et Contritionis. Viennae M. Rictii 1632. 12.

Prodigus Christianus poenitens, seu de recessu a Deo per peccatum et ad eundem reditu per poenitentiam. Viennae 1648. 8.

Sunamitis christiana, sive Affectus pii, quibus exemplo Sunamitis Elisaeum hospitio excipientis anima disponitur ad rite et magno cum fructu recipiendum Christum in Ven. Eucharistia. Viennae Mariae Rictii Vid. 1637. 12.

Christus passus, sive Lilium inter spinas. Viennae 1640.

Via dolorosa seu Peregrinus ad Montem Calvariae, sive Piae animae exercitationes circa septem praecipua loca et mysteria nostrae Redemtionis in dies hebdomadae singulos. Viennae M. Formica 1638. 26.

Nova Viennensium peregrinatio e Templo Cathedrali S. Stephani per septem Dominicae Passionis Stationes ad S. Sepulchrum in Hernals, primum rite et canonice restituta a Decano et Capitulo Viennensi 29. Aug. 1636. Viennae 1642. 12. Recusa 1653.

Cultus singularis B. V. Mariae.

Lilium Marianum, seu de Sodalium Marianorum Castitate tuenda Tractatus. Duaci 1622. 12. Et ex hoc decerptum:

Liliolum Marianum. Viennae 1634. et Lincii 1737. 16.

Cor Deo devotum. c. fig. 12.

Adolescens Academicus sub institutione Salomonis. Duaci 1633. 8. Viennae 1744. 8.

Vita B. Stanislai Kostka S. J.

Manuale Parochorum, Opusculum animarum Curatoribus utilissimum. Duaci, Serrurier 1653. Viennae 1669. 8. Monachii 1675. 12.

Oratio funebris in Exequiis Ferdinandi II. Rom. Imp. ab Univ. Vienn. habitis dicta 1637. (Mitterdorfer in Hist. Univ. Vienn. Non tamen constat esse impressam.)

E gallico latine reddidit:

Stephani Luzuic S. J. Cor devotum Jesu Pacifici Salomonis Thronus regius, cum appendice nova.

Ex italico:

Blasii Palma Liber vitae, seu Methodus memorandae Passionis Dominicae; et

Ejusdem Actus Virtutum interiores. Addidit de suo:

Praxes seu Actus Virtutum exteriores. Duaci 1628. — flandrice per Jac. Dyck S. J.

Denique germanice extat:

Nova Peregrinatio pia in Civitatibus montensibus Hungariae Neosolii a Capella Residentiae Soc. Jesu ad S. Sepulchrum Christi in Herrengrund. Viennae 1664. 12.

(Sotvell. Foppens. Vogel. Gesta et Scripta Prov. Austr. Bibl. Saeches. Prosl.)

MUSCHINAN Aloysius,

Cujus latine:

Syllogismus in forma. Graecii. 1668. 12.

(Witmann.)

MUSZKA Antonius, Hungarus, Szöllössae in Comitatu Nitriensi 3. Febr. 1719. natus, et aet. 15. Societati aggregatus, 4 vota professus, Philosophiae et Theologiae Doctor Cassoviae primum Poesim tum ibidem et Tyrnaviae linguam hebraeam,

Digitized by Google

dein Jaurini et Cassoviae Philosophiam biennalem, post Graecii Historiam sacram et profanam; rursus Cassoviae Canones, S. Scripturam, demum hic et Tyrnaviae quinquennio Theologiam dogmaticam tradidit; tum Tyrnaviae ac Cassoviae Cancellarius Universitatis, et cum Ordo tolleretur Rector Szakolzae fuit.

Edidit latine:

Invicta Joannis Corvini Fortitudo. Carmine heroico cum epistolis elegiacis. Cassoviae typ. Acad. 1743. 8.

Heroes Daciae heroico carmine celebrati. Claudiopoli. 1744. 12.

Felices duorum Daciae Vojvodarum adversus Barbaros expeditiones. Carm. epico. Ibd. 1744.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Poistner.)

MUSZKA Nikolaus, Hungarus, Szöllössae in Comitatu Nitriensi 6. Dec. 1713. natus, et aet. 17. Societati insertus, 4 vota professus, Philosophiae et Theologiae Doctor, studiis summa cum laude absolutis, statim a tertia probatione Repetentes Jaurini in Humanioribus instituit. Tum Tyrnaviae quadriennio omnes Philosophiae partes, Viennae Controversias et sexennio Theologiam dogmaticam praelegit. Praefectus dein ibidem Generalis Studiorum, Socius Provinciae Praesidis, Praepositus Domus professae, et ultimus totius Provinciae Praepositus, vir apprime eruditus et religiosus, et studiorum in Provincia singularis promotor, sublato Ordine Praepositus infulatus extra muros Albae Regiae, Canonicus et Praepositus major Ecclesiae Cathedralis Neosoliensis, ibidem pie obiit 1783. aet. 70.

Edidit latine:

Epistolae familiares varii argumenti, versu elegiaco. Cassoviae 1739. 8. Emendatae Tyrnaviae.

Palatium Regni Hungariae, seu Palatinorum sub Regibus Hungariae Vitae. Pars I. ad annum 1515. Viennae 1736. 8. Cassoviae 1740. 12. Cum additionibus et correctionibus. Tyrnaviae 1762. fol.

Absolutum patientiae exemplar D. Franciscus Xav. Tyrnaviae. 1741. 12.

Imperatores Ottomanici a capta Constantinopoli. Tyrnaviae. 1750.

Dissertationes theologicae de Legibus, earum transgressione seu Peccatis et peccatorum poenis. Viennae 1756. 4.

— — de Actibus humanis et eorum Fine, seu Hominis beatitudine. ib. 1757. 4.

— — de Sacramentis Novae Legis in genere et in specie. Tomi II. ib. 1758. et 1759. et rursus 1765. 4. Tractatus hi rerum delectu, ordine et perspicuitate, atque elegantia stili plurimum se commendant.

Dissertationes excerptae ex Commentario literali in omnes N. T. Libros Augustini Calmet Ord. S. Benedicti. Viennae 1759. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Hornyi. De Luca. Mensel. Foller. Heinsius.)

MUTHSAM Franciscus Xaverius, Germanus, Cremsii in Austria 15. Jan. 1733. natus, et aet. 17. Societatem ingressus, tertio probatus et 4 vota professus, Humanista praeclarus Leobii ultimis 4 annis Repetentes in Humanioribus instituit, et soluto Ordine Eloquentiae primum Professor Alumnorum Passaviensium in Gutenbrun, dein Minister in restaurato Collegio Theresiano, demum Parochus in Hütteldorf pie obiit 1. Jun. 1800. aet. 67.

Collegit:

Herbarium graminum Hütteldorfensium.

(Bibl. Theres. Vol. 2. p. 13. et Vol. 7. p. 383.)

N.

NADASI Joannes, Hungarus, Tyrnaviae 1614. natus, et aet. 14. Societatem ingressus, sed ob staturae exilitatem iterum dimissus est. Impedimento tamen hoc per patrocinium S. Francisci Xaverii liberatus, post auditam Graecii Philosophiam, Ordinem repetiit aet. 19. Theologia Romae audita publiceque defensa, redux 4 vota professus, missione Indica nequidquam petita Philosophiae et Theologiae Doctor, utramque in Universitate Tyrnaviensi explanavit. Dein Romam rursus evocatus, litteras

Digitized by Google

annuas Societatis aliquot annis composuit, et duobus Praepositis Generalibus Goswino Nickelio et Joanni Paulo Olivae ad Provincias Assistentiae germanicae septennio ab Epistolis fuit. Reversus in Provinciam Austriacam, quia omne gubernandi munus pro humilitate sua est deprecatus, aliquamdiu in Collegio Viennensi Praefectus spiritus, ac demum Augustissimae Eleonorae Ferdinandi III. Rom. Imp. Viduae ad obitum usque suum a sacris confessionibus fuit, tempusque omne conscribendis plurimis Operibus explevit. Fuit vir ingentis in Deum charitatis, orationis continuae et zeli animarum indefessi, nec in tribunali S. solum, sed et in aegris tum privatis, tum in nosocomiis et carceribus visitandis assiduus, quin et in ope humana egenis praestanda mire industrius, qui et in eluvione Danubii hiberno tempore fluente copiosa glacie cum praesenti vitae periculo cibos eisdem navi attulit. Ut vero omni virtute, ita doctrina et prudentia conspicuus, magnisque Provinciae hujus viris merito adnumerandus sanctissime obiit Viennae in Domo professa 3. Martii 1679. aet. 65. Plura de eo Propylaeum Bibl. Univ. Graec. Patrignani etc.

Opera ejus latina fere omnia, seu expresso seu tacito nomine edita sunt:

Ascetica:

Somnium Xaverii. Tyrnaviae typ. Acad. 1636. 8.

Maria Mater agonizantium et felix ejus clientum mors. Graecii. Widmanstadii 1640. 16. Viennae. Monachii. — hungarice. Tyrnaviae 1648. — bohemice per Georg Ferum S. J. Pragae 12.

Oratio de S. Ivone sub titulo: Pandectae Porphyrogenitae. Romae 1642.

Jesu et Mariae Clients. Posonii 1643.

Annus 88. Trinitatis, unius Dei honori, amori et cultui sacer, pro omnibus Dominicis anni. Posonii typ. Collegii 1650. 16.

Annus Morientium et Mortuorum solatio sacer pro omnibus feriis secundis anni. Viennae et Tyrnaviae 1650.

Annus Angelicus, seu 88. Angelorum cultui sacer pro feriis tertiis anni. Antverpiae Wooms 1633.

Annus Pueri Dei Jesu pro singulis feriis quartis. Antwerpiae id. 1653. 16.

Annus Eucharisticus pro singulis feriis quintis. Tyrnaviae 1631.

Annus Crucifixi Dei Jesu pro singulis feriis sextis. Viennae 1630. — bohemice per Frid. Bridelium S. J. Pragae 1660. 8.

Annus Marianus pro singulis Sabbathis anni. Viennae 1650. — bohemice per eundem. Pragae 1661. 12.

Idem sub titulo:

Annus Hebdomadarum coelestium seu Occupationes piae in singulas hebdomadas et dies totius anni. Pragae 1669. 4.

Rosae coelestes. Dilingae 1654.

Lilia coelestia. Viennae 1655.

Dies S. Josepho sacer. Romae 1656.

Flammae S. Amoris Dei, seu Aspirationes Theologicae. Ingolstadii 1656.

De Imitatione Dei Libri III. Romae 1657. 12.

Horti, flores et coronae coelestes. Viennae 1657.

Diurnum quotidianae Virtutis. Pragae 1659.

Annus coelestis Jesu Christo Regi et Mariae Reginae Sanctisque omnibus sacer pro quotidiana meditatione cum Aspiratione ad B. Virginem. Viennae Cosmerovii 1663. 8. Coloniae 1667. 81. 87. 1700. Tomi IV. 8. Bononiae 1673. Tornaci 1691. Vratislaviae 1741. — germanice per Christ. Schelhamer Francofurti 1683. Dilingae 1684. 1700. 8. Augustae 1751. 8. Ed. 6ta omnibus praecedentibus per Autorem auctior. Partes IV. Coloniae Agrip. 1687. 12.

Anni Coelestis Dies Mariani per singulos anni dies. Graecii 1677. 12.

Annus Meditationum Cordis in singulos anni dies. Romae 1659. 12.

Diurnum Divini Amoris. Romae 1660. Pragae 1668. — bohemice per Frid. Bridelium S. J. Pragae 1661. 12.

Annus Amoris Dei in menses duodecim distributus:

Mensis I. Aeternitas. Cogitatio magna. Romae 1662. 12.

II. Continuatio. Romae. 1663. 12. Viennae 1679.

III. Amor Dei docens fugere peccatum et infernum. Romae 1663. 12. — germanice Ratisbonae. 1709. 12.

IV. Amor Dei docens colere Matrem Dei, seu Theophilus Marianus. Romae 1664.

Digitized by Google

12. Passavii 1691. 12. Viennae 1744. et 1747. 8.

V. Annus Seraphinus Divini Amoris seu de Imitatione Seraphinorum Exercitationes XXXI. in mensis dies totidem distributae, ad amorem Dei practico Divinae Praesentiae et adspirationum jaculatoriarum usu inflammandum. Pragae typ. Univ. 1666. 12.

VI. Aurum ignitum Amoris contra teporem, seu Exercitationes 31 Divini Amoris pro seria conversione cordium tepidorum. Viennae 1672. et 1673. 12.

VII. Punctum honoris aeterni, id est Parvitas primae magnitudinis coram Deo, seu Humilitas Deo grata, Divini Amoris Magistri discipula per 30 artes et exercitationes explicata. Viennae 1675. 8.

VIII. Cor Amoris Dei, seu Amor magister cordis. Viennae 1675. et 1743. 8.

IX. Mons Myrrhae seu Amor Mortificationis magister. Viennae 1673. 1743. 8.

X. Collis thuris, ad quem nos ducit Amor Dei Orationis magiter. Viennae 1673. 8.

XI. De Optimo eligendo ex motione Amoris Dei.

XII. Exercitationes Amoris Dei in usum brevis Meditationis et Examinis particularis. Romae primum, tum Graecii 1673. 12.

Omnes duodecim Partes sub titulo:

Annus Amoris Dei, Eleonorae Augustae dicatae. Viennae Leop. Voigt 1678. fol.

Ex his ab alio extractus prodiit:

Annus Aeternitatis, seu Sententiosi versus in singulos totius anni dies distributi, sensatissimis documentis ad beatam aeternitatem manuducentes. Ed. 3. Pragae — germanice per Georgium Gabriel S. J. Viennae Jahn 1762. 16.

Hebdomada meditandae Aeternitatis Magistro Divino Amore, sive Rhytmica, et in singulos hebdomadae dies distributa Meditatio de igne inferni per ignem Divini Amoris extinguendo, et de igne Amoris Dei per inferni ignem accendendo. Romae 1664. Aucta Viennae 1683. Ed. nona ibid. 1749. 8.

Hebdomas Virtutum S. Ignatii. Wratislaviae 1674. 16.

Hebdomas 88. Ignatii et Xaverii cultui et imitationi sacra. Coloniae 1668. germanice.

Horae Marianae Angelicae, seu de Salutatione Angelica. Viennae 1670. et 1674. et 1744.

Annua Eremus Divini Amoris, seu Lectio spiritualis pro iis, qui asceticis D. P. Ignatii meditationibus per 8 aut 9 dies exercentur. Viennae Voigt 1678. fol. cum Anno Amoris Dei Viennae id. 1679. 8.

Vita et mores Praedestinatorum, seu Signa Praedestinationis. Opus posthumum a Domo Professa Vien. dicatum Leopoldo I. Augusto. Viennae Leop. Voigt 1681. fol. Coloniae 1726. fol.

Ex hoc seorsim:

Vitae Praedestinatorum signum magnum S. Maria Mater boni consilii. Graecii 1698. Viennae 1744. 8.

De Cultu S. Crucis et ejus Adoratione. — Lythopoli 1731. 8. germanice.

Novum Calendarium Animarum in singulos anni dies. — germanice 16.

Historica:

Somnium Xaverii. Tyrnaviae 1636. 8.

Reges Hungariae a S. Stephano usque ad Ferdinandum III. Posonii 1637. fol.

Vita S. Emerici lemmatis illustrata. Posonii 1644. fol.

Pretiosae occupationes morientium e Soc. Jesu. Romae Jac. Ant. Lazzaris Varesii 1657. 8. Tyrnaviae typ. Acad. 1753. 12.

Annus dierum illustrium, seu Mortes illustres quorundam e Sec. Jesu ab anno 1647. Romae Varesii 1657. fol.

Annales Mariani Societatis Jesu ab anno 1521. ad tempora hodierna e domesticis Deiparam tenere colentium colique docentium exemplis et documentis conscripti. Romae Varesii 1658. 8.

Annuae Litterae Societatis Jesu annorum 1650. et 4 sequentium. Dilingae 1658.

Annus Joannis, sive de Sanctis Joannis nomine appellatis. Pragae 1664.

Annus dierum memorabilium Societatis Jesu, sive Commentarius quotidianae virtutis, notabilem unius vel plurium in Societate vita functorum virtute quadam insignium memoriam in menses diesque, quibus obiere, digestam complectens. Partes II. Romae et Antwerpiae Jac. Meurs 1664. 4.

Produxit ad annum 1655. et edidit Mortes illustres Phil. Alegambe S. J. Romae

Digitized by Google

1675. fol. — Heroes et victimas ejusdem ad annum 1657. Romae 1658. 4.
Epistola ad R. P. Praepositum Prov. Austr. Roma 2. Febr. 1662. de Martyrio Neo-P. Andreae Wolfg. Koffler S. J. Missionarii in China. — germanice in Stöcklein Parte IX. n. 219.
Hungarice:
Pharetra spiritus. Posonii 1644. et 1649.
Maria Porta sancta aeternitatis. Posonii 1645.
Parochus meditans.
Nosse bene mori.
Ars semper gaudendi.
Denique ex hungarico in latinum transtulit:
Conciones Em. Card. Pazmani in Evangelia omnium Dominicarum et aliquot Festorum.

(Sotvell. Bibl. reg. parie. Propyl. Bibl. Univ. Graec. Georgi. Gesta et Scripta. Prov. Austr. Feller. Bibl. Prem. Sacchen. Acad. Vien.)

NAGLITSCH Martinus, Germanus, Sayraci in Carniolia 1. Nov. 1784. natus et Labaci absoluta Philosophia in Societatem admissus 1768. sublato Ordine Presbyter saecularis factus, Poesim Labaci docens edidit:
Epistola ad Editores Dictionarii carniolici in pagellis publicis Labac. 1776. germ.
Epistola de falacia hujus mundi habetur in Collectione eleg. litter. Carniol. ad an. 1781.
Coadjuvit in versione Bibliorum N. T.

(Bibl. Carniol.)

NAGY Joannes, Hungarus, in Felsö-Szeli 2. Nov. 1701. natus, et aet. 20. Societati adscriptus, 4 vota professus. Philosophiae et Theologiae Doctor, illam Claudiopoli quinquennio, Theologiam Polemicam Cassoviae docuit; Antistiti dein primum Colocensi, tum Strigoniensi septennio a sacris consiliis fuit, ac demum Budae pie obiit 15. Julii 1769. aet. 68.
Edidit latine:
Diadema triumphale, seu Hungaria septennis Regni saeculis gloriosa, carminibus deducta. Cassoviae typ. Acad. 1729. 8.
Antiquus Cato, Carmine elegiaco adumbratus. 1790. 8.
Lilicidium Galliae. Contra Voltairium in ejus Exequiis Parisinis 1791. Carmen.
Spes illustres Suadae Cassoviensis. Cassoviae 1730. 12.
Concionum cursus duo praelo parati.
Panegyrim ei dixit P. Antonius Vanossi S. J. impressam Cassoviae 1737.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Paintner.)

NAGY Szombathi Georgius, Hungarus, 23. Apr. 1710. natus, aet. 16. ad Societatem accessit, et 4 vota professus Claudiopoli Poesim et Rhetoricam docuit, tum vero in diversis Hungariae locis Concionatorem, Missionarium et Operarium sedulum, ac in specie Bazinii Superiorem egit, abolitoque Ordine obiit.
Edidit Magister latine:
Elegiae supplices, seu Gemitus suspirantis animae ad Thaumaturgam Virginem Claudiopolitanam. Claudiopoli typ. Acad. 1734. 8.
Doloris in gaudium metamorphosis, seu Excell. D. Stephanus Cohari a Judicis Curiae Regiae honore felici fato transiens ad percipiendam Justitiae coronam. Prosa et metro. ib. 1735. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

NEDETZKI Ladislaus, Hungarus, Kis-Kotcsoviae 17. Jan. 1703. natus et aet. 16. Societatem ingressus, 4 vota professus, Philosophiae et Theologiae Doctor, illam Cassoviae et Claudiopoli, hujus diversas partes Agriae, Jaurini, et Cassoviae 10 annis docuit. Rexit dein Collegium generale Cleri hungarici quinquennio: tum Agriense, ubi simul Instructor Patrum tertiae probationis pie obiit 17. Febr. 1759. aet. 56.
Edidit latine:
Geographica globi terraquei synopsis, Claudiopoli 1737. 12.

(Paintner.)

NEKREP Joannes de deo, Germanus, Graecii in Styria 8. Mart. 1738. natus, Societatem Viennae 1755. ingressus, 4 vota professus. Philosophiae et Theologiae Doctor, linguae turcicae et arabicae gnarus, Vicedirector primum, tum sublato Ordine Director ipse Academiae Linguarum Orientalium Viennae, et Abbas infulatus Tegensis, vir apprime pius, mansuetus et laboriosus muneri suo, quod summa ut cura ita appro-

Digitized by Google

batione gessit, est immortuus 4. Sept. 1784. aet. 46.

Est ejus germanice:

Panegyris de S. Ursula, cum Posonii Domicellae duae Societati ejus assumto Ursulinarum habitu adjungerentur. Viennae Trattner 1779. 4.

Panegyris de S. Joanne de Deo, cum ejus Festum in Ecclesia Ordinis celebraretur. Viennae Schmidt 1780. 4.

NEMAI Josephus, Transylvanus 25. Nov. 1705. natus et aet. 22. Societati insertus, dum diu in diversis locis concionatus esset, et Missiones sacras obiisset, pie obiit Claudiopoli 1. Oct. 1772. aet. 67.

Edidit latine:

Res praeclare gestae Sigismundi Kornis Transylvaniae Gubernatoris. Claudiopoli 1732. 12. Carm. eleg.

Historia sacra Severi Sulpitii. Claudiopoli 1733.

(Paintner.)

NEMETI Franciscus, Hungarus ad S. Gotthardi in provincia Castri ferrei 10. Dec. 1694. natus et aet. 18. Societati adnumeratus, 4 vota Professus, Philosophiam Claudiopoli, Controversias Cassoviae, Casus Tyrnaviae docuit. Praefuit dein ibidem Seminario Clericorum, Collegio Soproniensi et Pazmaniano Viennae, demum Tyrnaviae pie obiit 8. Aug. 1748. aet. 54.

Edidit latine:

Coronatae virtutes seu Illustres a Sanctitate Reginae Hungariae scil. Gisela S. Stephani, Beatrix Andreae II., Eleonora Leopoldi I. conjuges, panegyricis celebratae. Cassoviae. 1720.

(Paintner.)

NEMETI Jacobus, Hungarus, nobili genere natus, pietate et doctrina in Societate clarus, cujus opera saepe Em. Card. Pazmanus usus et qui a Sigismundo Ferrario in Commentario de rebus Hung. Provinciae Ord. Praedic. crebro laudatur, ab anno 1618. habitavit Posonii in domo Archiepiscopali, et typo Operum Card. Pazmani praefuit, ab anno vero 1635. ad 1644. in novo Collegio Typographiae Praefectus ibidem in hoc munere obiit.

Edidit lingua hungarica librum elegantium precum.

Extant etiam ejus plura Manuscripta Historiam Hungariae tam ecclesiasticam quam civilem illustrantia.

(Horanyi. Paintner.)

NEMSOVAI Ladislaus, Hungarus, 1703. Rhetoricam, 1706. Graecii Ethicam docuit, et edidit latine:

Curiosa Academicorum quaestio, oratoria primum disceptatione tractata, inexpectato dein sed vero et ab aequitate minime alieno Palladis judicio dissoluta. Tyrnaviae 1703. 12.

(Paintner.)

NENNICHEN Mathias, Germanus, Pruthenus, Allensteinii natus 1590. aet. 21. Societati adscriptus Graecii severioribus disciplinis excultus, et 4 vota professus, Concionator insignis maximam vitae partem in Provinciis Austriae et Bohemiae dicendo ad populum et in Missionibus exegit, pieque obiit Brunae 4. Dec. 1656. aet. 66.

Scripsit:

Gratulatio de Inauguratione Ferdinandi II. in Regem Romanorum. Prosa, Carmine et Emblematis. Graecii Widmanstad. 1619.

Tractatus de Communione sub utraque specie. Glogoviae 1626.

Dic, ubi scriptum, seu de Autoritate Traditionum adversus haereticos; recusum saepius tacito nomine — bohemice per Georg. Ferum S. J. Pragae. 12.

(Sotvell. Propylaeum.)

NEUGEBAUER Josephus, e Provincia Austriaca, non communibus divinae Providentiae viis a fabro lignario Coadjutor temporalis S. J. ex hoc Sacerdos, Missionarius ac demum Mandarinus in Aula Cochinchinensi; cujus sequentes Epistolae germanice in Stöcklein Parte XXXVI. et quidem:

Epistola ad Fratrem laicum Ignatium Heindel S. J. Ulyssipone 26. Apr. 1737. de molesto itinere suo Genua Ulyssiponem usque. num. 700.

Epistola ad eundem ex Peninsula Salsete prope Goam, 20. Jan. 1738. de itinere

Digitized by Google

suo Ulyssipone Goam, diversis in eo fatis et observationibus factis. n. 701.
Epistola ad eundem Goa 30. Apr. 1738. de suis hic occupationibus n. 702.
Epistola ad eundem Macao 21. Nov. 1739. de tristi statu hujus Missionis, simulque illi annuntians, se ex Obedientia Sacerdotem factum, arti pictoriae se dare, et Missioni Cochinchinensi destinari. n. 703.
Epistola ad eundem ex Sinoa in Regno Cochinchina 22. Jul. 1740, de itinere suo in Cochinchinam, de regno hoc et incolis ejus, statuque rei christianae. n. 704.
Epistola ad eundem ex Keday in Cochinchina 16. Jul. 1741. de laboribus suis et fructibus in hac Missione, de Regis inconstantia et statu rei Christinae in hoc Regno. n. 705.
Epistola ad eundem ex Sinoa 16. Jul. 1743. et 21. Maji 1744. quibus refert, se ceu Regium Astronomum et Mechanicum in Aulam vocari, sed ob infirmitatem in Missionem suam remitti. n. 709.
Epistolae tres ad eundem ex Keday Jun. et Jul. 1746. 47. et 49. de statu suo periculoso in hac Missione, uti in toto Oriente, et quibusdam gentilium ritibus. Extractae ib. n. 715.
Epistola ad eundem ex Keday 18. Jul. 1749. de declarato Regis adversus Religionem christianam animo et periculo Missionariorum. n. 716.
Epistola ad eundem Macao 29. Dec. 1750. qua refert, se cum aliis Sociis ex Cochinchina expulsum, et in Regnum Siam delegari. n. 718.
Epistola ad eundem Macao in China 29. Dec. 1750. qua persecutionem in Cochinchina exortam, ejus causas et crudelem executionem, Christianorum vero constantiam et amorem erga Missionarios fuse describit. n. 719.
Epistola ad eundem Macao 2. Nov. 1752. de statu rei christianae in Siam, China, Tunkino et Cochinchina. n. 723.

NEUMAYR Georgius. Germanus, Loisii Austriae oppido anno 1681. natus, et aet. 19. in Societatem admissus, 4 vota professus, Philosophiae ac Theologiae Doctor, illam Goritiae ac Graecii quinquennio, Theologiae vero diversas partes Clagenfurti, Lincii, Tyrnaviae, Graecii, ac Viennae annis 11 docuit, quadriennio vero intermedio Excell. ac Illustr. Dno. Harrachio Proregi Neapoli a sacris confessionibus et consiliis fuit; ac demum Praefectus altiorum scholarum Labaci, Goritiae, Lincii, Praefectus spiritus Passavii et Traunkirchii, postremo hoc loco pie obiit 11. Apr. 1755. aet. 74.

Edidit latine:

Argumenta ad hominem phisico-moralia ex primis ejusdem principiis, materia et forma seu corpore et anima deducta. Graecii Widm. 1718. 12.
Lustrum secundum et tertium Universitatis Graecensis Ib. 1719.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

NEUMAYR Joannes Bapt. Hungarus, tyrocinium ingressus 1713. absoluta Tyrnaviae Theologia vestem religiosam cum ecclesiastica commutavit, et factus Abbas B. V. Mariae de monte Szöbegeny et Parochus Bazinensis obiit 1767.

Edidit Magister docens, latine:

Imago Hungariae. Cassoviae 1721. 8.
Est etiam ejus Concio slavica dicta, cum primus lapis pro statua S. Joannis Nep. poneretur. Posonii 1748. 8.

(Pictor).

NEUPECK Josephus, Germanus, Viennae Austriae 16. Oct. 1715. natus, et aet. 16. Societati adjunctus, qui ex amplo patrimonio suo Collegio Viennensi multa millia florenorum pro ornanda Ecclesia cessit. 4 vota professus et Philosophiae Doctor, Viennae Poesim et Rhetoricam, Lincii Philosophiam quadriennio, Controversias et casus biennio docuit; ac demum soluto Ordine Viennae obiit.

Edidit latine:

Exercitationes poeticae de bello et pace. Viennae Kaliwoda 1746. 8.
Exercitationes Rhetorico-Poeticae. Viennae 1747. 8.
Monumenta Augusta. Viennae 1747. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

NIDHARDUS Joannes Everardus, S. R. E. Cardinalis et Societatis eximium decus, Germanus Austriacus, in arce Falken-

Digitized by Google

steinensi Austriae superioris nobilissimis parentibus 8. Dec. 1607. natus, Societatem aet. 22. adiit, et 4 vota professus Ethicam, Philosophiam et SS. Canones in Academia Graecensi docuit, designatus jam ad Theologiam Dogmaticam et Polemicam tradendam, cum a Ferdinando III. Imp. Aug. postulatus est, ad Serenissimae Filiae Mariae Annae, dein etiam Serenissimi Filii Leopoldi Rom. post Imperatoris conscientiam regendam, simulque eos bonis litteris imbuendos. Missus dein conscientiae arbiter cum eadem Ser. Archiduce Philippo IV. Regi Catholico desponsata, in Hispaniam, non Reginae solum sed et Regi ob singularem doctrinam et prudentiam ita se probavit, ut in frequentissimis Consiliis theologicis adhiberetur, omnem tamen dignitatem, Cardinalitiam etiam, flexis genibus declinans. Rege mortuo Maria Anna Regina, tutrix et gubernatrix, Officium Inquisitoris generalis in Hispania ei destinavit; at quod et ipsum, tanquam professioni suae contrarium constanter respueret, intercedente Regina ab Alexandro VII. P. M. in virtute S. Obedientiae id recipere jussus est. Triennio post, scil. 1666. ab eadem Romam Orator extraordinarius ad Clementem IX. missus, apud Clementem X. dein in Oratoris ordinarii munere permansit, et ut eo decentius fungeretur, Archiepiscopi Edesseni primum titulo sub ejusdem Obedientiae virtute decoratus, ac demum 1672. in Sacrum Cardinalium Collegium titulo S. Bartholomaei in Insula adlectus est. Vixit his dignitatibus ornatus aeque humilis, pauper, pius, et praecipuus Immaculatae Conceptionis cultor, ac in adversis ut prosperis aequo semper animo, religiose obiit Romae 20. Jan. 1681 aet. 74. Bibliotheca sua Collegio Lincensi legata. Fusius haec Sotvellus, Propylaeum, Patrignani, Feller etc.

Scripsit jussu Philippi IV. Hisp. Regis:

Responsio ad libellum supplicem R. P. Magistri Fr. Joannis Martinez de Prada, Provincialis electi Ordinis Praedicatorum in Hispania, oblatum suae Majestati, quo negat, a sui Ordinis Praedicatoribus pronuntiari posse consuetum in Hispania Elogium: Laudetur SS. Altaris Sacramentum et Immaculata Deiparae Virginis Conceptio. Latine primum edita, tum ab Autore hispanice reddita. Madriti Jos. Fernandez 1663. fol. et rursus in Belgio ex hispanico a tertio quodam in latinum versa. Duaci. Jos. Serrurier 1664. et Coloniae ad calcem Operis Theodori Moreti de Immaculata Conceptione. typ. Jo. Busaei 1671. fol. Denique aliis linguis et locis undecies. —

Item ejusdem Regis jussu:

Examen theologicum quatuor Propositionum quorundam Autorum anonymorum, adversantium Bullae Alexandri VII. in favorem Immaculatae Conceptionis Deiparae Virginis. Madriti Dic. Diaz 1665. 4.

Sacra sacri Mysterii Immaculatae Conceptionis Dei Matris Apotheosis.

Informatio seu Allegatio theologica pro tuendo et retinendo Juramento ejusdemque formula Universitatis Neapolitanae de credenda, tenenda et profitenda Immaculata Conceptione Deiparae Virginis jussu Clementis X. edita.

Epistolae hispanicae et italicae.

Opuscula varia theologica partim in lucem data, partim in Msc. servata.

Paravit et tomum in Canticum Canticorum, quod in sensu litterali secundario de Immaculata Conceptione exposuisset.

Denique prodiit hispanice:

Relatio de disceptationibus inter D. Joannem Austriacum et Cardinalem Nidardum. fol. — gallice reddita Parisiis Claud. Barbier. 1676. 12. Coloniae 1677. Tomi II. 12.

(Sotvell. Antonio. Bibl. reg. par. Jour. des Sav. Propylaeum. Jöcher. Gesta et Scripta Prov. Austr. Feller.)

NIMPTSCH (Nimitsch) Balthasar, Germanus, in Silesia nobili loco natus 1564. aet. 22. ad Societatem accessit, et 4 vota professus, Concionator primum Graecii magno cum spiritu et fructu, bonam Procerum Styriae partem ad Ecclesiam Catholicam reduxit. Dein Viennae Serenissimo Archiduci Ferdinando, Rom. subin hoc nomine Imperatori II. a Concionibus aulicis fuit, et ob morum simplicitatem cum prudentia junctam omnibus acceptus, in se semper rigidus pie obiit Viennae 29. Julii 1625. aet. 61.

Extat germanice ejus:

Digitized by Google

Oratio habita in funere Illustrissimae Sidoniae Mariae de Eggemberg. Graecii 1615.
(Sotwell.)

NOVOSZELITS Josephus, Croata, Varasdini 18. Oct. 1709. natus, et Societatem 1716. ingressus, Logicam Zagrabiae 1736. anno uno docuit, sed valetudine adversa cathedram deserere coactus, per omnem vitam facilioribus tantum officiis adhibitus, demum pie obiit Zagrabiae 5. Dec. 1755.

Edidit latine:

Panegyris D. Ignatio dicta. 1723.
(Paintner.)

NOVOTHA stephanus, Hungarus, Vag-Ujhelini 10. Aug. 1697. natus, aet. 16. Societati se addixit, et 4 vota professus ac Philosophiae Doctor, Tyrnaviae Poesim docuit, Repetentes septennio Szagolzae in humanioribus litteris instituit, Philosophiam Tyrnaviae ac Budae, Theologiae diversas partes Budae item et Agriae tradidit, ac denique 1749. Tyrnaviae, oculis captus et in schola patientiae diu exercitatus abolito Ordine obiit.

Edidit latine:

Imago poetica, seu fabulosa regionum quarundam Utopiae, morum, ceterarumque rerum descriptio. Tyrnaviae typ. Acad. 1723 12. Carm. elegiaco.
(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

NUNBERGER Franciscus de paula, Germanus, Graecii in Styria 2 Apr. 1743. natus, et aet. 16. Societatem ingressus, absolutis in ea studiis, Ordine soluto Presbyter saecularis, Rhetoricam aliquot annis Viennae in Domo Annaea docuit, ac denique ibidem in domo infirmorum Presbyterorum phtysi 5. Jan. 1816. aet. 73. pie in Domino obiit.

Edidit praeter Odas aliquas germanice:

Ciceronis Curriculum Oratorium, excerptum ex libro Brutus; cum brevi Dissertatione de Declamatione veterum. Viennae Trattner 1778. 8.
(Denis Bibl. Garell.)

NYRŐ Adamus, Hungarus, 8. Sept. 1723. natus, Societatem ingressus 1738. et 4 vota professus, Claudiopoli Poesim et Rhetoricam docuit, ibidem concionatus est triennio, tum Budae et Claudiopoli Philosophiam rursus triennio, Zagrabiae vero, Jaurini, Budae, Cassoviae et Claudiopoli Controversias, Casus, Canones, Jaurini et Budae Dogmaticam, universim annis 12 docuit, ac soluto Ordine pie obiit.

Edidit latine:

Epistolae Heroum et Heroidum versu elegiaco. Claudiopoli typ. Acad. 1747. 8.

Utopia Sapientiae Rempublicam instituentis in tres partes divisa. ib. 1748. 8.
(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

OBERMAYR Franciscus, Germanus, anno circiter 1709. Viennae in Societatem receptus, cum Philosophiam Budae et Clagenfurti, Casus et Canones pluribus annis diversis in locis docuisset, Passavii demum pie obiit 18. Dec. 1760.

Edidit latine:

Compendium Thesium philosophicarum, Budae 1728. 8.
(Cat. Ebr. Vien. 1778.)

OERDOEDI Joannes, Hungarus, Posonii 7. Sept. 1632. natus, aet. 17. in Societatem adlectus, et 4 vota professus, magnam vitae partem per Hungariam Operarius sedulus et in reducendis praesertim haereticis indefessus, a quibus etiam bis Turcis per calumniam delatus carceris aerumnas summa patientia tulit; a Serenissima Principe Sophia Bathori, Regis Poloniae Filia, conscientiae arbiter delectus, diem supremum pie clausit Munkacsini 5. Martii 1681. aet. 49.

Edidit hungarice:

Florilegium piarum devotionum. Leutschoviae 8.
(Propyl. Bibl. Univ. Graec. Gesta et Scripta Prov. Austr.)

OKOLICSANY Alexius, Hungarus, illustribus parentibus in provincia Liptoviensi 16. Apr. 1711. ortus et aet. 15. Societati adnumeratus, 4 vota professus et

Digitized by Google

Philosophiae Doctor, hanc et dein Theologiam Polemicam Claudiopoli docuit; tum Residentiae ad S. Nicolai, cujus ceu alter Fundator dici potest, diu praefuit, ac virtutibus omnibus veri Religiosi ornatus, et morbis variis diu excercitus pie obiit 2. Oct. 1757. aet. 46.

Edidit latine:

Vena poetica e fonte gratiarum Virgine Dei Matre Jasvariensi ad rigandas lauros Neobaccalaureorum Universitatis Tyrnaviensis a Musis Tyrnav. derivata. Tyrnaviae typ. Acad. 1734. 12.

Decreta et Vitae Regum Hungariae, qui Transylvaniam possederunt. Claudiopoli 1743.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

OLOHPATACKI Paulus, Hungarus, Gyöngyösini 24. Jan. 1677. natus, et aet. 16. Societati adscriptus Philosophiae Doctor, Tyrnaviae Poesim et Rhetoricam, tum Mathesim docuit. At zelo animarum fervens, erumpente ibidem pestifera lue, se infirmorum obsequio summa animi laetitia obtulit, primus victima charitatis cecidit 15. Aug. 1710. aet. 33.

Edidit latine:

Tropus divinus seu Conversio D. Pauli Apostoli. Tyrnaviae. typ. acad. 1703. 8. Carmine heroico et elegiaco.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

OPACEWSKI Paulus, Graecii nondum Sacerdos Poesim, et dein per reliquam brevem vitam in praecipuis Provinciae Academiis Poesim et Rhetoricam docuit, juventutis amantissimus, pieque obiit Leobii 1641.

Edidit latine:

Viridarium Gratiense in Odis et vario carmine oblatum DD. Baccalaureis Philosophiae. Graecii Widm. 1631. 4.

Palaestra orbis, quam gloriosa triumphatrix Austriacorum Pallas Neobaccalaureis exhibuit. Viennae Formica 1637. fol.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

OROSZ Ladislaus, Hungarus, 18. Dec. 1697 natus, aet. 19. Societatem adiit, et vix Sacerdos factus 1726. in Indiam Occidentalem profectus est, ubi 4 votorum professione emissa, indefessum in Paraquaria Operarium, Rector etiam in Bonoaere et totius Provinciae Praepositus, ad annum usque 1768. egit, quo in Europam reversus, in Collegio Tyrnaviensi Praefectus spiritus fuit, et abolito vix Ordine adhuc 1773. pie obiit aet. 76.

Extant ejus:

Epistola ad M. Albertum Socher S. J. Genua 4. Aug. 1726. qua portentosam Crucem in China visam refert; et altera, qua plurium Missionariorum in Paraquariam destinatorum Genuae conventum enarrat. — Germanice in Stöcklein Parte XI. n. 281. et 285.

Epistola Hispali 8. Jul. 1727. de morte P. Bakranin. — germ. ib. P. XIV. n. 334.

Epistola ad R. P. Joan. B. Urbani S. J. Graecium Corduba in Tucumania 17. Nov. 1730. qua caeteris itineris sui sociis in diversas Missiones dispersis se Philosophiam Cordubae docere jussum dolet. — germ. ib. P. XXIV. n. 511.

Epistola ad R. P. Franciscum Molindes S. J. Praep. Prov. Austr. ex eodem loco 1. Sept. 1731. qua desiderium suum Missiones obeundi, et diversos hujus regionis populos ad Christum adductos describit. — germ. ib. P. XXV. n. 530.

Epistola ad Patrem S. J. ex eodem loco 28. Jul. 1738. de statu praesenti Missionum et spe novae erigendae. — germ. ib P. XXXII. n. 640.

Epistola ad R. P. Stephanum Raab, Rect. Coll. Poson. Corduba in Tucumania 6. Oct. 1740. de statu Missionum in Paraquaria. — germ. ib. P. XL. n. 808.

Epistola ad R. P. Franc. Kazy, Rect. Coll. Trenchiniensis, ex S. Michaele 1. Maji 1741. de fundatione novarum missionum in Paraquaria. germ. ib. n. 809.

Decades (quinque) Virorum illustrium Paraquariae S. J. ex Historia Provinciae et aliunde depromtae, autore R. P. Nicolao del Techo S. J. Gallo-Belga Insulano, perpolitae. Tyrnaviae 1759. fol.

Collegit P. Ladislaus in Paraquaria materiam 4 adhuc Decadum pro Parte II. secum in Europam detulit et in ordinem redactos typo paravit. Quia tamen hoc Opus tempori minus accommodatum visum, ab ipsis Superioribus supressum est, paucis tantum exemplaribus distractis. Praeterea:

Digitized by Google

Reliquit in Msc. Dictionarium Sinicum ex idiomate hispanico translatum in latinum.

(Horanyi. Murr Journal Parte IV. Stöckleio.)

OSIMINKA Andreas, origine Hungarus, patria Viennensis 19. Nov. 1720. natus, et aet. 16. in Societatem receptus, 4 vota professus et Philosophiae Doctor eam Cassoviae et Jaurini docuit; tum Concionator germanicus per multos annos Budae, Styrae, Posonii, Leobii, Varasdini, Tyrnaviae, dein Clagenfurti Professus Controversiarum, Labaci Casuum, Budae Canonum, sublato Ordine obiit 1800. aet. 80.

Edidit germanice:

Sermo de Sumtione Eucharistiae in processione theophorica dictus. Cassoviae 1752. 4.

Sermo sacer in Supplicatione theophorica de Sumtione Eucharistiae sub una tantum specie, Cassoviae dictus et editus typ. Acad. 1753 4.

Sermo controversus contra Coenam Evangelicorum et Reformatorum. Jaurini Streibig. 1755.

Infirmitas et fortitudo fidei in magno Martyre Ant. Neurot Ripolit. ex Ord. Praed. cum Beatificatio ejus Pestini celebraretur. Budae 1767. 4.

Liber Servus Dei et Servus Filius Mariae Beatus Simon de Roxas ex Ord. SS. Trin. de Red. Capt. cum Beatificatio ejus in Parvis Cellis Marianis prope Budam veterem celebraretur. Pestini 1767. 4.

Panegyris S. Josepho Calasanctio dictus in Festivitate Canonizationis ejus. Pestini 1768. 4.

(Geota et Scripta Prov. Austr. Bibl. Sacchen. Paintner.)

OSTOVINUS Balthasar, Bohemus, Tinensis 1534. natus, ab ipso S. Ignatio Romae 1555. in Societatem susceptus, S. Theologiae Doctor, eandem Olomucii et Pragae docuit, scholisque altioribus praefuit; simul alienae salutis cupidissimus, sermones persaepe sacros ad concives suos habuit, multosque heterodoxos ad veram Fidem, peccatores in statum Gratiae reduxit. Franciscum Commendonum Nuntium apostolicum in Poloniam comitatus, per plurimas Regni provincias Christi doctrinam ingenti cum fructu disseminavit, et exordiis Collegiorum Brunsbergae, Pultoviae, et Vilnae Superintendentis nomine praefuit. Redux Pragae Convictus Regens, simul doctrinam christianam in Templo, maximo audientium concursu diu exposuit. Olomucii Coetui sacro Doctor adfuit. Romam a Provincia Procurator missus est, ac demum laboribus fructus meritorum plenus ad coelum abiit Comorovii 7. Junii 1600. aet. 66. Professorum Austriae antiquissimus.

Vertit in germanicum:

Vincentii Lirinensis aureum opus contra profanas novitates.

S. Gregorii M. Dialogi.

Thomae de Kempis de Imitatione Christi Libri IV.

Epistolae Indicae Patrum Soc. Jesu.

In Bohemicum:

Antonii Possevini S. J. Responsiones ad Regem Septentrionalem, qui in Fide Catholica instrui voluit. Pragae. Sic refert ipse Possevinus in Apparatu sacro ad calcem Catalogi suorum Operum, ubi eum Balthasarem Bohemum appellat.

(Geota et Scripta Prov. Austr. Niceron P. XXII. in Possevino.)

OSTRICH (Ostriz) Joannes, Germanus, Rakerspurgi in Styria 25. Dec. 1629. natus, et absoluta Philosophia aet. 21. in Societatem cooptatus, 4 vota professus, Philosophiam aeque ac Theologiam 19 annis diversis in locis docuit, a Sacris Curionibus et etiam Praesulibus Ecclesiae gravibus in dubiis saepe consultus, et demum in virtute aeque ac scientia praestans eximiae cumprimis obedientiae exemplar pie obiit Clagenfurti 26. Jan. 1693. aet. 64.

Edidit latine:

Vertex Theologiae in Augustissima Dei Parente Maria laureatus. Graecii 1668. 12.

Responsa Theologiae Moralis.

(Geota et Scripta Prov. Austr. Wittmann.)

OTT Antonius, Germanus, Viennae Austriae 4. Nov. 1719. natus, et aet. 16. Societati insertus, 4 vota professus, ab anno 1752. ad 1773. Concionatorem et Operarium continuo Styrae, Neostadii, Cremsii, Judenburgi, Essekini, Traunkirchii, Passavii, Posonii egit, et soluto Ordine ibidem obiit.

Digitized by Google

Ejus extat germanice:

Sermo panegyricus de Congregatione sub Patrocinio Michaelis Archangeli. Sopronii Siess 1755. fol.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

OTTO (Ottho) Elias Stanislaus, Germanus, Labaci in Carniolia 20. Julii 1626. natus, et aet. 16. Societati adscriptus, 4 vota professus et Philosophiae Doctor, Viennae Rhetoricam, et ibidem, Tyrnaviae ac Graecii S. linguam annis 9 docuit; Curionem castrensem egit annis 6, et cum triennio Tyrnaviae et Sopronii concionatus esset, fracta valetudine pie obiit Cremsii 30. Apr. 1698. aet. 72.

Edidit latine:

Rosetum Sapientiae, seu Illustrissimi Orientis Philosophi. Viennae Cosmerovii 1656. 8. Sunt XII Missionarii S. J. in odium Fidei cremati, totidem Elegiis celebrati.

Ministerium Angelicum, seu Pastoralis circa moribundos mortuosque cura et practica charitas. Viennae id. 1671. 12.

Sacra Idyllia.

Vita S. Emerici.

Nemus Hesperidum.

Sacra Eremus.

Lyra majalis.

Concinnavit etiam ferventes pro felici morte precationes e S. Paginis depromtas cui operi est immortuus.

Reliquit praeterea confertam Casuum multitudinem justo Tomo conscriptam.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Valvas. Bibl. Carniol.)

PACHNER Franciscus, Germanus, Viennae Austriae 2. Nov. 1729. natus et aet. 16. in Societatem adjunctus, audita Viennae Philosophia et Theologia, prioris Doctor, Mathesim Graecii aliquot annis in Universitate, ac ultimo biennio domesticos docuit. Sublato Ordine privatus vixit apud fratrem suum, quem mortuum altera die secutus est 18. Mart. 1791. aet 62.

Est ejus latine:

Assertiones ex Mathesi. Graecii 1763. 4.

Reliquit in Msc. omnes Partes Matheseos, quae probabilius in Coll. Theres. servantur. Erat autem tanta ejus in Mathematicis scientia, ut ei Scherfferiana Opera revidenda darentur.

(Wittmann.)

PACHNER Norbertus, Germanus, Graecii in Styria 9. Febr. 1724. natus, 1739. Societatem adiit, et 4 vota professus, Graecii Poesim et Rhetoricam, Lincii Philosophiam, Controversias, Casus docuit, ac demum in Domo professa Praefectus inferiorum scholarum, sublato Ordine obiit 1790. aet. 66.

Edidit latine:

Trophaeum S. Aloysii honoribus dedicatum. Graecii Widm. 1749. 8.

Fuga Pueri Jesu in Aegyptum epice adumbrata. Graecii id. 1750. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

PAESSMAYR Antonius, Germanus, Viennae Austriae natus, Novitius primi anni dum tolleretur Ordo, dein Presbyter saecularis et Parochus in suburbio Viennensi Lichtenthal dicto, obiit 4 Apr. 1800.

Edidit germanice:

Conciones matutinae in Dominicas et festa totius anni. Tomi II. Viennae 1791. 1794. 8.

Conciones quadragesimales de Passione Domini. Viennae 1791. 1795. 8.

Catecheses in Templo habitae pro adultis et parvulis. Viennae 1792. 1797. 8.

Conciones in Dominicas et Festa totius anni. Partes II. Viennae 1793. 8.

Conciones breves de officiis erga Deum, seipsum et proximum, in omnes Dominicas et Festa anni. Viennae 796. 8.

(Meusel Lex.)

PAINTNER Michael, Hungarus, 1769. Sopronii Rhetor in Societatem Trenchinii receptus, sublato Ordine Presbyter saecularis, in Collegio Nobilium Theresiano Viennae juvenis Principis Krasalkovich Praefectus, dein Praepositus infulatus B. V. Annuntiatae de Bathot, Canonicus Jaurinensis et Archidiaconus Locsmandiensis ac Praepositus Major Jaurinensis, Consiliarius Regius et superior Studiorum Director per Distri-

Digitized by Google

ctum Jaurinensem, Societatis Mineralogicae Jenensis Membrum honorarium, denique Episcopus titularis et ab anno 1822. Referens in Ecclesiasticis ad supremum hungaricum aulicum Consilium Viennae.

Edidit latine:

Caroli Zamagna S. J. Navis aerea; praefationem et Appendices adjecit, in specie Catalogum eorum e S. J. qui Poemata didascalica scripsere. Viennae Baumgartner 1784. 8.

Salutatio, quam nomine Sedis praedialis Nobilium de Veste ad Episcopum Jaurinensem Josephum Fengler dixit. s. l. 1791. fol.

Recensio Vitae et Scriptorum Georgii Pray. Cum syntagmate de Sigillis, opere hujus posthumo. Budae 1805. 4.

Germanice:

Sermo in duplici Jubilaeo fundati anno 1098. Ordinis Cisterciensis, et ante 600 annos exortae Abbatiae Zirzensis in hac habitus. Vesprimii 1798. 4.

Sermo Jubilaeus, cum M. Eleonora Aloysia Benwolsheimae Sociarum S. Ursulae Superiorissa Professionem renovaret. Vesprimii 1800. 4.

Sermo funebris in Exequiis Josephi Christiani Fengler e Scholis piis, Episcopi Jaurinensis in Cathedrali habitus. Jaurini 1802. 4.

Designatio in Regno Hungariae et ditionibus ei annexis existentium Dignitatum Ecclesiasticarum, quarum Beneficia seu Titulos Reges Apostolici Regni hujus conferre solent. (In Schedii Zeitschrift P. I. Fasc. 1.)

Observationes criticae ad Historiam litterariam Hungariae. (Ibid. T. VI.)

In Msc. reliquit Collectionem Scriptorum Prov. Austr. S. J. quae praeprimis inserviit ad adornandam praesentem Collectionem.

(Bibl. Szechen. Teleki.)

PAKAI Joannes, Hungarus, 1660. Tyrnaviae Theologus, ibidem Ethicam tum Controversias docuit, et 1696. Regens Convictus Tyrnaviae fuit.

Edidit latine Rhetoricam docens:

Amoris ac doloris duellum pro Magno Indiarum Apostolo S. Francisco Xaverio. Cassoviae 1673.

(Paintner.)

PALKOVITS Emericus, Hungarus, Dementini in Hontensi provincia 1704. natus, 1722. in Societatem receptus et 4 vota professus, Philosophiae et Theologiae Doctor, Ethicam Cassoviae, Philosophiam triennalem Claudiopoli, Controversias Agriae et Cassoviae, Casus Tyrnaviae et Graecii, Canones Agriae et Dogmata Cassoviae tradidit; inter haec pluribus locis et annis concionatus, tandem Budae pie obiit 1769.

Est ejus latine:

Dissertatio Commentario de sacra Regni Hungariae Corona praemissa, de libri autore et ejus illustri familia. Tyrnaviae. 1732.

(Kaprinai Diplom. p. 387. Paintner.)

PALMA (Palm) Carolus Franciscus Hungarus, Rosenbergae e nobili familia 18. Aug. 1735. natus, et aet. 15. Societatem ingressus, cum Philosophiam Cassoviae, Theologiam Viennae cum laude percepisset, 4 vota professus, decennio se in Convictu Regio Tyrnaviensi, et ab anno 1771. in Collegio Theresiano Viennae educationi nobilis juventutis impendit. Sublato Ordine a M. Theresia Augusta Capellanus Aulicus M. Christinae Archiducissae nominatus, ab hoc tempore totum se Historiae patriae studio, quod ei dudum in deliciis fuit, dicavit. Anno 1776. Canonicus Ecclesiae Metropolitanae Colocensis, et mox Praepositus Vahiensis, an. 1779. Magnus Praepositus, Episcopus Colophonensis et Suffraganeus Colocensis et Vicarius Generalis 20. Julii 1784. nominatus, demum pie obiit Pestini 10. Febr. 1787. aet. 52.

Edidit latine:

Specimen Heraldicae Hungariae Regni, Provinciarum Nobiliumque Scuta complectens. Viennae Trattner 1766. 4. c. fig.

Notitia rerum Hungaricarum ab origine ad nostram usque aetatem. Tomi III. Tyrnaviae 1770. et ibidem revisa et aucta 1775.—1777. et rursus revisa auctaque ab autore. Pestini Weingand 1785. 8. — Pars I. de Veteri Instituto rei Militaris. Keresturi 1790.

Digitized by Google

Dissertatio de peculiaribus Titulis et Insignibus M. Theresiae ut Apostolicae Hungariae Reginae. (In Coronini Specim. gener.)

Rudolphi Coronini S. R. I. Comitis de Cronberg Specimen Genealogico - Progonologicum ad illustrandam Habspurgo-Lotharingicam Prosapiam (Venetiis 1770.) cum novis accessionibus locupletavit, ad nostram usque aetatem continuavit et edidit. Viennae Trattner 1773. 8. 1774. fol. Studet probare, Domus Austriacae et Lotharingicae eandem prosapiam esse.

Germanice:

Tractatus de Titulis et Scutis, quibus M. Theresia ut Regina Hungariae utitur. Nititur probare juraejus in diversas provincias olim ab Hungaria dependentes, in specie Galiciam et Lodomeriam. Viennae 1774. 8.

(Horanyi. De Loca. Denis B. G. Feller. Bibl. Sacchen. Menzel.)

PAMER Antonius, Germanus, in Valle Martia Styriae loco 4. Oct. 1709. natus et aet. 18. Societatem amplexus, 4 vota professus, Philosophiae Doctor, Poesim et Rhetoricam Viennae, Passavii Philosophiam, Viennae in Collegio Nobilium Theresiano Humanitatem docuit, Lincii in Collegio Nordico ceu juvenum e Septentrione collectorum Ministrum et in fide orthodoxa instructorem 12 annis egit, ac demum in Collegio Lincensi Praefectus spiritus, sublato Ordine ibidem obiit. 1781. aet. 72.

Edidit latine:

Mars accusatus. Carmen. Viennae Kaliwoda 1743. 8.

Commentarius brevis rerum a Lud. Andr. Comite a Khevenhüller gestarum. Viennae 1744. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

PANIGALLI Ludovicus, Germanus, Viennae Austriae 12. Julii 1678. natus, et aet. 17. Societatem ingressus, 4 vota professus, Philosophiae et Theologiae Doctor, Graecii Poesim et Rhetoricam, Viennae Philosophiam, Graecii rursus Controversias et Casus docuit; dein Serenissimae Archiduci Amaliae a sacris Confessionibus datus est, quam et in Bavariam comitatus, munereque suo et hic summa omnium apprecatione perfungens, pie obiit Monachii 10. Junii 1729. aet. 51.

Edidit latine:

Fortuna et Superi mundique potestas colludunt semper Carolis, seu Caroli Gloriosi fortuna favore Superum et mundi potestate. Graecii 1704. 12.

Homagium Monarchiae Hispanicae legitimo Hesperiae Regi Carolo III. tacitis dudum votis praestitum carmine elegiaco. Graecii Widm. 1710. 12.

Orationes novem problematicae variae materiae. Graecii 1711. 12.

Monita salutaria Ferrandi Ecclesiae Carthag. Diaconi pro instituenda Christiana vita militari Regino Comiti, militiae duci, olim submissa. Viennae 1714. 12.

Vita Viennensis Academici D. Stanislai Kostka S. J. tironis centum symbolis adumbrata. Viennae Voigt 1715. 12.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Wittmann.)

PANKEL Matthaeus, Hungarus Oszlopiensis, 1740. natus, absoluta Viennae Philosophia 1759. Societatem Trenchinii ingressus, absolutis studiis Praefectus primum, tum Philosophiae Professor in Convictu Tyrnaviensi, soluto Ordine Philosophiae Doctor et in Regia Academia Posoniensi Physicae et rei rusticae Professor, Societatis oeconomicae Pragensis membrum, pater pauperum, studiosae juventutis Orator sacer, virque singulariter devotus, Professoris publici munere in 23. annum et ad ultimos usque vitae suae dies perfunctus, Posonii pie obiit 23. Mart. 1798. aet 58.

Edidit latine:

Compendium Institutionum physicarum in usum suorum auditorum conscriptum. Partes tres: I. de Corpore abstracte; II. chemice; III. physice considerato. Posonii Landerer 1790. 8. Auctum et ad systema antiphlogisticum accomodatum. ib. 1793. 8. Budae 1797. 8. c. fig.

Compendium Oeconomiae Ruralis in usum suorum auditorum. Budae 1790. 8. Ed. II. auctior, cum Indice Vocabulorum lingua hung. germ. et slav. Posonii 1793. 8. Ed. III. auctior Budae 1797. 8. c. fig.

Germanice:

Sermo panegyricus, cum Societas S. Ursulae

Digitized by Google

Posonii saecularem Fundationis suae festivitatem ageret. Posonii 1776. 8.

Sermo cum in eodem Conventu Domicellae duae solemnia vota emitterent. Posonii 1780.

Sermo cum in Conventu Ursulinarum Tyrnaviensi M. Theresia Podchratzky vestem religiosam indueret. Tyrnaviae 1782.

(Gött. Gel. Anz. 1792. Cat. Bod. 1799. Bibl. Saechen.)

PARHAMMER Ignatius, Germanus, Schwanenstadii in Austria supra Onasum 15. Junii 1715. natus, et aet. 19. Lincii Societatem ingressus, Magister Belgradi biennio inferiores classes, Sacerdos Viennae Rhetoricam docuit, tum 4 vota professus sexennio Viennae in Domo professa Concionator matutinus et Catechista Templi, simul curam scholarum trivialium in Civitate et suburbiis, et Congregationis catecheticae directionem suscepit. Anno vero 1754. Missionarius per Archidioecesim Viennensem et demum Superior omnium Missionum catecheticarum fuit; quo simul tempore, anno scil. 1759. Franciscus I. Rom. Imp. eum Conscientiae suae arbitrum delegit, et ad mortem usque suam retinuit. Eodem munere eodem tempore etiam apud Serenissimas Archiduces, ac demum apud Elisabetham solam defunctus est et Coronationi Josephi II. Francofurti et Nuptiis Leopoldi AA. Oeniponti interfuit. Tunc etiam, anno scil. 1759. directioni ejus Domus orphanorum B. Virginis Mariae in suburbio Viennensi Rennweg dicto credita est. Liberalitate benefactorum omnis status, etiam primae nobilitatis, quos hilari candidaque sua indole lucrari novit, Ecclesiam amplam et splendidam funditus aedificavit, et domum ipsam novis semper accessionibus adeo amplificavit, ut puerorum puellarumquae numerus, quorum forte viginti suscepit, ad octingentos excreverit. Fuit ordo in domo singularis, magistri et curatores optimi, institutio in Religione Catholica non minus quam in notionibus trivialibus, quin et in Musica et disciplina militari egregia, nitor et cultus in victu vestituque singularis, tantus vero prolium in Directorem suum amor, ut eum ut patrem venerarentur, quibus singulis, si quid querendum haberent, diu noctuque ad eum aditus patuit. Quare quotquot etiam alienigenae domum hanc inviserunt, et omnes, summo eam solatio et gaudio reliquerunt. Certe Pius VI. cum Viennae degens inter alia visu digna etiam hanc domum lustrasset, discedens ad Directorem dixit: tu multum boni praestas. Abolito Ordine P. Parhammer directionem domus retinuit. Consiliarius Caesareus et Praepositus mitratus Drozi in Hungaria factus. Sumsit et gradum in facultate Philosophica, et ab Universitate dignitate Rectoris magnifici decoratus est. Utut vero Josepho II. charus et in pretio esset, tamen etiam domum ejus communis sors tetigit, prolibusque alio translatis, in militarem usum tradita; ipse vero Ecclesiae suae in Paroeciam elevatae Curator, Director omnium Orphanotrophiorum, quae ad normam sui instituerat, nominatus est; quo in munere, hydrope mox tentatus, pauper ut semper vixit, 1. Martii 1786. aet. 71. quarta matutina, dicto ante Missae Sacrificio, sibique ipsi S. Viatico dato sancte decessit. Josephus Imp. paulo ante Episcopatum ei obtulit. Renuit ille; cumque ei menses duo ad deliberandum concederentur, interea obiit. Confluxus innumeri populi ad ejus funus eloquentissimum testimonium gratitudinis Viennensium pro educatione vere Christiana tot millium prolium suarum fuit, quae sub paterna ejus manu boni cives et habilia status membra evasere.

Edidit germanice:

Pia proles. 1744. Idem versu 1748.

Regula scholaris pro parentibus, prolibus et magistris. Viennae 1750.

Catechismus pro tribus scholis et cum consuetis Cantilenis. 1750. 8. in omnibus paene Austriae et Hungariae typographiis recusus et in linguas patrias versus. —

Catechismus historicus Veteris Testamenti cum quaestionibus historicis, fideique ac morum doctrinis. Partes III. Viennae 1750. — 1752. Augustae 1754. 8.

Historica descriptio vitae Josephi Aegyptiaci, doctrinis fidei et morum declarata. Viennae 1752. 8.

Origo, Regulae et Constitutiones Congregationis Catecheticae seu de Doctrina Christiana, et expositio earundem juxta Bullas S. Pii V. et Pauli V. Viennae 1751. et 1779. 8.

Digitized by Google

Libellus interrogatorius universalis in Missionibus pro tribus scholis. — Augustae 1771. Tyrnaviae 1795. 12.

Relatio annua de Constitutione Orphanotrophii. Viennae 1772. et 1773. 8. c. fig.

Relatio completa de Constitutione Orphanotrophii B. V. Mariae in Rennweg. Viennae 1776. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Feller. Mensel.)

PARTINGER Franciscus, Germanus, Viennae Austriae 14. Jan. 1675. natus, aet. 15. Societati se dedit, et 4 vota professus, in Transylvania multis annis Praeconem S. et Operarium multa facundia et singulari fervore egit, Coronae praesertim alter Paulus dictus, ubi permultos heterodoxos convertit, et ad Templum amplissimum Catholicis cedendum adduxit. Dein Minister Styrae et Tyrnaviae, Neostadii Rector, et postremis annis Bibliothecae Catecheticae Graecii primum, dein Viennae in Domo Annaea praefectus, in hac pie obiit 28. Oct. 1727. aet. 52.

Edidit latine:

Ratio status animae immortalis, affective, historice, polemice ex S. Scriptura, Patribus aliisque Doctoribus combinata. Partes IV. Tyrnaviae typ. Acad. 1715. 8. Pedeponti 1754. 8. sine nomine.

Germanice:

Societas frugifera in nomine Jesu congregata ad conversionem errantium in Fide. Partes III. Viennae Schwendiman 1716. 8.

Piae cogitationes in hibernis, (pro militibus) seu Refocillatio cordis in spiritu per aeternas veritates et exempla sanctorum militum, qui pro Fide pugnarunt; quaesita ex Solitudine P. Hectorei S. J. in germanicum traducta. Viennae id. -1718. 8.

Corona honoris et virtutis omnium Sanctorum, h. e. Conciones festivales totius anni. Augustae Vindel. 1722. fol.

Praxis fructuosa et ad mentem S. P. Ignatii assistendi infirmis, moribundis, reis et diversis hominum statibus. Aug. Vind. 1723. 8. lat. et germ.

Professio magna Fidei Christianae et orthodoxae juxta formam Concilii Tridentini exposita. Lincii Feuchtinger 1725. 4.

Campanula salutis.

Elogia Defunctorum Provinciae Austriacae colligentem mors intercepit.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Cat. Strauh. et Trattner. Bibl. Franciscr.)

PARTTMAN David, Germanus, Sallabergae in Austria 10. Oct. 1675. natus, et aet. 16. in Societatem cooptatus, 4 vota professus, et Philosophiae Doctor, Poesim Tyrnaviae, Rhetoricam Graecii et Ethicam, tum Jaurini Philosophiam, Passavii Theologiam moralem docuit; unde in Aulam Polonicam translatus, Regiae Principi Jacobi nomen sortitae, partim in Polonia partim in Silesia a S. Confessionibus in annum septimum fuit; post quem, cum illa exuli Angliae Regi desponsa esset, redux in Provinciam, Minister Graecii et Viennae, Budae Rector, demum Temesvarini Superior pie obiit 15. Aug. 1729. aet. 54.

Edidit latine:

Hymenaeus Carolo VI. et Elisabethae. Graecii 1707. 8.

Limavit et edidit Conciones P. Gerardi Pauli cum praefixa hujus vita.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. etsi labor hicce etiam P. Josepho Stöckhlein tribuatur.)

PASPERG Franciscus Xaver. Germanus, Clagenfurti in Carinthia 29. Junii 1686. natus, Viennae 1702. Societatem ingressus, Professione 4 votorum emissa, Philosophiam Labaci, Theologiam moralem Passavii et Clagenfurti docuit, et diversis muneribus functus obiit Millestadii 20. Jan. 1754.

Est ejus latine:

Laureatum Virginei Conceptus monumentum. Tyrnaviae 1714. 4.

(Paintner.)

PATAI Andreas. Hungarus, in oppido Szecseny 28. Nov. 1697. natus et aet. 20. Societatem ingressus, 4 vota professus, Claudiopoli Philosophiam docuit, sed brevi regimini admotus, ibidem Collegium, ut et Tyrnaviae, et Seminaria varia rexit, ad extremum Patrum tertiae probationis Instructor Neosolii, demum Tyrnaviae pie obiit 15. Mart. 1755. aet. 59. Praeprimis summum in eo ardebat studium Gentium Apostolum vita et moribus exprimendi, unde in vita non minus quam supremo in morbo frequenter in

Digitized by Google

ore ejus ex Paulo depromptae sententiae, nec facile de rebus divinis illatus ab eo sermo, quem non ejusdem Apostoli sententia confirmaret aliqua; singulari praeterea dote instructus erat per Exercitia S. P. Ignatii populum excolendi.

Edidit latine:

Historia Thaumaturgae Virginis Claudiopolitanae. Claudiopoli saepius recusa 12.

Oliva verae pacis, seu Theologia Catholica indifferentem et alium quemvis errantem ad unicam Fidem salvificam et veram cum Romana Christi Ecclesia pacem manuducens. Claudiopoli 1731. 7.

Hungarice:

Laudatio funebris Joannis et Franscisci Nagyiorum in aetatis flore feriis paschalibus extinctorum. Claudiopoli 1774. 4.

Vita Ill. Com. Catharinae Haller, Viduae Com. Sigismundi Csaki. Claudiopoli 1752. 4.

(Paintner.)

PATAKI Franciscus, Societatem 1721. ingressus, Poesim et Rhetoricam Magister Claudiopoli docuit, ac ibidem Sacerdos, cum Philosophiam in alterum annum traderet, praematura morte sublatus, primam innocentiam, ut creditur, tumulo intulit 31. Aug. 1740.

Edidit latine:

Metempsychosis, seu Animarum in alia corpora transmigratio. Claudiopoli typ. Acad. 1729. 12. Carmen elegiac.

Ortus et progressus variarum in Dacia Gentium et Religionum cum Principibus ejusdem. Claudiopoli 1730. 12.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Paintner.)

PATATICH Georgius, Hungarus, Magister docens, dein dimissus,

edidit latine:

Pentas Elegiarum Amori Xaveriano. Tyrnaviae. 1695. 12.

(Paintner.)

PATHATICH Joannes, Croata, ex antiqua prosapia Vinicii 14. Julii 1649. natus, 4 vota professus, Philosophiae et Theologiae Doctor, utramque Tyrnaviae, Graecii et Viennae annis plurimis cum laude explanavit. Rector dein Zagrabiae gravi morbo prostratus, in quo ipse adhuc S. Patris Exercitia obiit, et adjutorem domesticum iisdem imbuit, S. Judae Thaddaei praecipuus cultor, piissime obiit 2. Apr. 1700. aet. 51.

Edidit latine:

Infulata Hungariae Sanctitas, seu Sancti Praesules in Hungaria mundo aut Coelo nati. Tyrnaviae typ. Acad. 1692. 8. stilo lapidari.

Invectivae Sacrae seu Orationes veterum Ecclesiae Procerum nomine in coronatos orthodoxae Religionis aut pietatis hostes. Tyrnaviae 1695. 16.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

PATISS Georgius, Germanus, Tirolensis, natus in Tiers, Dioecesis Tridentinae, 4. Julii 1814. Societatem absoluto Gymnasio Graecii ingressus 27. Julii 1834. 4 votorum Professus, ante sacerdotium susceptum Oeniponti in Collegio Nobilium Theresiano Praefectum, in Gymnasio C. R. Academico Grammatices et Humaniorum Professorem egit, Lincii vero Philosophiam Nostros docuit; absolutis Studiis ex Theologia Actum publicum habuit, Sacerdotio initiatus Concionatorem Oeniponti in Ecclesia SS. Trinitatis per plures annos, postea Missionarium egit per varias Imperii Austriaci Provincias, quo officio etiamnum fungitur.

Edidit germanice:

Ad intelligendum poesim lyricam. Oenip. Felician. Rauch. 1846. 8.

Ejusdem operis altera editio sub titulo: Poesis lyrica, omni ex parte theoretice et practice dilucidata. Oenip. Felic. Rauch. 1855. 8.

Conciones variae singulatim impressae auditoribus id postulantibus. Oenip. Felic. Rauch. 1848. 1849. 8.

Horae Quadrans in honorem S.S. Cordis Jesu. Oenip. Felic. Rauch. 1848. 8.

Horae Quadrans in honorem Purissimi Cordis Mariae. Oenip. Felic. Rauch. 1848. 12.

Preces ad SS. Angelos Custodes. Oenip. Felic. Rauch. 1848. 12.

Preces in honorem S. Josephi, Patroni Tiroleos. Oenip. Felic. Rauch. 1848. 12.

Conciones sex de Regno Christi in honorem S. Aloysii. Oenip. Felic. Rauch 1849.

Conciones pro variis Festis. Tom. II. Oe

Digitized by Google

niponti Felic. Rauch. 1850. 8.

Conciones sex de B. V. Maria Auxiliatrice occasione celebritatis saecularis translationis Imaginis B. M. V. miraculosae in Ecclesia Parochiali Oenipontana. Oenip. Felic. Rauch. 1850. 8.

Conciones sex de angelico Juvene Aloysio. Oenip. Felic. Rauch. 1851. 8.

Conciones decem de angelica salutatione B. M. V. occasione celebritatis saecularis translationis Imaginis B. V. M. in Ecclesia Parochiali Halae. Oenip. Felic. Rauch. 1851. 8.

Conciones pro variis Festis (editio altera, quae continet conciones omnes praecedentes et aliquas novas in III tomis.) Oenip. Felic. Rauch. 1855. 8.

Infans ambulans coram Deo. Libellus instructivus et precatorius cum imaginibus. Oenip. Lythogr. Joan. Kravogl. 1852. 12.

Devotio novemdialis in Honorem B. Petri Claver S. J. cum brevi relatione de vita illius. Oenip. Fel. Rauch. 1852.

Pugna heroica hominis christiani; tres conciones occasione Beatificationis B.B. Martyrum Joannis de Britto et Andreae Bobola. Oenip. Fel. Rauch. 1854. 8.

Conciones pro tempore Adventus et Quadragesimae de perdurante indigentia Religionis, Redemtionis et Gratiae. Oenip. Fel. Rauch. 1855. 8.

PAUER Andreas, Germanus, Ducumburgi in Austria 28. Nov. 1649. natus, et aet. 17. Societati insertus, 4 vota professus et Philosophiae Doctor, Graecii Poesim, Viennae Rhetoricam docuit, tum Socius Magistri Novitiorum Trenchinii, Minister Lincii et Viennae, Neostadii Rector; subin Carolo Archiduci Austriae, dein Hispaniorum Regi hujus nominis III. et Rom. Imperatori VI. praeceptor et conscientiae arbiter datus, Principem hunc ita efformavit, ut Angelus Austriae audiret. Ipse vero ita in aula versatus est, ut digni Jesu Socii nomen sit consecutus. Demum Principem suum in Hispaniam secutus, post annum in Castris Zegysounibus piissime obiit 6. Oct. 1704. aet. 56. et in pago Polleoes Regni Castilliae sepultus est. Rex vero Crucifixi effigiem, quam reliquit, in viri tam sibi chari memoriam sibi expetiit.

Edidit, Poesim docens latine:

Domus Sapientiae e septem Columnis seu totidem virtutibus Philosophicis excusa. stylo lapidari. Graecii Widm. 1676. 8.

In Bibliotheca vero C. R. Vindob. servantur in Msc. propria Archiducis manu scripta Exercitia scholastica Professore P. Andrea Pauer supremo ejus Praefecto Antonio Principe de Lichtenstein, sc:

I. Apophtegmata et Virtutes Virorum illustrium praesertim e Domo Austriaca. 1696. aet. 10.

II. Theatri Austriaci seu Virtutum Austriacorum Principum Compendium. 1697. aet. 11.

III. Romana Historia ab origine usque ad Leopoldum Aug. Voll. VI. Ultimo adnexum Compendium Geographiae totius orbis.

IV. Fabulae poeticae. Voll. II.

V. Exercitia Rhetorica, ab ipsomet, ut priora, conscripta 1698.

VI. Dialectica seu Summulae Logicae.

VII. Philosophiae Aristotelicae a P. Pauer explanatae et a Ser. Archiduce conscriptae Pars. I. seu Logica.

VIII. Pars II. seu Physica fructuose curiosa. 1701.

IX. Pars III. seu Physica particularis de Mundo et Coelo, Generatione et Conceptione, gravitate et levitate, rarefactione et condensatione.

X. Pars IV. seu tractatus Animasticus in tres libros Aristotelis de Anima. Accedit Meteorologia curiosa.

XI. Pars V. Ethica seu doctrina morum Principem recta ducens ad Templum virtutis et honoris ex 10 libris Ethicorum Aristotelis depromta, selectisque placitis christiano-politicis potissimum vero gestis et documentis Austriacis illustrata.

XII. Proborum et improborum Regum Imagines in Regibus Juda et Israel per SS. litteras expressae. 1699.

XIII. Tractatus brevis de Geographia particulari.

XIV. Geometriae et fortificationis Principia dirigente D. de la Motte. Belga. 1698.

XV. Tractatus gallicus de fortificatione irregulari.

XVI. Fragmenta Exercitiorum scholasticorum.

Digitized by Google

(Haec omnia Volumnibus XXII in 4. contenta recensentur Tomo IV. Recensionis Schwandtnerianae num. 2188.)
Supersunt praeterea Epistolarum Centuriae duae ab anno 1696. (undecimo Archiducis) ad annum 1703. ad eundem a P. Pauer datarum.

(Gesta et Scripta Prov. Aust. Wittmann.)

PAUER Carolus, Germanus, Clagenfurti in Carinthia 4. Nov. 1728. natus, et Viennae 1745. in tyrocinium susceptus, decennio in Hungaria Concionatorem et Missionarium germanicum egit, ac ultimo triennio Labaci Concionator dominicalis, soluto Ordine obiit ibidem Augusto 1789. aet. 44.
Cujus germanice:
Panegyris de S. Josepho Calasanctio, in festivitate ejus Canonizationis Nitriae habita. Tyrnaviae 1769. 4.

(Bibl. Szechen.)

PAULY Gerardus, Germanus, Warburgi in Westphalia 3. Oct. 1648. natus et aet. 16. Viennae in Societatem receptus, 4 vota professus, ob singulare dicendi donum 22 annis Praeconem S. Viennae, Graecii, Lincii ac Passavii maximo cum fructu egit. Viribus fractis Congregationi civicae Cremsii et Lincii praefuit concursu Sodalium tanto, qui nunquam ante visus est, assiduos simul in vinea Domini Operarius tantaeque in proximum charitatis, ut peste in Hungaria grassante bis eo profectus sit. Demum Budae Minister piissime obiit 7. Martii 1713. aet. 65.
Conciones ejus germanicae post mortem ejus limatae et editae a P. Jos. Stöcklein S. J. ut ipse in Praefatione ad Tomum II. Epistolarum Missionariorum S. J. fatetur et quidem:
Dominicales ab Adventu ad Pascha cum Quadragesimalibus Parte I.
Dominicales a Paschate ad Adventum cum festivis et Honorariis Parte II. Augustae Veith 1729. fol.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

PAUMGARTNER Leopoldus, Germanus, Styrae in Austria 26. Aug. 1704. natus, et aet 18. Societati adscriptus inque ea 4 vota professus, in Carinthia, praecipue Millestadii Concionatorem et Operarium sedulum multis annis egit, ibidemque Superior obiit 6. Julii 1763. aet. 59.
Edidit germanice:
Postilla in omnes Domini et festos dies. Partes II. 4.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

PAUSZ Adamus, Hungarus, Trenchinii 1715. tyrocinium adiit, et absoluta Theologia, Claudiopoli Rhetoricam docens pie obiit 5. Apr. 1724.
Reliquit, posthume impressum latine:
Heroae fortitudinis argumenta carmine epico celebrata, nempe D. Ladislai cum Orco certamen et victoria.
Kornisiorum stemma et origo.
Zrinii gloriosus interitus.
Sisara Jahelis manu prostratus. Claudiopoli typ. Acad. 1724. 12.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

PAZMANY Petrus, S. R. Ecclesiae Cardinalis et Archiepiscopus Strigoniensis natione Hungarus, gente Transilvanus, patria Varadiensis, e nobili stirpe et a matre quidem e Marchionibus Massae in Italia ortus circa annum 1574. aet. 13. e Calvinismo conversus, Societatem amplexus 1587. tantos et in spiritu et in litteris progressus fecit, ut an. 1607. quatuor vota professus sit, et in Academia Graecensi Philosophiam et Theologiam, utriusque doctorali laurea ornatus, summa approbatione publice docuerit. Sed qui fuit ejus animarum et patriae juvandae zelus, Missionibus per Hungariam ita se impendit, ut eximiam suae et virtutis et doctrinae commendationem apud omnes sed praecipue apud Em. Franciscum Forgachium Cardinalem et Archiepiscopum Strigoniensem ac Hungariae Primatem obtinuerit, qui consiliis ejus, dum vixit, multum est usus, cujusque germanum fratrem Proregem Hungariae praeter innumeros alios seu nobiles seu plebejos in Ecclesiae Romanae sinum reduxit. Erat enim ingenio, judicio, doctrina, prudentia, eloquentia et experientia dudum vel scriptis editis probatissimus. Quas dotes cum in eo Magnates et Mathias Imperator et Rex suspexissent, defuncto Forgachio invitum reluctantemque

Digitized by Google

ab Apostolica Sede ad Infulam Strigoniensem postularunt, quod nullum aptiorem nossent ad labantem per Hungariam religionem catholicam sustentandam. Implevit conceptam de se spem uberrime, haereses tum e publico suggestu in templis, tum in privatis congressibus, tum scriptis lucubrationibus, profligavit; Nobilitatem comitate et mansuetudine ad Ecclesiam reduxit; Clero legibus, synodis ac praecipue exemplo suo novam formam dedit; aedificia sacra Cathedralem Ecclesiam Tyrnaviae, Coenobium S. Clarae et Collegium Societatis Jesu Posonii, Asceterium Franciscanorum in Arce nova regiis pene impensis aut excitavit aut instauravit; simul pauperum liberalissimus pater, ipse pauperis et humilis Religiosi instar vix necessaria domi suae habuit. Nec ab hac vivendi ratione, postulante Ferdinando II. R. I. ab Urbano VIII. P. M. 1629. Cardinalis titulo S. Hieronymi Illyricorum creatus, recessit. Ab eodem autem Ferdinando Legatus Romam pro germanicae Ecclesiae emolumentis missus, Urbem totam, in quam cum 230 Nobilium Hungarorum non visa facile pompa est ingressus, oris majestate, eloquentiae vi, sapientiae tam humanae quam divinae profunditate, prudentia, suavitate, dexteritate et constantia in agendo, raraque in uno homine Principis et Religiosi conjunctione in admirationem sui rapuit. Societatem Jesu matrem suam agnovit, semper amavit, fovit et beneficiis prosecutus est. Posoniense Collegium struxit et censu dotavit; Jaurinense adjuvit; in Homonense Patres S. J. plene restituit, Tyrnaviense locupletavit, et insigni Academia, prima in Hungaria pro facultate philosophica et theologica auxit; Seminaria denique Clericorum Viennae et Tyrnaviae a se fundata Societati administranda attribuit. Demum cum nova in dies ad gloriam Dei ejusque Ecclesiam amplificandam moliretur, paucis post piissimum Caesarem Ferdinandum II. diebus, cujus obitum incredibili sensu excepit, cum Viennam ad novum Caesarem Ferdinandum III. salutandum festinaret, Posonii in morbum incidit, quo brevi consumtus piissime obiit 19. Mart. 1637. aet. circiter 63. Pro defuncto per totam Societatem novem Sacra et totidem Coronae indictae sunt. Extat ejus Vita per Elogia Viennae Cosmerovii 1660. 8. Plura Sotvellus et Patrignani.

Scripsit latine:

Diatriba theologica de visibili Christi in terris Ecclesia, adversus posthumum Guilelmi Witekeri contra Card. Bellarminum librum. Graecii Georg. Widmanstadii. 1605. 4.

Peniculus Papporum Apologiae Solnensis Conciliabuli, in quo Praedicantes jura Ecclesiae Catholicae et dogmata fuerant ausi infringere; sub nomine Joannis Jemicii, Parochi Senquicensis.

Accessit:

Appendix, qua Anonymi Sycophantae criminationes in Pontificem Maximum rhytmis panonicis conceptae jugulantur. Posonii post alteram editionem 1611. 4.

Loci Allogi, quibus captae calonosphactae peniculum papporum Solnensis Conciliabuli et hyperaspisten legitimae antilogiae vellicant veritatis radiis adobruti. Posonii 1612. 4.

Vindiciae Ecclesiasticae, quibus Decreta Principis Betlen in Clerum Hungariae edita divinis humanisque legibus contraria ipso jure nulla esse demonstrantur. Viennae Wolfgang Schump. 1620. 4.

Acta et Decreta Synodi Dioecesanae Strigoniensis autoritate Petri Pazmany celebratae, Octobri 1629. Posonii in Aula Episcopali. Tyrnaviae 1629. 4. Recusa 1667. 4.

Dissertatio, an unum aliquod ex omnibus lutheranis dogmatibus Romanae Ecclesiae adversantibus Scriptura sacra contineat. Posonii 1631. 4.

Relatio Legationis Romanae jussu Imperatoris susceptae 1632. In Kowachich Script. min. Hung. Tomo I.

Responsa ad Quaestiones: I. an regia Majestas more aliorum Patronorum tantum habeat jus praesentandi et nominandi vel potius jure peculiari Coronae possit eligere Praelatos et conferre Beneficia Ecclesiastica. II. de Collatione Episcopatuum titularium. Ex ejus Msc. in Peterfy. Conc. Hung. P. I. p. 75.

Responsum ad Ferdinandum II. Imp. et Regem, quod liberum sit in nominandis Praesulibus Regum Hungariae arbitrium.

Digitized by Google

(In Rieger Spec. Jurispr. Eccl. T. I. p. 415.)

Hungarice:

Libellus precum, Recusus saepius. Graecii 1606. Posonii 1610. et 1650 Cassoviae 1738. in 8. et 12. Tyrnaviae 1791. 8.

Libellus anonymus quinque Epistolarum contra Petrum Alvinczium Praedicantem Cassoviensem, qui Fidei Catholicae veritatem coram suis ausus est impugnare.

Responsio christiana de Cultu Sanctorum et eorum pro nobis Intercessione adversus Nicolaum Gyarmathi, qui Opus Andreae Mononzloi Ep. Vesprim. de Invocatione SS. impetiit. Graecii 1607.

Responsio ad librum Petri Alvinczi 1609.

Consultatio de Fide capessenda sub nomine Michaelis Vercsmartis. Posonii 1612.

Hodegus seu Dux ad veritatem, in quo ostenditur vanitas sectarum Catholicae Fidei adversantium. Tomi III.

Accedit:

Appendix quinque Quaestionum Epistolicarum Posonii. 1613. et 1637. fol. Tyrnaviae 1766. fol.

Eaedem Epistolae quinque cum syllogismo demonstrativo: Lutheri et Calvini Fidem esse falsam. Cassoviae. 1741. 12.

Controversiae fidei. Viennae 1616. 8.

Contra Fridericum Balduinum 1627.

Lene Medicamentum Civitati Varadiensi exhibitum adversus morsus luporum, cum Defensione libri de Scriptura S. et Ecclesia, scripti ab Archiepiscopo Strigoniensi sub nomine Stephani Sellai. Posonii 1630. 4.

Rationes octo, ab quas merito Nobilis quidam e novis sectis ad veram fidem transierit. Epistola ad Illustr. Evam Bathyani. Posonii 1631. 4. Jaurini 1750. et 1772. 12.

Conciones in Evangelia omnium Dominicarum et aliquot Festorum per annum. Posonii 1636. fol. Recusae Tyrnaviae sumtibus Pauli Almasi Septempiri, cum filius ejus Ignatius Philosophiam sub Auspiciis M. Theresiae Augustae publice defenderet in Collegio Regio Theresiano 1768. fol. — latine reddita per Jo. Nadasi. S. J.

In hungaricum vertit:

Thomae Kempensis de Imitatione Christi Libri IV. Viennae 1624. 12.

(Sotvel. Horanyi. Feller. Bauer. Pray. Bibl. Windhag. Theres. Sarchen. Gesta et Scripta Prov. Austr.)

PECHER MATTHAEUS,

edidit germanice:

Oratio funebris in Exequiis Leopoldi I. Rom. Imp. Viennae 1705. fol.

Gloria et Doctrina Sanctorum in omnes dies festos anni. Partes II. Constantiae 1727. fol.

(Vogel Germ. Aust. Catal. Bibl. Acad. Vienn.)

PECHTL FRANCISCUS XAVER. Germanus e Provincia Austriaca, Missionarius in Philippinis, confecit

accuratam earum Chartam geographicam, quae inserta in Stöcklein Mercurio Parte XXVI.

PECK JOANNES BAPT. Germanus, Viennae Austriae 15. Octobris 1731. natus, susceptus in Societatem 1748. 4 vota professus, Theologiae Doctor, cum biennio Viennae in Collegio Theresiano Praefectum egisset, Philosophiam pariter biennio Clagenfurti, tum Linguam sacram anno uno Tyrnaviae, et Graecii ab anno 1768. ad sublationem usque Ordinis tradidit, Moderatorem dein Principum de Palm pluribus annis egit, et Viennae demum apoplexia ictus pie obiit 15. Apr. 1814. aet. 83.

Edidit germanice:

Considerationes philosophicae de Religione Christiana. Viennae. 8.

PEER SIGISMUNDUS, Germanus, Graecii in Styria 17. Junii 1673. natus, aet. 15. ad Societatem accessit, et 4 vota professus, ac utriusque facultatis Doctor, utramque scientiam Viennae et Graecii ac demum Lincii 28 annis docuit. Reliquum tempus lucubrando Juri Canonico et quaestionibus de Deo ac rebus divinis impendit, quae tamen lucem non viderunt, ac demum pie obiit Lincii 14. Febr. 1746. aet. 73.

Edidit latine:

Duodecim horae diei Austriaci felices indice, documento et monumento. Viennae Voigtin 1708. 12.

Recudi curavit:

Digitized by Google

Epitome S. Aur. Victoris de vita et moribus Imperatorum. Viennae 1707. 12. cum Praefatione.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

PEHM Mathias, Hungarus, in Kisshöfflein ad Kistmart 12. Febr. 1719. natus et aet. 19. Societati adjunctus et aliquot annis concionatus hungarice, Albae Regalis contracto apud aegrotos morbo pie obiit 16. April 1758. aet. 39.

Libellus ejus varias precationes et instructiones continens, editus post ejus mortem. Cassoviae 1761. 12.

(Paintner.)

PEJACEVICH (Piatsevits) Franciscus xav. e Baronum familia Essekini in Sclavonia 15. Julii 1713. natus, et aet. 15 Societati adscriptus, 4 vota professus et utriusque facultatis laurea ornatus, Ethicam Tyrnaviae, Philosophiam triennalem Zagrabiae, Casus Labaci, Lincii, Viennae, Canones Graecii ac ibidem Theologiam dogmaticam quinquennio docuit, tum ibidem anno uno Cancellarius, Rector dein Zagrabiae, Quinque-Ecclesiis, Posegae, ac rursus Zagrabiae et Posegae, soluto Ordine Abbas infulatus SS. Trinitatis Petro-Varadini, obiit Posegae 1754. aet. 65.

Edidit latine:

Controversiae Ecclesiae Orientalis et Occidentalis de Primatu et Additione ad Symbolum, dialogo inter Graecum et Latinum propositae. Graecii Widm. 1752. 8.

Tractatus theologicus de fontibus theologicis et Deo uno ac trino. Graecii 1756. 4.

— — De Deo Incarnato. ib. 1757. 4.

— — De Gratia et merito. ib. ab eruditissimo Bandelio in suo opusculo multum laudatus.

— — De Sacramentis in genere et de Baptismo et Confirmatione in specie. ib. 1754. 4.

— — De SS. Eucharistiae Sacramento. ib.

Assertiones Theologico - dogmaticae, quas in. Univ. Graec. defendit Paulus Comper, ex praelectionibus Fr. X. Pejacevich et Jos. Berdarini S. J. Graecii 1755. fol.

Historia Serviae, seu Colloquia XIII. de Statu Regni et Religionis Serviae seu Serbiorum ab exordio ad finem, sive a Saeculo VII. ad XV. — Opus posthumum piis sumtibus Math. Franc. Kerticza Ep. Bosn. cum mappa et iconibus. Colocae 1799. fol.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Hormayi. Bibl. Saechsen.)

PEIKHARDT Franciscus, Germanus, Viennae Austriae metropoli patre Consule viro spectatissimo 14. Jan. 1684. natus, et act. 15. in Societatem receptus, 4 vota professus et Philosophiae Doctor, ob singulares dicendi dotes mox S. Cathedrae admotus, eam Lincii primum et Viennae in Collegio, tum ipsis 25 annis in Ecclesia metropolitana Viennensi summa non minus celebritate quam fructu tenuit; indefessus simul Operarius tum in S. Tribunali, tum ad lectulos infirmorum et morientium, tum in reducendis haereticis, tum in consiliis dandis, quae nulla non die omnis status et generis homines ab eo quippe viro prudentissimo simul, piissimo et mansuetissimo expetiere. Demum Provinciae singulare decus summo omnium moerore morte sublatus est in Domo professa Viennae, ubi perpetuo degit 29. Maji 1752. aet. 68.

Opera ejus germanica omnia sunt.

Oratoria:

Panegyris SS. Kiliano, Colonato et Foitmano, nationis franconicae Patronis dictus ad S. Dorotheae. Viennae 1715.

Panegyres plures diversis Sanctis dicti et singillatim editi. Viennae. 4.

Conciones quadragesimales in Templo S. Laurentii apud Canonissas S. Augustini dictae. Viennae 4.

Sermo eucharisticus ob Victorias contra Turcas obtentas. Viennae ad S. Stephani dictus et impressus. Schwendiman 1717. 4.

Concio in Elevatione Episcopatus Viennensis in Sedem Archiepiscopalem. Viennae 1723. fol.

Funebris Gerardo Abbati ad S. Crucem. Viennae 1728. fol.

Oratio funebris in Exequiis Eugenii Sabaudiae Ducis. Viennae 1736. fol. germ. et lat. — Sopronii germ. 8. Confecit eam intra octiduum. Distracta 4000 exemplaria per omnem Europam et repressa et acatholici ipsi confessi sunt, tantum eum

Digitized by Google

Oratorem, quantus Eugenius belli dux, fuisse.

Sermones duo in festivitate Canonizationis S. Julianae Falconeriae et S. Joannis Francisci Regis S. J. in diversis Ecclesiis habiti. Viennae 1738. 4.

Panegyris S. Joanni Nepom. dictus. Viennae 1739. 4.

Sermo sacer ad Professionem Jubilaeam Perill. ac Ven. D. Annae Abele Antistitis in Monasterio Imbarensi S. Dominici. Viennae Heyinger 1740. 4.

Panegyricus Magno Spiritui Caroli VI. Rom. Imp. Viennae ad S. Stephani dictus. Viennae 1741. fol.

Sermo eucharisticus ob aversum a Vienna periculum obsidionis. Viennae 1742. fol.

Oratio funebris in obitu Wilhelminae Amaliae in Monasterio Visitationis B. V. Mariae habita. Viennae 1742. fol.

Sermo in Coronatione M. Theresiae Augustae in Reginam Bohemiae. Viennae 1743. 4.

Panegyricorum Sermonum Pars I. et II. Viennae Heyinger 1746. fol.

Sermo in Solemni Professione Carolinae Comitis a Potting Ursulinae, in manus patris sui, subin Sacerdotis, deposita.

Funebrium et Eucharisticorum Pars III. Viennae id. 1748. fol.

Panegyricorum novorum deque Mysteriis. Viennae 1748. fol.

Quatuor Evangelistae seu Expositio quatuor Evangelistarum in Sermonibus Dominicalibus ad S. Stephani facta. Tomi IV. Viennae Benkard 1752. fol.

Ascetica:

Numerus, mensura et pondus Virtutum humanarum in vita et in morte Aug. Imperatrici Eleonorae dicatum. Viennae 1720. fol.

Instructiones utiles de Obligationibus animae. Viennae Kurzbek 1727. 4.

Manuductio ad veram Fidem Catholicam jussu Ordinarii. Viennae 1732. 8. — Gallice Aug. Vindel. 1768. 8.

Actus Poenitentiae ante et post Communionem. Viennae ex Bibliotheca Catechetica.

Exercitia spiritualia ex eadem.

Synopsis Exercitiorum S. Ignatii pro Adventu in octo Meditationibus. Viennae 1752. 8.

Nucleus omnium precum seu Exercitia Devotionis Christianae, tempore matutino, vespertino, Missae, Confessionis et Communionis ex Psalmis Davidicis potissimum desumta. Viennae 1762. 1776. et 1803. 12. Bambergae 1753. Styrae 1829. 8. latine. Aug. Vind. 1760. 8. — gallice Viennae 1731. 8. Augustae Vindel. 1765.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Bibl. Acad. Vien. Cat. Trattner. Bibl. Premel.)

PEINAGEL Josephus, Germanus, Viennae Austriae 17. Sept. natus, et aet. 15. Societati adscriptus, ac 4 vota professus, ab anno 1762. scholas humaniores Viennae ad obitum usque suum docuit, qui sublato Ordine contigit 2. Aug. 1776. aet. 45.

Edidit:

Grammatica graeca.

Vocabularium-graeco-germanico-latinum in Scriptores graecos, in scholis latinis praelegi solitos. Viennae 1772. 8.

Indiculus in scholasticum Luciani opusculum.

(Mensel Lex.)

PEPEU Stephanus, 15. Dec. 1696. natus et aet. 18. Societatem ingresssus, Goritiae Philosophiam et Theologiam moralem docuit, Labaci et Tergesti Rector fuit, obiitque abolito Ordine.

Est ejus latine:

Panegyricus D. Ignatio Lojolae dictus. Tyrnaviae. 1725. 12.

(Paintner.)

PERBEGG Josephus, Germanus, Osterwizae in Carinthia 1. Aug. 1677. natus, et aet. 15. Societatem amplexus, 4 vota professus et Philosophiae ac Theologiae Doctor, Viennae Poesim primum, tum Philosophiam ac Theologiam Viennae, Graecii ac Tyrnaviae annis pluribus magna cum doctrinae fama docuit. Dein Pasavii Rector, demum vir insignis demissionis animi, pie obiit Clagenfurti 10. Dec. 1728. aet. 61.

Edidit latine:

Laureae novi Saeculi a Marte Austriaco relatae. Carmen. Viennae Voigtin 1708. 8.

Magnetismus et Sympathia rerum seu Ex-

Digitized by Google

perientiae quaedam physicae ex probatis Autoribus collectae. Graecii Widm. 1711. 8.

Geographicum Europae Compendium. Graecii Widm. 1712. 12.

Dialogi de variis Antiquitatibus Ecclesiasticis etiamnum inter Eruditos in utramque partem controversis. Graecii Widm. 1724. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

PERENYI Franciscus, e nobili Baronum familia in Hungaria ortus, 1617. adolescens Societatem Jesu ingressus, cum Poesim Tyrnaviae doceret, scripsit latino carmine:

Lanrus Strigoniensis, sive libellus complectens duo de quinquaginta Archiepiscoporum Strigoniensium elogia dicatus honoribus Georgii Lippai Archiep. Strigoniensis, in cujus aula est educatus. Tyrnaviae 1655. 8.

(Hornyi. Mem. Hung. 1777. Feller. Paintner.)

PERESZLENYI Paulus, Hungarus, Tyrnaviae 1630. natus, et aet. 20. Societatem ingressus, Tyrnaviae Linguam hebraicam docuit, et scripsit:

Grammaticae Hungaricae linguae Institutiones, editae saepius Cassoviae, Tyrnaviae 1682. 1702. et 1738. 8.

(Hornyi. Denis. B. K. Ossolinski. Trautsohn. Teleki. Paintner.)

PERINGER Andreas, Hungarus, Comaromii 4. Oct. 1711. natus, Tyrnaviae 1729. in Societatem susceptus, et 4 vota professus, Claudiopoli primum quadriennio Philosophiae partes omnes docuit, tum in diversis Hungariae locis Concionator, Missionarius et Operarius, etiam diversarum Residentiarum Superior, demum soluto Ordine obiit.

Edidit latine:

Vindiciae intaminati conceptus Virginis sanctissimae. Tyrnaviae. 1741. 4.

In Msc. reliquit: Principes lyricorum poetarum, Horatius et Sarvievius. Carmine elegiaco.

(Benkö. Transylv. Paintner.)

PERKHOFER Joannes Bapt. de Taufers et Moos, Leontinii in Comitatu Tyrolensi 10. Febr. 1745. natus et aet. 10. Viennae in Provinciam Austriacam receptus, Graecii Philosophiae studuit, et dum tolleretur Ordo Viennae in secundum annum Theologus, subin sacerdos factus et Philosophiae Doctor, Viennae pluribus annis in Academia orientali Praefectum et Philosophiae universae Professorem egit.

Humanista praeclarus occasione data plura Poemata germanice edidit inter quae:

Migratio Musarum Viennam comitante Apolline occasione Connubii Josephi AA. Palatini Hungariae cum Alexandra Pawlowna Principe Russiae. Viennae Schmidt 8.

Carmina ad festivitatem Jubilaei quinquagesimi erectae Academiae Caes. Reg. linguarum Orientalium. Viennae. Kurzbeck. 1802. 4.

PESENKEMER Josephus, Germanus, Graecii in Styria 17. Martii 1712. natus, aet. 16. Societatem ingressus, et 4 vota professus, cum pluribus annis diversis in locis, ac Neostadii in Ecclesia Cathedrali decennio concionatus esset, ibidem Rector, tum Cremsii Minister, et Judenburgi Regens Seminarii, soluto Ordine obiit.

Est ejus germanice:

Sermo panegyricus de SS. Fideli a Sigmaringa et Josepho Leonissa apud PP. Capucinos Lincii dictus, cum eorum Canonizatio celebraretur. Lincii Pramsteidel 1747. 4.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

PESTALUZZI Ludovicus, Germanus, Viennae Austriae illustri prosapia 22. Jan. 1701. ortus, et aet. 15. Societati adscriptus, 4 vota professus, et utriusque facultatis Doctor, Graecii Poesim et Rhetoricam, Philosophiam ac Theologiam Viennae, Graecii, Tyrnaviae docuit, concionatus quoque aliquot annis, Clagenfurti Rector, Lincii altiorum scholarum praefectus pie obiit 30. Dec. 1758. aet. 57.

Edidit latine:

De Electione Papae Clementis XII. Carmen. Graecii Widm. 1731. 12.

Laudes Caroli VI. Imperatoris Pacifici. Graecii id. 1732. 12.

Panegyricus Sermo de Corde Jesu. Viennae Heyinger 1737. 4.

Digitized by Google

germanice:

Epistolae D. Hieronymi cum Vita ejusdem et Praefatione. Graecii 1748. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

PETERFFI Carolus, Hungarus e Baronum familia Posonii 21. Aug. 1700. natus, aet. 16. Societatem adiit et 4 vota professus ac Philosophiae ac Theologiae Doctor Magister jam Tyrnaviae Poesim et Rhetoricam docens, eruditis duobus opusculis rem litterariam Hungariae auxit; Sacerdos factus Dialecticam Viennae docuit. Inde in patriam revocatus omne reliquum vitae tempus elucubrandis Hungariae rebus distentus (quippe qui a variis Hungariae tabulariis ipsaque Bibliotheca vaticana copiosa documenta eruit, supellectilemque nummariam Regum Hungariae congessit) in Collegio Posoniensi exegit, ibidemque virtutibus et meritis illustris praemature obiit 24. Aug. 1746. aet. 46.

Edidit latine:

Sex ex Ursinorum Ducum et Comitum stirpe Heroes, seu,

Decus Europae, Domus Ursina origine, gestis, cognatione Principum illustris, narratione poetica descripta, occassione Benedicti XIII. P. M. ex hac familia recens electi. Tyrnaviae 1725. 8.

Juris Descriptio seu Curia Judicum Regni Hungariae. Tyrnaviae 1726. 8.

Sacra Concilia Ecclesiae Romano-Catholicae in Regno Hungariae celebrata ab anno Christi 1016. ad 1715. Accedunt Regum Hungariae et Sedis Apostolicae Legatorum Constitutiones Ecclesiaticae; quae omnia maximam partem ex Manuscriptis eruit, collegit et in duas partes divisa vulgavit. Dicata Mariae Theresiae Augustae. Partes II. Posonii. typ. haer. Bayer. 1741. et 1742. fol.

Defensio Cleri hungarici adversus Heteredoxi cujusdam librum, cui titulus: Historiae litterariae Hungaricae antiqui, medii et recentioris aevi lineamenta. Verum mors coeptum opus abrupit.

Evocatus a Moldaviae Principe Jo. Constantino de Scarlatte, ut gentis hujus Historiam elaboraret, magnum ibi materiarum segetem collegit; at domum redux, dum operi elaborando se accingeret, morbo, quo jam in itinere correptus, eidem immortuus est.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Horanyi. Feller. Paintaeer.)

PETHEÖ Stephanus, Hungarus, 8. Dec. 1639. natus et aet. 17. Societati adjunctus, 4 vota professus, Poesim Tyrnaviae, et Philosophiae Doctor creatus eandem ibidem docuit, et dein Rector Agriae fuit.

Edidit latine:

Herculis Christiani, seu S. Francisci Xaverii S. J. Indiarum Apostoli ac Thaumaturgi Labores duodecim. Tyrnaviae typ. Acad. 1664. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

PETINATTI Jacobus, Italus, Volaschii in ditione Goritiensi 23. Sept. 1674. natus, et aet. 17. in provinciam Austriacam receptus, 4 vota professus et Philosophiae Doctor, Poesim Graecii, Philosophiam Graecii et Viennae docuit, Rector dein Flumine, Varasdini, Zagrabiae, et Judenburgi Instructor Patrum tertiae probationis fuit. Crucifixi cultor eximius, quem rigidissima corporis sui mortificatione, flagellis, ciliciis, jejuniis, humiculationibus etc. est imitatus, qui et Zagrabiae Rector in processione publica Crucem corona spinea redimitus praetulit, et aliquando a Crucifixo hanc vocem audivit: Jacobe, non te deseram; demum in ultimo munere Judenburgi sanctissime obiit 26. Junii 1730. aet. 56.

Edidit latine:

Quinquertium historicum seu Prolusiones historicae de bellis Augustae Domus Austriacae cum Dissertationibus et Problematis Ethico-polemicis Josepho I. R. I. dicatum. Viennae Voigt 1707. fol.

Annuum Sapientiae sacrificium, in physicae lunae motionibus paratum et in B. V. Mariae cultum applicatum. Graecii Widm. 1709. 12.

Holocaustum Sapientiae in physico-moralibus Solis motionibus concinnatum, aeternaeque Sapientiae Soli sacrum. Graecii 1710. 12.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. cum fusiori elogio.)

PETKÖ Nicolaus, Hungarus, Superioris Hungariae Apostolus merito vocan-

Digitized by Google

dus, a nobilibus parentibus a Luthero ad Catholica sacra traductis Vagh-Ujhelini 17. Mart. 1706. natus et aet. 17. Societati adscriptus, per multos annos partim Concionatorem, partim Missionarium per Hungariam egit, tandem ob afflictam valetudinem fractasque tot laboribus ac aerumnis vires Leutschoviae primum, tum Cassoviae in Convictu nobili juventuti admotus est, quo munere tum in quartum annum fungeretur apoplectico fulmine ictus, pie obiit 20. Febr. 1756. aet. 50. Erat P. Nicolaus omnibus, quae virum apostolicum decent virtutibus, ornatus, et licet Missionibus, ut dicunt, Segnerianis propositum non sit, haeresi libellum indicere eaque irretitos ad avita Sacra adducere, sed mores recte sentientium corrigere, nihilominus P. Nicolaus octo annorum, quibus in his Missionibus desudavit, intervallo millenis plures zelo suo et dexteritate ab haeresi abstractos ad salutis semitam traduxit.

Edidit latine:

Selecta Heroum Daciae spectacula. Claudiopoli. 1731. 12. Carmine heroico.

Laus posthuma Gubernatoris Daciae, Sigismundi e Comitibus de Kornis. Ibd. 1732. 12.

Panegyricus D. Francisco Xaver. Ibd. 1734. 12.

Magni Dei magna Mater Maria in Conceptione sua a labe peccati vindicanda, potentia Patris, meritis Filii, charitate Spiritus sancti. Tyrnaviae 1735. 4.

(Paintner.)

PETRASCHECK Georgius, Viennae Poesim docuit, et ibidem obiit 28. Maji 1683.

Edidit latine:

Vienna Metropolis Austriae curiose disquisita per Epigrammata. Viennae Christoph. Cosmerovii 1677. 8.

Honoris aurea torques Sapientiae praemium. Viennae id. 1677. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

PETRETITS Stephanus, Hungarus, Theologus in quartum annum

edidit latine:

Rosa sine spina, seu Augusta Dei Mater ab originali labe oratoria dictione vindicata, munificis auspiciis Cels. S. R. I. Principis Pauli Eszterházi. Tyrnaviae. 1702. 4.

(Paintner.)

PETSI Franciscus, Hungarus, in Dioszeg provinciae Bihar 1703. nobili loco natus et aet. 15. in Societatem receptus, concionatorem hungaricum aliquot annis egit, et ex vulnere pedis, accedente gangraena, pie obiit Patakini 13. Nov. 1744. aet. 41.

Est ejus latine:

Serenissimi Principis Eugenii Colossus gloriae. Claudiopoli. 1736. 8.

(Paintner.)

PETSI Georgius, Hungarus, Tyrnaviae 7. Mart. 1671. natus et utriusque facultatis Doctor Philosophiam Tyrnaviae, Theologiam Cassoviae docuit, ubi et Rector Collegii et Universitatis fuit. Solnae multos errantes ad viam veritatis reduxit pieque obiit Tyrnaviae 7. Mart. 1725. aet. 54.

Est ejus latine:

Exercitationes oratoriae. Tyrnaviae 1696. 12.

(Paintner.)

PETZLER Josephus, Transylvanus, Claudiopoli 28. Dec. 1734. natus et aet. 18. Societatem ingressus, absoluta Theologia dum tolleretur Ordo, Tyrnaviae in Convictu Regio praefectum egit, ubi prius Poesim et Rhetoricam docens

edidit latine:

Votum fundendi sanguinis pro tuendo intemerato Dei genitricis conceptu. Tyrnaviae 1764. 4.

Panegyricus D. Ignatio. Ibd. 1765. 12.

(Paintner.)

PEUCHL Josephus, Germanus, 20. Oct. 1698. natus, et Graecii in Societatem receptus, aet. 18., Concionatorem per omnem vitam Viennae, Lincii, Budae egit, ac pie obiit Temesvarini 22. Dec. 1746. aet. 48.

Extat ejus germanice:

Sermo sacer ad Professionem solemnem Virginis Angelae e Societate S. Ursulae,

Digitized by Google

natae Isingerianae. Lincii Aninger 1757. 4.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

PEZ Josephus, Germanus, 1770. Viennae in Societatem receptus, soluto Ordine Presbyter saecularis, et Theologiae Doctor, Beneficiatus primum Curatus Viennae ad S. Petri dein Parochus Schweinbartensis, a quo, cum esset Decanus Theologiae, suo nomine editus:

Sermo in Obitu Josephi II. Rom. Imp. in Audaeo Universitatis dictus. Viennae 1790. 4.

PFLEGER Joannes, Germanus, e provincia Austriaca,

cujus latine:

Ovum philosophicum. Viennae 1651. 12.

Designatio, quid quotidie tempore obsidionis Neosolii a 13. Aug. 1663. qua in hoc propugnaculum venit, usque ad tempus deditionis ejus contigerit. s. fol.

(Wittmann. Bibl. Sacrhes.)

PFEIFFERSPERG Carolus, Germanus, Graecii in Styria 18. Oct. 1671. natus, et aet. 15. Societati aggregatus, nuncupatis 4 votis Philosophiam, cujus Doctor creatus, Graecii tradidit. Missione Indica non obtenta, Concionatorem Passavii, Lincii et Viennae in Collegio egit, ac demum Traunkirchii Conciones suas elucubrans piissime, ut vixit, obiit 2. Julii 1741. aet. 70.

Edidit latine:

Rosa centifolia, seu Primum Saeculum Archiducalis Gymnasii Clagenfurtensis S. J. historica synopsi effigiatum. Clagenfurti Kleinmeyr. 1705. 8.

Philosophia Universa 50 thesibus delineata, totidem symbolis effigiata, paradoxis ethicis adumbrata, exegesi politica illustrata. Clagenfurti id. 1705. 8.

Philosophiae peripateticae Partes III. Clagenfurti Casp. Freyschmid. 1708. 8.

Cogitationes poeticae de nato in Bethlehem Deo Homine, seu Eclogae de Mysterio Nativitatis Dominicae. Graecii Widm. 1718. 8.

Sancti et Illustres Viri, Eremitae Primi Anachoretae, Ordinum regularium Institutores, Propagatores, Reformatores elogiis delaudati. Norimbergae Christ. Weigl Vidna 1725. fol. c. fig.

Instauratio sacra Sacerdotis Theophili in cura animarum agentis Exercitiis spiritualibus S. Ignatii dies octo animum suum excolentis. Styrae Grünwald. 1730. 8. Cremsii Pronel 1740. 8.

Instauratio sacra Hominis Christiani Exercitiis spiritualibus S. P. Ignatii dies octo animum suum excolentis. Styrae Jahn 1738. 8.

Germanice:

Panegyricus Funebris Josepho I. Rom. Imp. Viennae in Collegio Academico dictus. Viennae Heyinger 1711. fol.

Sermo eucharisticus ob Victoriam contra Turcas 1716. ad Petrovaradinum relatam Lincii in Paroecia dictus. Lincii Leidenmayr 1716. fol.

Genethliacon Principi Leopoldo Caroli VI. Caesaris Primogenito. Lincii Radelmayr 1716. fol.

Panegyricus de Sacerdotio ad Primitias Nob. ac Rev. Domini de Orban. Passavii Höllerin 1719. 4.

Conciones Festivales pro toto anno cum Quadragesimalibus et occasionalibus. Augustae Vindel. 1730. fol.

Conciones Dominicales, Cursus annui quatuor. Partes II. Aug. Vind. 1732 fol.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Cat. Bibl. Acad. Vienn.)

PHILIPPI Henricus, Belga Luxemburgensis, natus 1575. aet. 22. Societatem ingressus, tantum in doctrina profecit, ut 4 vota professus, Philosophiae et Theologiae Doctor, Philosophiam, Theologiam Scholosticam et Scripturam S. in Universitate Graecensi, Viennensi et Pragensi docuerit. Domui professae Viennae Praepositus, Patrum tertiae probationis aliquot annis Instructor, Ferdinando III. Hungariae et Bohemiae Regi a studiis et Confessionibus fuit, vir insigni moderatione animi et contemtu sui, cui in aula nihil de aula adhaesit, Principis gratia nonnisi ad pias causas, easque perraro usus, suavis semper et hilaris pietatis, Ratisbonae, quo Ferdinandum Romanorum Regem coronandum comitatus est, religiose obiit 30 Nov. 1637. aet. 61. Elogium in Scriptoribus

Digitized by Google

Univ. Viennensis. In Historia Chronologica inprimis versatus

scripsit latine:

Introductio Chronologica, seu Opusculum de Computo Ecclesiastico ad Chronologiam accomodato. Coloniae Jo. Kinkii 1621. et 1631. 4.

Generalis Synopsis Sacrorum temporum usque ad Constantini Imperium. Coloniae id. 1624. et 1634. 4.

Quaestiones Chronologicae de annis Domini, Julianis, Nabonassari et Aera Juliana componendis. Et:

De Annis nati et passi Salvatoris. Coloniae 1630. 4.

Tabulae Annorum expensorum pro Chronologia Ecclesiastica. Viennae 1634. Haec omnia sine nomine; cum nomine:

Tractatus de Olympiadibus. Viennae 1635.

Manuale Chronologicum Veteris Testamenti. Antverpiae Jo. Meurs 1635. 8.

Notae et Quaestiones Chronologicae in Prophetas majores et minores. Antwerpiae id. 1636. 8.

Notae et Quaestiones Chronologicae in Pentateuchum, cum Olympiadibus. Antwerpiae 1635. 8.

Chronologiae Veteris Testamenti accuratum Examen. Opus posthumum. Coloniae Jo. Kinkii 1637. 4.

Paravit praelo similes Notas in Libros reliquos Vet. Testamenti.

Theses animasticae de Sensibus, defendente Ladisl. Bar. a Forgach. Viennae 1624. 4. annexa in fine Tabella ex Clavio, longitudines et latitudines aliquot locorum ut Albae-Graecae, Budae etc. exhibente.

(Sotvell. Le Long. Propyl. Bibl. Un. Graec. Bibl. Szechen.)

PIACEVICH Jacobus, Croata, an. 1715. Zagrabiae, tum Budae et Tyrnaviae Professor Casuum, et ab anno 1721. ad 1730. partim Laureti partim Romae ad S. Petri Poenitentiarius Illyricus, redux Quinque-Ecclesiis Superior, tum Posegae et Zagrabiae, ac denique Quinque-Ecclesiis Rector, hic pie obiit 14. Jul. 1739.

Est ejus latine:

Veteris et novae Geographiae compendiosa congeries, seu compendiosa expositio geographica Europae, Asiae, Africae et Americae. Zagrabiae 1714. 8.

Illyricum ex ejusdem compendiosa expositione geographica depromtum per C. A. Bel. V. Schwandter T. III.

(Bibl. Szechen.)

PIAZOL Josephus, Germanus, Viennae Austriae 30. Jan. 1725. natus et aet. 16. Societatem ingressus, absolutis cum laude studiis 4 vota professus ob singulare dicendi donum statim S. Cathedrae admotus Labaci, Posonii, Viennae 10 annis est concionatus et ab anno 1764. in Aula Caesarea idem munus summa eaque continua approbatione in mortem usque tenuit, quam pie obiit 1773. paulo antequam Ordo tolleretur.

Est ejus germanice:

Panegyris Odiloni Abbati Gottvicensi dicta, dum jubilaeum Sacerdotale in Ecclesia Abbatiae solenniter celebraret. Viennae 1766. 8.

(Wittmann.)

PICHER Joannes, Germanus, Leobii Professor Repententium linguae graecae fuit 1717. et pie obiit Cremsii 18. Febr. 1724.

Est ejus latine:

Imago Sapientiae cum symbolis et fig. Tyrnaviae 1702. 12.

Expeditio Caroli III. in Hispaniam.

(Paintner.)

PICHLER Andreas, Germanus, Brixiae in Tyroli 24. Nov. 1663. natus, aet. 18. Graecii in provinciam Austriacam receptus, et 4 vota professus, Concionatorem Lincii, Graecii, Clagenfurti, tum in Hungaria Jaurini, Eperiesini, Budae, Posonii tanto cum fructu egit, ut integrum semel pagum una cum suo praedicante ad Ecclesiam Catholicam reduxerit. Demum cum vitam omnem concionando consumsisset, pie obiit Jaurini 28. Sept. 1721. aet. 58.

Extat ejus germanice:

Panegyris funebris Perill. ac Rev. D. Bernardo Ord. Cisterc. ad S. Hilarium Abbati dictus. Lincii Freyschmid fol. 1709.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

PICHLER Josephus, Germanus, Viennae Austriae 1. Oct. 1682. natus, et aet. 15. Societati insertus, 4 vota professus, Phi-

Digitized by Google

losophiae Doctor, Poesim ac Rhetoricam Graecii et Viennae, Lincii ac Passavii Philosophiam, Leobii domesticos quinquennio humaniores litteras, ac demum Viennae in Academia Historiam magna doctrinae fama docuit. Hinc ad S. Annam translatus, in altero Tomo Historiae Provinciae S. J. Austriacae laboravit, ac vir insignis pietatis ac charitatis fractis jam viribus ad aegros excurrendo, mortem sibi acceleravit, quam oppetiit 17. Nov. 1742. aet. 60.

Edidit latine:

Virtutes Austriacae in. Augustissimo Caesare Carolo VI. virtute Patrum in summum orbis Imperium evecto collectae. Carmen eleg. Graecii Widm. 1712. 12.

Cortina Phoebi scenicis ludis in Parnasso aperta, seu tria Auguria. Carmen. Viennae Voigt 1713. 12.

Virtutis et Majestatis iter ad gloriam in reduce gubernata e Catalonia Augusta Heroidum Idea, Christina Elisabetha per elogia et symbola expressum. Viennae Schlegel 1714. 8.

Pietas coronata in Bulgariae Principe Trebelio lusu theatrali exhibita. Viennae 1714. 12. Carmine jambico.

Fortitudo et Constantia Godefridi Bullionii dramate exhibita. Viennae Schmid 1715. 8.

Indiculus temporum ex Annalibus mundi Philippi Brietii compendio excerptus in usum DD. Academicorum Historici studii Auditorum. Viennae Schwendiman 1729. 8.

Augusta V. Carolorum Historia Carolo VI. Aug. dicata. Viennae Voigtin 1735. fol. c. fig.

Historia Imperatorum Romano - Germanicorum methodice tradita. Tractatus VII. cum II Supplementis. Viennae Voigtin 1732. — 1737. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Cat. Gartner.)

PICKER Joannes, Germanus, Neostadii in Austria 5. Maji 1677. natus, et aet. 15. Societati adlectus, litterarum humaniorum doctrina excellens, easdem Sacerdos Graecii, Tyrnaviae ac aliis locis docuit. Tum ad S. Annae Annalium Germaniae Editori aliquamdiu collaboravit, ac demum Cremsii, pestilenti ab aegro contracta febri pie obiit 18. Febr. 1721. aet. 44.

Edidit latine:

Imago Sapientiae. Tyrnaviae 1702. Acad. typ. 12.

Expeditio Caroli III. in Hispanias. Graecii 1706. 12. Carm. heroico.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

PIERER Josephus, Hungarus, Oszlopae 1. Nov. 1731. natus et aet. 19. in Societatem admissus, ac 4 vota professus, ab anno 1763. in Collegio Nobilium Theresiano Viennae Professor linguae hungaricae et Historiae politicae fuit; abolito Ordine Canonicus et Praepositus mitratus Ecclesiae Cathedralis Jaurinensis et Episcopus Dinniensis factus, obiit 5. Jul. 1805. aet. 74.

Edidit latine:

D. Ivo oratione panegyrica celebratus. Tyrnaviae 1760. 4.

Germanice:

Specimen Statisticae. Viennae 1772. 8.

Concio de magno pretio Congregationis dolorosae in Templo Servorum Mariae. Pestini. 4.

Typo paravit opus in tres partes divisum: de montanis civitatibus.

(Meusel. Denis. B. G. Paintner.)

PIERLING Jacobus, Petropoli in Russia 28. Maji 1784. natus, in Gallia et Germania educatus, peractis Salisburgi studiis philosophicis in Russiam redux 16. Sept. 1803. Duenaburgi in Tyrocinium Societatis Jesu admissus est. Absolutis in Academia Polocensi Studiis theologicis Doctor creatus et 4 vota professus Witebsci Concionatorem polonum multa cum laude egit; sed mox post unius anni decursum ad regendum Convictum Nobilium in Collegium Polocense vocatus, eum per 11 annos ad annum 1820. usque gubernavit, quo tempore Societas Jesu malevolorum fraude et inimicorum violentia Russiae finibus exesse jussa est. Cum vero Patres ex Russia exules ab Imperatore Francisco I. f. m. in Galiciam recepti fuerint eisque Gymnasium publicum Tarnopoli concrederetur, P. Jacobus ibi per 9 annos partim litteras humaniores docuit, partim scholarum Praefectum egit. Anno 1829. Rector Collegii Tarnopolitani et 1832. Provincialis totius Provinciae Galicianae constituitur, quo in munere per 18 annos ob eximium guber-

Digitized by Google

nandi donum a Societatis Praeposito iterum iterumque confirmabatur, tum qua talis, tum qua Superior partis germanicae cum potestate Provincialis, tum denique qua primus Provinciae Austriacae Provincialis post separationem hujus a Provincia Galiciana. Anno 1850. pro Officio Assistentis Germaniae Romam vocatus est, quo jam anno 1838. qua Procurator Provinciae ad Congregationem Procuratorum missus fuerat. Anno 1853. A.R.P. Generalis Joannes Roothaan graviter et longiore tempore decumbens constituit eum Vicarium Generalem et insuper designavit illum more Societatis, ut post fata illius vicaria potestate universam regeret Societatem, donec novus eligeretur Praepositus. In Congregatione denique vigesima secunda, cui praefuit usque ad electionen novi Praepositi generalis, electus est denuo Assistens Germaniae.

Edidit tacito nomine:

Quadragesimus Regiminis annus Suae Majestatis Imp. Francisci I. celebratus 1. Martii 1832. Leopoli 1832. 4. Carmina lat. et germ.

Novis curis et stylo correctiore edidit:

Verus Jesu Socius (autore P. Schega S.J.) cum Sententiis spiritualibus S. P. Ignatii. Viennae typ. Mech. 1838.8. latine et germanice.

Lusciniae ingratiis seu Sylvula amoena poetico-spiritualis, poematiis et cantilenis spiritualibus constans a P. Friderico Spee S. J. compositis; adjectis modulis musicis a P. Franc. Xav. Weninger S. J. Oeniponti Felic. Rauch 1845. 8. germ.

PIESSER Josephus, anno 1715. jam Sacerdos humaniores classes variis locis quatuor adhuc annis docuit, et in flore aetatis pie obiit Neostadii 11. Jan. 1720.

Edidit latine:

Imperium Austriacum felix in Amore et Timore Josephi I. Imp. Graecii 1711. 8.

(Mikimann.)

PIESTYANSZKI Joannes Bapt., Hungarus, Strigonii 1742. in Societatem receptus, 4 vota professus et Philosophiae ac Theologiae Doctor, illius cursum triennalem Cassoviae praelegit. Tum 8 annis Romae Poenitentiarium hungaricum egit. Redux 1771. Tyrnaviae Theologiam dogmaticam docuit.

Vertit ex italico in latinum:

Sermonem P. Bordoni de S. Aloysio, quem vulgavit

(Kaprinai Elog. S. Tomo II.)

PILGRAM Antonius, Germanus, Viennae 3. Oct. 1730. natus, et aet. 17. in Societatem cooptatus, 4 vota professus et Philosophiae Doctor, Hellio Astronomo Caesareo Viennae ab anno 1753. adjunctus, quem et absentem in Norvegia supplevit, postea a Statibus inferioris Austriae delectus, ut eam cum Triesneker et Laicis quibusdam dimetiretur et mappam typographicam conficeret, quod tamen opus non ipse, morte praeventus, sed P. Triesneker complevit; vir quam profundae doctrinae tam hilaris semper indolis, pie obiit Viennae 15. Jan. 1793. aet. 63.

Edidit latine:

Ephemerides Astronomicae annorum 1769. 1770. 1771. absente Hellio Viennae. In primo anno additae Tabulae pro delineandis lunae obscurantis phaenomenis. In secundo Tabulae pro observationibus culminantium planetarum.

Tabulae lunares Mayeri Londini recens editae, et in commodiorem calculantium normam reductae. In Ephemeridibus pro anno 1772.

Disquisitio de Parallaxi Solis ex duobus internis contactibus Veneris in eodem loco observatis. In iisdem pro 1774.

Appendix ad Ephemerides pro 1784.

Tabulae pro reductione ascensionis rectae et declinationis planetarum et fixarum declinationem 34 graduum non excedentium, ad eorum longitudinem et latitudinem. In Ephem. pro 1783.

Tabulae aberrationis et nutationis 500 stellarum fixarum pro anno 1780. In Ephem. pro anno 1784. et. 1785.

Correctiones harum tabellarum in Appendice Ephemeridum. 1787.

Calendarium chronologicum medii potissimum aevi monumentis accommodatum. Viennae. Kurzbeck. 1781. 4.

Germanice:

Dissertatio de apparente magnitudine Sa-

Digitized by Google

tellitum Jovis, ejusque sequelis ad Eclipses. In Collectaneis pro diversis Scientiis Eruditorum Austriacorum Vien. 1775. 8.

Disquisitiones de probabilitate Meteorologiae per observationes multorum annorum. Viennae Kurzbeck 1788. 4.

Belidori Elementa Artilleriae etc. recenter calculata, correcta, aucta.

Logarithmi temporarii, seu Tabulae Logarithmicae, quibus ex altitudine Solis alteriusve stellae tempus et vera latitudo lineae meridionalis commode et accurate reperiri, uti et alia quaedam utilia Problemata solvi queant, in usum Astronomorum, Navigantium et Geometrarum. Viennae. Kurzbeck.

(Meusel G. T. S. Gött. gel. Anz. 1784.)

PILLER Mathias, Germanus, Graecii in Styria natus 25. April 1733. ibidemque 1750. in Societatem susceptus et 4 vota professus, ab anno 1763. usque ad sublationem Ordinis Praefectum et Catechetam Viennae in Collegio Nobilium Theresiano egit, dein Philosophiae Doctor factus et Budae Professor Historiae naturalis obiit 1788. aet. 55.

Edidit latine:

Historiae naturalis Conspectus concinnatus ad juvandam eorum memoriam, qui disciplinae huic operam navant. Pars I. complectens Regnum animale. Budae typ. Univ. 1779. 8.

Iter cum Ludovico Mitterpacher per Poseganam Provinciam Sclavoniae partem 1782. susceptum. Budae typ. Univ. 1783. 4. c. fig. — Epitome ejus germanice in Maderi Miscellaneis.

(Bibl. Com. Appony. et Szechen.)

PILLIP Josephus, Germanus, Styrus Gössensis 21. Febr. 1734. natus, 1749. in Societatem receptus, et 4 vota professus, Cassoviae primum ac Tyrnaviae linguam sacram et graecam tradidit, simul ad Germanos concionatus; tum Goritiae biennio et altero Passavii Philosophiam tradidit, et abolito Ordine Viennae vitam privatam agens, obiit 1802. aet. 68.

Scripsit latine:

Compendium Principiorum Mathematicorum in subsidium Physices oretenus explicatorum. Monachii 1774. 4.

Reliquit in Msc. Epigrammata latina in Vetus Novumque Testamentum, et domni Presbyterorum Viennae cum mille florenis pro impensis typi legavit, quae tamen non comparuere.

PINELL Adamus, Germanus, Viennae Austriae 20. Jan. 1668. natus, et aet. 17. in Societatem cooptatus, 4 vota professus, Philosophiae Doctor, Poesim Graecii, Viennae Ethicam docuit. At mox ob singulare dicendi donum ad S. Cathedram translatus, cum paucis annis in Collegio ac Domo professa summo cum plausu concionatus esset, laborum intensione praemature fractus pie obiit Viennae in Domo professa 12. Julii 1704. aet. 36.

Edidit latine:

Poesis Carolina. Graecii Widm. 1693. 12.

(Grata et Scripta Prov. Austr.)

PINKA Franciscus, Hungarus, 9. Jan. 1709. natus et aet. 18. in Societatem susceptus, 4 vota professus, et Philosophiae ac Theologiae Doctor illam Cassoviae, hujus diversas partes Tyrnaviae et Cassoviae praelegit. Cassoviae dein biennio concionatus, demum pie obiit Eperiessini 4. Mart. 1770. aet. 61.

Sunt ejus latine:

Quinque prima Saecula Regni Mariano-Apostolici, denuo ethice adumbrata. Partes II. Cassoviae. 1745. et 1746. 12.

(Paintner.)

PINTER Josephus, Hungarus, Sator-Ujhelini in Comitatu Zemliniensi 11. Julii 1717. natus, et aet. 15. Societati insertus, 4 vota professus, Philosophiae et Theologiae Doctor, Poesim et Rhetoricam Tyrnaviae, ibidem Mathesim Budae et hanc et Philosophiam biennalem, tum Tyrnaviae Historiam sacram, Budae Controversias, Jaurini et Tyrnaviae Theologiam dogmaticam, universim annis 15 docuit; Cassoviae dein Cancellarius, Budae Praefectus altiorum scholarum, abolito Ordine obiit penes Agriam 1780. aet. 63.

Edidit latine:

De vera Nobilitate, Carminum elegiacorum Libri II. Tyrnaviae 1741. 8.

Conspectus Equestrium Ordinum per Eu-

Digitized by Google

ropam omnem florentium. Tyrnaviae 1742. 12. c. fig.

Orationes panegyricae de SS. Ladislao, Ivone, Mauritio M. Viennae 1744. — 1746.

Chronotaxis Henscheniana de annis aetateque D. N. J. C. nati, baptizati, mortui, iterum adserta, explicata, vindicata e probatissimorum recentiorum Autorum sententiis. Tyrnaviae 1754. 8.

Salutatio panegyrica nomine Universitatis Tyrnav. Cels. Principi Francisco e Comitibus Barkoczi, Archiep. Strigon. dum Tyrnaviam solenni pompa primum ingrederetur. Ibd. 1761. fol.

Funebris alia in obitu Hungariae Primatis Francisci e Comitibus Barkoczi Posonii dicta et edita. Tyrnaviae 1763.

Oratio funebris in Exequiis Francisci Xav. e lib. Bar. a Klobusicki Archiepiscopi Colocensis. Budae 1766. fol.

(Gesta et Scripta Prov. Aust. Horny's Bibl. Seeben. Paintner.)

PIRINGER Andreas, Germanus, in Palatinatu Superiore 8. Nov. 1798. natus, et Viennnae absoluta Philosophia aet. 21. in Societatem cooptatus, 4 vota professus, Graecii Rhetoricam, Philosophiae ac Theologiae varias partes diversis in locis docuit, ac demum, obedientiae promtissimae exemplar, et manum pedumque doloribus diu vexatus pie obiit Jaurini 18. Junii 1753. aet 60.

Edidit latine:

Templum Honoris S. Philosopho Aloysio symbolis et elogiis adornatum. Widm. 1727. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

PIRINGER Josephus, Danus, Haffniensis, 25. Martii 1713. natus, Viennae aet. 18. Societatem amplexus, et 4 vota professus, Concionator Carolinae, Cibinii, Budae, Cremsii, Clagenfurti annis 15, dein Regens Seminarii Clagenfurti, Superior ad S. Martini Posonii, soluto Ordine obiit.

Extat ejus germanice:

Funebris Panegyris Excell. D. Comiti a Traun, Campi-Mareschallo et Supremo Transylvaniae Generali. Cibinii 1748.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

PIRINGER Wolfgangus, ipsis Societatis primordiis Rhetoricam Olomucii docuit, simulque in Templo S. Mauritii ad Concionem dixit. Subin Antistitis jussu omnes ditionis ejus sacrae Paroecias lustravit, pastores nutantes in fide confirmavit, in munere suo non sat peritos instruxit, libris erroneis orthodoxos substituit, plurimaque pro Dei Gloria et animarum salute bona praestitit. Febri periculose decumbens, haustu sibi, ut desideravit, ex calice S. Adalberti propinato, repente consanuit. Convictus Olumucensis Regens ob insignem doctrinam ad Coetum sacrum Dioecesis Olomucensis ab Antistite vocatus, ei Sacer Orator interfuit, et extat

Oratio, quem in memorata Synodo de Calamitatibus Ecclesiae et Regimini ab haeresi inflictis et de Summi Pontificis autoritate dixit 1565.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

PIROLT Joannes Bapt. Hungarus, Schemnitzii 29. Aug. 1698. natus et aet. 16. Societati adlectus 4 vota professus, Concionatorem hungaricum, quo ingenti ardore ferebatur, Leopoldopoli, Szepusii, Patakini, Trenchinii, Posonii egit. Rexit dein Socios in Valle Dominorum, Schemnitzii, Szakolzae et Leutschoviae, ubi pie obiit 5. Maji 1758. aet. 60.

Edidit hungarice:

Instructio brevis pro Sodalitio Jesu et Mariae SS. Rosarii. Posonii 1737. 12.

Clavis Coeli seu Actus Virtutum theologicarum. Cassoviae 1744. 12.

Angelica et coelestis doctrina, seu brevis instructio homini Christiano-Catholico salutem quaerenti manifestata. — recusa Cassoviae 1738. 12.

Spes salutis in Cultu B. V. Mariae. Cassoviae 1744. 12.

Modus resistendi tentationibus. Cassoviae 1844. 12.

Cultus S. Aloysii per sex Dominicas. Cassoviae 1748. 12.

Rectae intentionis hebdomas. Cassoviae 12.

Scientia eorum, quae scitu necessaria ad salutem consequendam. Cassoviae. 12.

Instructio recens conversorum.

Modus pie surgendi et decumbendi.

Modus audiendi sacrum, confitendi, communicandi.

Digitized by Google

Modus colendi festum Desponsationis B. V. Mariae.

Christianus poenitens per quaesita inter patrem et filium spiritualem. Omnia Cassoviae 12.

(Paintner.)

PISCHON Vincentius, Viennae Sacerdos Poesim docuit, et pie obiit Labaci 10. Febr. 1681.

Edidit latine cum aliis:

Felicitas triumphans in Augustissimo Romanorum Imperatore Carolo V. effigiata. Carmen epicum. Viennae Christ. Cosmerovii 1675. 8. et in Analectis Kleinii Tomo I.

Sunt autem ejus:

Tropaeum I. Carolo V. Maximo recens nato.

II. Eidem in Caesareum solium evecto.

III. Eidem avitae Religionis Vindici.

IV. Eidem Francorum Victori.

VI. Eidem Ottomanorum Domitori.

Baccae lauri ex bicolli Poetarum Pindo decerptae, Viennae id. 1675. 12.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

PITTERMANN (aliis Bittermann) Ignatius, Germanus, Viennae Austriae 1. Jan. 1695. natus, et aet. 17. Societati adscriptus, 4 vota professus et Philosophiae Doctor, Mathesim primo Viennae docuit; tum Concionator in Domo professa sexennio, et ob rarum dicendi donum a Carolo VI. Imp. in Aulam adscitus, coram ipso, ac dein coram M. Theresia Augusta annis 12 aequali semper plausu fructuque dixit. Post Francisco I. Imp. 13 annis a S. Confessionibus fuit, et ob singularem prudentiam tamdiu munus hoc gessit, dum a matrona primae nobilitatis vocatus, ut morienti assisteret, contracto ab ea morbo et ipse abriperetur, vir singularis demissionis animi et regularis observantiae norma, in Domo professa 10. Apr. 1758. aet. 63.

Extant ejus germanice:

Potens Dextra Dei ostensa in duobus SS. Fratribus Cyrillo et Methodio Moraviae Apostolis. Panegyris. Viennae 1731. 4.

Funebris panegyrica Carolo VI. Imp. in Templo Aulico dicta. Viennae Heyinger 1740. fol.

Sermo eucharisticus de recuperata Praga. Viennae id. 1743. fol.

Sermones sacri die Parasceves de Passione Domini coram Aula habiti ab anno 1732. ad 1746. sub diversis titulis, ut: Christus in Cruce patiens et moriens, primum et summum opus. Divina Justitia et Misericordia etc. Viennae 4.

Postilla Groendanekii emendata et typis data. Viennae.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

PLATTHY Mathias, Hungarus, ex illustri genere in Nagy-Pallugya familiae sede in Comitatu Lyptoviensi 2. Febr. 1725. natus, et aet. 17. Viennae tyrocinium ingressus, Poesim Tyrnaviae, Cassoviae Rhetoricam Magister docuit, et 4 vota professus et utriusque Facultatis Doctor, linguam graecam, tum Eloquentiam S. Tyrnaviae, Philosophiam Cassoviae, Casus Budae, Scripturam S. Tyrnaviae et Jaurini exposuit, et ultimo triennio agens causarum apud Excelsam Curiam Regiam Budae, soluto Ordine, Praepositus infulatus B. V. Mariae de Lypto et Canonicus Neosoliensis pie obiit 1801. aet. 76.

Edidit latine:

Nicolaus Zrinius. Carmen elegiacum. Tyrnaviae 1751. 8.

Vindiciae Graecorum. Cassoviae 1752. 8. Carmen satyricum, quo causas adfert, cur linguae Graecae studium jaceat, melinsque de Graecis Scriptoribus sentire jubet.

D. Ivo sermone panegyrico celebratus. Tyrnaviae 1744. 4.

Primordia Sanctae Catholicae Apostolicae Ecclesiae e sacris IV. primorum nominis christiani Saeculorum monumentis Graecis juxta ac latinis proposita. Tyrnaviae 1791. fol.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Paintner. Cat. Bud. 1799.)

PLENGG Joannes Bapt., Germanus, Spitali ad Montem Pyrrhum in Austria natus 1620. aet. 16. Societati se addixit, et 4 vota professus, post humaniores litteras Ethicam, Philosophiam et Theologiam praelegit; Collegium Lincense rexit, ibidemque 1674. sedulum Operarium egit.

Digitized by Google

Edidit:

Piae Considerationes ad declinandum a malo et faciendum bonum cum iconibus Viae vitae aeternae Antonii Sucquet S. J. Viennae Austriae Casp. Voigt. 1672. 4.

(Sotvell.)

PLINDENDORFER Franciscus Xav. Germanus, Lincii Rhetor 1743. in Provinciam Austriacam receptus, et e primo Theologiae anno Graecio in Americam meridionalem 1753. profectus, Sacerdotio suscepto, in Provincia Chilensi Missionarius ad annum usque 1773. quo in Provinciam suam redux soluto Ordine pie obiit.

Est ejus:

Epistola ad M. Carolum Plindendorfer fratrem suum de Panama 7. Oct. 1754. de itinere suo eo usque. — Germanice in Stöcklein P. XXXVIII. n. 772.

PLINDENEGGER Ignatius, Germanus, in Fano S. Floriani Austriae supra Onasum oppido natus, et 14. Nov. 1631. Societatem ingressus, 4 vota professus et Philosophiae Doctor, Viennae Humanitatem et Philosophiam tradidit; Sodalitatibus dein Marianis et Seminariis pluribus annis praefuit, Ministrum Cremsii et in Domo professa egit, pieque obiit Jaurini 31. Dec. 1727.

Edidit latine:

Palinodia Vatum, seu Pietas castra sequentium in polemicis Aphorismis Excell. D. Comitis Tillii Herois invictissimi. Viennae Cosmerov. 1686. 8.

Ethica Austriaca sen Doctrinae politicae flores ex Caesarum Austriacorum Lemmatis depromti. Viennae Voigt 1687. 12.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

PLOCHINGER Christophorus, Germanus, Viennae Austriae 24. Junii 1654. natus, aet. 19. Philosophiae Doctor Societatem ingressus, et 4 vota professus, magnus Orator in praecipuis Provinciae Cathedris Viennae, Graecii, Lincii, Labaci, Clagenfurti, Passavii, Neostadii in Ecclesia Cathedrali ipsis 24 annis dixit, ac demum Minister Clagenfurti pio obiit 31. Aug. 1707. aet. 53.

Extat germanice:

Funebris Panegyris Rev. ac Perill. D. Canoniae ad S. Floriani Praeposito dicta. Lincii Raedlmayr. 1700. fol.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

PLOECKNER Wolfgangus, Germanus, S. Hypoliti in Austria 24. Dec. 1659. natus, et Societati adscriptus aet. 15. 4 vota professus et utriusque facultatis Doctor, Graecii Poesim, Rhetoricam, Philosophiam eandemque et Theologiam pluribus annis Viennae docuit. Missus dein in Ducatum Quelpherbitanum, ut Ducis filiam Elisabetham Caroli III. Sponsam ad Catholicam fidem traduceret, in eaque informaret, eandem in Hispaniam Confessarii munere comitatus est. At Barcinone redux in itinere, in quo adhuc Germanis doctrinam Christi exposuit, pluresque magni nominis et ordinis ad orthodoxam fidem reduxit, cum ceu mortis praesagus totius vitae noxas vehementissimos inter poenitentiae actus in sacra confessione eluisset, in Serivia Italiae torrente mersus obiit 8. Apr. 1713. aet. 54, ab Augustis Sponsis multum deploratus.

Edidit latine:

Tuba belli sacri, seu susceptorum in Palaestinam sacrorum Expeditionum illustriora exempla Godefridi Bullionii, Conradi III., Friderici I., Richardi Regis Angliae. Carmen. Graecii Widm. 1689. 8.

Calendae Leopoldinae, seu September M. Leopoldi nomine consecratus. Graecii id. 1690. 8.

Mausoleum Illustrissimae familiae de Khienburg. Graecii id. 1693. 12.

Ethicae Ecclesiasticae selectiores Gnomae. Graecii id. 1694 12.

Relatio facta in Consistorio secreto coram S. D. N. Gregorio XV. super Vita, Sanctitate, Actis Canonizationis et Miraculis Francisci Xav. e S. J. Indiarum Apostoli ex Autographo Romano recusa. Viennae 1699. 12.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

PLUME, Germanus, Rauracus Bruntrute in Helvetia 12. Febr. 1647. natus, et aet. 21. Viennae in Provinciam Austriacam susceptus, 4 vota professus et praeter latinam

Digitized by Google

et germanicam linguam insuper gallicae, hispanicae et italicae peritus, cum 7 annis scholas inferiores docuisset, Jaurini et Viennae curam carcerum habuit; tum multis annis in castris seu S. Curio, seu S. Curionum Praefectus, spretis omnibus periculis militi aut infirmo aut vulnerato adstitit. Hinc Viennam ad Aulam evocatus, Gynaecco Augustae a Confessionibus fuit, puellasque sibi creditas ad tantam virtutem induxit, ut una in sanctitatis fama moreretur, cujus vitam exarare jussus est ab Augusta. Demum et ipse piissime decessit Graecii 20. Maji 1719. aet. 66.

Extat ejus germanice:

Vita S. Pauli. Viennae 1697. 8.

Patientia coronata in Vita Ven. Virginis Christinae Riglerin. Viennae 1707. 12.

Vita Herulae aulicae.

Traduxit ex hispanico Epistolas Eusebii Nierembergii.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

POCK Mathias, Hungarus, Posonii 8. Junii 1690. natus, et aet. 18. Societati insertus, 4 vota professus, et utriusque facultatis Doctor, Tyrnaviae Rhetoricam, tum ibidem et Cassoviae Philosophiam ac Theologiam annis 12 docuit. Socius dein Provinciae Praesidis, Magister Tyronum in Domo Annaea Provinciae Praepositus ipse, Collegii Graecensis, Pazmaniani Clericorum Viennae, Theresiani Nobilium ibidem, Passaviensis, Posoniensis et Jaurinensis Rector, ubique singularis prudentiae dotiumque omnium, quae in Regente desiderantur, specimina uberrima ac splendidissima dedit, demum pluribus annis Superior ad S. Martini Posonii, soluto Ordine obiit. Edidit latine:

Palatium Regum Hungariae, Palatinorum virtutibus ac meritis illustre, seu tres et viginti primi Palatini Hungariae. Tyrnaviae typ. Acad. 1723. 8.

Christianus poenitens ad rite obeundum Sacramentum poenitentiae facili methodo instructus. Cassoviae 1727. 12.

Cantilena: O Virgo Virginum et alii Libelli Filiationis Marianae.

Candidatus in aditu Religiosi Tyrocinii tentatus, postremum deliberans.

Ad tritissimam in Fidei controversiis quaestionem: ubi scriptum est? Responsio a quodam S. J. Sacerdote collecta. Cassoviae 1733. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

PODA Nicolaus de Neuhaus, Germanus, Viennae Austriae 3. Oct. 1723. natus, et aet. 17. Societati adscriptus, 4 vota professus, et Philosophiae Doctor, Mathesim Clagenfurti, Lincii, Graecii docuit, quo postremo loco simul Praefectus speculae astronomicae, simul et Musaeum physicum erexit. Ab anno vero 1760. Schemnizii juvenibus minarum officialibus Mechanicam et Hydraulicam tradidit. Abolito Ordine Viennam se recepit et privata Collegia dedit, ac demum ibidem obiit 29. Apr. 1798. aet. 75.

Scripsit latine:

Insecta Musaei Graecensis in ordines, genera, species juxta systema Linnaei digesta. Graecii Widm. 1761. 8.

Descriptio corporum terrestrium et mineralium, quae in monte Arzberg Styriae superioris reperiuntur. Annexa Tomo II. Amoenitatum Acad. Car. Lynnaei. Graecii 1764.

Examen lapidum ferrariorum montis Arzberg. ib. Tomo III. — Utrumque germanice per Dan. Godefr. Schreberum M. D. in Descriptione operum ferrariorum in ferrifodinis styrensibus. Lipsiae 1772. 4.

Schemnizii habitus, cultus et machinae in fodinis adhiberi solitae. Edidit cum dictione sua Ignatius de Born Pragae 1771. 8.

Germanice:

Varia mineralogica in Linnaei Amoenitatibus Academicis. Graecii 1764. 1766. et 1777.

Brevis descriptio machinarum in minis Schemnizensibus erectarum cum tabulis 22. Dresdae et Pragae 1771. 8.

Calculatio Machinae aereae, quam J. L. Hell Schemnizii invenit et extruxit. Viennae 1771. 8. et in Amoenitatibus physicis Pragae T. 2.

Praelectio Academica de erectis Schemnizii ita dictis equorum Göpeliis. Dresdae 1773. 8.

Enumeratio fossilium in aedificio universali Oeconomiae dicato Academiae Caes. Reg. Theresianae. Cum Franc. Xav. E-

Digitized by Google

dero Chimiae Professore. Viennae Kurzbeck 1776. 8.

(Mensel. Hornyi. De Loca. Denis G. B. Gött. Gel. Anz. 1773. Reinsius. Bibl. Szechen.)

PODHORANYI Ladislaus, Hungarus, Saeculi XVII.

edidit latine:

Iter honoris ad lauream processuris a Pallade paratum ac Illustr. Comitibus Thomae et Nicolao Csaki dicatum. Tyrnaviae 1695. 8.

Nucleus honoris e gemmina cortice erutus, sive Lusus poematico-anagrammaticus in gestis et titulis eorundem Comitum instructus. Tyrnaviae 1696. 8.

PODLUSANI Sigismundus de Balas, Hungarus, cum jam Sacerdos Ethicam Agriae docuisset, dimisit Ordinem 1719. Parochus Liszensis dein Carponensis factus, scripsitque latine:

Parochus duodenario pressus pondere. Cassoviae 1724. 12.

Historia bipartita de rebus gestis Hungariae Regum. Jaurini 1742. 8.

(Paintner.)

POGATSCHNIGG Josephus, Germanus, Clagenfurti in Carinthia 17. Martii 1671. natus, et aet. 16. Societati adscriptus, 4 vota professus et Philosophiae Doctor, Graecii et Viennae Rhetoricam docuit; dein Viennae scholis inferioribus praefectus triennio, et subin Labaci Seminarii Regens praemature obiit 25. Aug. 1712. aet. 41.

Edidit latine:

Augusta Parentalia Leopoldo I. sanctae recordationis Caesari Augusto per Odas et Elogia exhibita. Graecii Widm. 1705. 8.

Godefridus Bullionius Hierosolymae suique victor maximus, in scenam datus. Viennae Voigtin 1706. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

POGATSCHNIG Laurentius, Creinburgi in Carniolia 5. Aug. 1698. natus Labaci Theologus absolutus in Societatem receptus, toto vitae tempore Concionatorem Carniolicum et zelosum Operarium Tergesti, Labaci, Goritiae, Clagenfurti, aliquot annis etiam Concionatorem Labaci in Cathedrali egit, ac demum Praefectus spiritus Zagrabiae pie obiit 11. Nov. 1769. aet. 67. Concionator Labaci rem gratissimam Clero praestitit

edendo latine:

Dioecesanum Labacense. Tergesti 1757. 8.

Compendium Ritualis Labacensis cum appendice germanica et carniolica pro assistentia moribundorum. ib. 1757. 12.

Missae propriae Dioecesis Labacensis. ib. 1757. fol.

POGRIETSCHNIG Joannes Bapt., Germanus, Carniolus Vindus, Clagenfurti 1746. Philosophia absoluta in Societatem receptus et 1760. quatuor vota professus, primum sexennio Clagenfurti Concionator Vindicus, tum altero sexennio Labaci Professor Physicae, et ultimo quinquennio Clagenfurti Theologiae morum, soluto Ordine rursus Labaci Physicae Professor et Societatis agrariae in Carniolia membrum

edidit latine:

Compendiaria descriptio Metropolis Labacensis e topographia germ. Austr. Caroli Granelli S. J. excerpta, paucis additis vel immutatis. Labaci Eger 1766. 4.

(Bibl. Carniol.)

POHL Franciscus Xav., Germanus, Viennae Austriae 17. Dec. 1772. natus, et Philosophiae Doctor 1741. in Societatem receptus, 4 vota professus, Philosophiae et Theologiae Doctor creatus, Viennae Poesim et Rhetoricam, Graecii Ethicam, Clagenfurti Philosophiam biennalem, Viennae casus ac biennio Theologiam dogmaticam docuit. Rector dein Judenburgi ac Lincii, et in priori loco simul Instructor Patrum tertiae probationis, abolito Ordine obiit Viennae 1800. aet. 78.

Extat ejus latine:

Orationes variae de immaculato Conceptu B. V. Mariae, de S. Joanne ante portam latinam, de SS. Cosma et Damiano etc. sine nomine.

(Wittmann.)

POHL Josephus, Germanus, Viennae Austriae 17. Dec. 1711. natus, aet. 15. ad

Digitized by Google

Societatem accessit, et nuncupatis 4 votis utriusque Facultatis Doctor, Viennae Poesim, tum Repetentes Szagolzae humaniores litteras docuit, quo tempore simul filium natu minimum Principis Kaunitz privatim in Eloquentia instituit et Historiam in Academia Viennensi tradidit, idque ab anno 1746. usque ad abolitionem Ordinis, ac demum pie obiit Viennae 9. Apr. 1786. aet. 75.

Edidit latine:

Fastorum Ecclesiasticorum Liber V. et VI. Carmen. Viennae Kaliwoda 1742. 8.

Oratio gratulatoria Josepho e Comitibus a Trautson Archiepiscopo Viennensi, cum Pallio insigniretur, oblata a Collegiis Societatis Jesu in ejus Dioecesi sitis. Viennae id. 1751. fol.

Manuductio ad Historiam Ecclesiasticam ex probatis Autoribus usibus DD. Candidatorum Theologiae collecta. Partes III. Viennae Trattner 1743, 44 et 46. in 8. Ibidem Tomi VI. ad saeculum usque XII. 1753 — 1759. 8.

Oratio gratulatoria Cels. S. R. I. Principi Christophoro Metropoleos Viennensis Archiepiscopo e Comitibus de Migazzi, cum in Basilica D. Stephani Pallio insigniretur. Viennae id. 1757. 8.

Germanice:

Sermo ad Ingressum duarum Sororum Comitum Cavriani in Parthenonem S. Ursulae praesentibus M. Theresia et Francisco Augustis. Viennae id. 1754. fol.

In Msc. reliquit latine:

Historia Ferdinandi II. Rom. Imp. Augusti, Archiducis Austriae etc. ab anno ejus natali 1578. ad annum emortualem 1637. chronologice digesta. Servatur in Bibl. Caes. Reg. Vindobon. Recensionis Schwandtner. Tomo II. num. 1031.

Continuatio Historiae Provinciae Austriacae Societatis Jesu. Servatur ibidem.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

POLITIUS Thomas, Italus patria Anconitanus, origine Cretensis, natus 1583. aet. 17. in Societatem admissus Graecii in Styria Theologiam audiit, et 4 vota professus litteras primum politiores et Philosophiam praelegit. Dein Rector Collegii Goritiensis et Provinciae Praesidis Socius, a Provincia Austriaca ad Congregationem Procuratorum Romam est missus. Subin Concionatorem multis annis Goritiae cum fructu egit, et Concionator Aulicus Imperatricis Eleonorae Ferdinandi II. Viduae, vir summae regularum observantiae et paupertatis tantae, ut praeter Conciones magna sedulitate conscriptas, post mortem ejus nihil reperiretur; pie obiit Viennae 28. Febr. 1645. aet. 62.

Exstant ejus italice:

Concio funebris habita in Parochiali Templo Goritiensi in Exequiis Ferdinandi II. Imperatoris.

Concio funebris altera in ejusdem Exequiis Goritiae a PP. S. J. celebratis.

Concio habita in Ecclesia Parochiali Goritiensi pro Electione et Coronatione Ferdinandi III. in Regem Romanorum.

Omnes tres impressae Tergesti Ant. Turini 1637.

(Sotvell. Propylaeum. Gesta et Scripta Prov. Austr.)

PONGRACZ Stephanus, Hungarus, Andrasfalvae in Provincia Liptoviensi 26. Dec. 1713. natus, et Cassoviae 1735. in Societatem susceptus, 4 vota professus, Philosophiae et Theologiae Doctor, Claudiopoli Philosophiam annis pluribus, Tyrnaviae casus, Jaurini Canones tradidit; ac demum Neosolii Instructor Patrum tertiae probationis pie obiit 17. Nov. 1767. aet. 54.

Edidit latine:

Antidotum universale contra morbos Acatholicorum Hungariae. Tyrnaviae 1733.

Laudatio funebris Gabrielis e Comitibus Patachich de Zajesda, Archiep. Colocensis. Claudiopoli 1746. 12.

(Paintner.)

POSARELLI Joannes Bapt., Italus, Bergami in Statu Veneto natus 1583. aet. 21. Societatem in Provincia Austriaca adiit et 4 vota professus, Philosophiam moralem, Theologiam, cujus Doctor fuit, et Scripturam S. Graecii et Viennae multis annis docuit, Collegium Goritiense rexit, Patres tertiae probationis instruxit. Societatem ingressus, ut Philosophiam salubriorem, seu artem bene moriendi addisceret, in id studium totis 44 annis summa conten-

Digitized by Google

tione incubuit, nullam diem praetermittens, qua non mortis speciali recordatione ad eam se praepararet. Orationi et mortificationi singulariter addictus, post suam ternis Missis quotidie interfuit, preces Canonicas coram Sanctissimo flexis genibus persolvit, et B. V. Mariam singulariter coluit. A Rectoris officio ex obedientia suscepto liberationem a Praeposito Generali iteratis precibus impetravit, pieque obiit hora a se praedicta Goritiae 8. Dec. 1648. aet. 65. Elogium in Scriptoribus Univ. Vien. et in Propylaeo Bibl. Univ. Graec.

Scripsit latine:

Sententiae Philosophicae, Graecii ab Illustrissimo D. Georgio Draskovitzio ipso Praeside disputationi publicae propositae, et in Theses formatae, justae molis volumine editae. 1618.

Quadriga Heroum errantium, sive de quatuor Causis, quibus impediuntur Evangelici, ne fidem Catholicam suscipiant. Coloniae Jo. Kinkii 1631. 8.

Corona Stellarum duodecim, sive de Excellentia Virginis duodenaria, ejusque Imitatione. Viennae Georg. Gelbhaar 1638. 4.

Reliquit etiam 3 Volumina Concionum, Romam pro revisione transmissa, quae tamen morte Autoris typo subtracta sunt.

(Sotvell. Gesta et Scripta Prov. Austr.)

POSCH Georgius, Germanus, 4 vota professus et Theologiae Doctor, Graecii S. Scripturam, Tyrnaviae Canones praelegit, Labaci et Graecii est concionatus, Ferdinandaeo Graecii diu praefuit, ac denique ibidem obiit 9. Jan. 1744.

Edidit latine:

Marsilii Ficini Florentini Philosophi et Oratoris aetate sua celeberrimi Epistolae selectae. Graecii 1706. 12.

(Wittmann.)

POSCH Michael, Germanus, Lincii in Austria 5. Oct. 1685. natus et aet. 15. in Societatem receptus vitam omnem concionibus et exhortationibus Marianis exegit. Concionatus est Clagenfurti, Labaci, Graecii, Viennae, Posonii, Jaurini, Sopronii, Passavii, Leobii annis 19. Viribus debilitatis Congregationi Marianae praefuit Lincii, Passaviae, Posonii, semper simul sedulus Operarius, pupillorum, viduarum et miserorum patronus, ac praecipue studiosae juventutis curator, cujus bono numero sacras Familias ditavit. Demum semestri morbo graviter exercitatus pie obiit Posonii 9. Apr. 1742. aet. 57.

Est ejus germanice:

Panegyricus D. Norberto Plagis in Austria supra Onasum dictus. Lincii. 1736. 4.

Panegyricus S. Francisco. Lincii 1742. 4.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

POSONIENSE COLLEGIUM in Hungaria, ab Emin. S. R. E. Card. et Primate Hungariae Petro Pazmano fundatum, cujus latine:

Symbola cum Lemmatibus proposita in Nativitate Leopoldi II. Archiducis Austriae. Tyrnaviae typ. Acad. 1716. 4.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

POSTEIK Georgius, Hungarus, Bitsae in Comitatu Trenchiniensi 13. Mart. 1697. natus et aet. 20. Societatem ingressus, absolutis studiis vitam omnem concionando slavice diversis in locis exegit, ac demum pie obiit Eperiesini 11. Apr. 1761. aet. 64.

Edidit germanice:

Veritas Fidei Christianae Catholicae. Cassoviae 1752. 8.

Alexipharmacum efficax contra venenatas animi Aegritudines cujusvis hominis Christiani. Ibd. 1757. 12.

In Msc. reliquit; Speculum politicum Christiani Taciti cum Volumine Concionum Dominicalium.

(Paintner.)

PRAESCHERN Joannes Bapt., Germanus, Feldae in Carniolia 30. Martii 1677. natus, et aet. 24. Societati adscriptus 4 vota professus et utriusque facultatis Doctor ob profundam utriusque cognitionem per potissimam vitae partem illam Goritiae, Zagrabiae, Graecii, hanc Goritiae, Passaviae, Viennae et Tyrnaviae docuit, ac demum laboribus fractus Labaci pie obiit 28. Aug. 1735. aet. 68.

Edidit latine:

Janua Philosophiae, seu Controversia dialogistica de intrinsecis corporum genera-

Digitized by Google

lium principiis. Graecii Widm. 1714. 12.
Leges Impossibilium sive Regulae astrologicae de praedictionibus futurorum ad seducendos credulos, ex italico P. Jo. Petri Pinamonti e S. J. Graecii 1715. 8.
Collegit in Tomum Archivum Collegii Labacensis.
Reliquit octo Tractatus Theologicos in scholis dictatos, et pro typo munde descriptos.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

PRANDMILLER Gotthardus, Germanus, Salisburgi in Austria 21. Dec. 1658. natus, aet. 17. Societati aggregatus, et 4 vota professus, felicis venae poeta, et facundus Orator, 20 annis Graecii, Posonii et Viennae, inter haec 13 annis simul in Quadragesima ad populum dixit; ac demum obedientiae per omnem vitam singulare exemplar, pie obiit Cremsii 9. Febr. 1718. aet. 60.

Edidit praeter alia latine:
Societas palliata, seu decem primi Patres Societatis Jesu Theologicis gradibus insignes, elogiis, versibus et symbolis celebrati. Graecii Widm. 1690. 8.
Organum Aristotelis seu Harmonia actionum humanarum super Vitae contextum Innocentii XI. P. M. Graecii 1692. 12.
Mausolaeum Illustrissimae Familiae de Kyenburg. Graecii 1693. 1.
Vindiciae Honoris philosophici calamo satyrico. Graecii 1693. 12.
Magnalia Austriaca. Graecii 1694. fol. Germanice;
Panegyricus D. Domitiano. Viennae Heyinger 1708. 4.
Eidem. Viennae id. 1709. 4.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

PRANDSTETTER Josephus, Germanus, Clagenfurti in Carinthia natus, vir praestantis doctrinae, 4 vota professus et Philosophiae Doctor, Poesim et Rhetoricam Graecii, Lincii Ethicam, Philosophiam omnem triennio Tyrnaviae docuit, unde ad reparandam valetudinem nequidquam Viennam missus pie, etsi praemature obiit 18. Oct. 1720.

Edidit latine:
Caroli Caesares et Archiduces in Augustissimo Caesare Carolo VI. redivivi. Carmen epicum. Graecii Widm. 1715. 12.
Genethliacum Leopoldo Archiduci Austriae, Principi Asturiae, Caroli VI. Magni Primogenito. Graecii id. 1716. 8.
Tabula geographica Regni Hungariae cum partibus recens per arma victricia acquisitis. Tyrnaviae 1719.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Poiatner.)

PRANDTNER Leopoldus, Germanus, Viennae Austriae 13. Julii 1685. natus, aet. 15. Societatem ingressus, 4 vota professus Philosophiae et Theologiae Doctor, Poesim et Rhetoricam Viennae, Philosophiam Lincii et Viennae sexennio, Theologiae diversas partes Graecii, Clagenfurti, Labaci, Viennae annis decem docuit. Judenburgi subinde Rector, demum vir ob singularem prudentiam, eruditionem ac mansuetudinem ab omnibus dilectus et consultus pie obiit Graecii 27. Maji 1758. aet. 73.

Edidit latine:
Graecia Philosophorum et primorum Poetarum patria olim celeberrima, nunc vastata, suis lacrymis expressa. Carmen. Viennae Voigt 1716. 12.
Monumenta Virtutis Austriacae Carolo VI. Rom. Imp. sub ipsum belli exordium de Turcis triumphanti dicata. Viennae id. 1716. 8. c. fig.
Origo et Progressus Philosophiae variarumque illius classium et sectarum. Pars I. de prima gentium priscarum Philosophia. Viennae Schwendiman 1722. 12.
Pars II. de Graeca et Italica Dogmaticorum Philosophia. Viennae id. 1723. 12.
Pars III. et IV. De Academicis aliisque ad nos usque Philosophis. Viennae id. 1723. 12.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

PARXL Franciscus, Germanus, Cremsii in Austria 6. Oct. 1731. natus et aet. 17. Societatem ingressus, absolutis studiis tertio probatus, et 4 vota professus, in Collegio Theresiano Professorem Syntaxeos simulque Concionatorem festivalem biennio egit, eundemque ab anno 1766. Leobii, Clagenfurti, Posonii, Graecii continuavit, et abolito Ordine Cremsium se recepit, ubi sedulum Operarium ad obitum usque egit.

Digitized by Google

Est ejus latine:
Panegyricus D. Francisco Xav. dictus. Tyrnaviae. 1758. 12.

(Paintner.)

PRAY Georgius, Hungarus, Posonii 13. Sept. 1724. natus, aet. 16. Societatem adiit, et 4 vota professus, Poesim Tyrnaviae et in Collegio Theresiano Viennae annis singulis, Jaurini humaniores litteras Repetentes biennio, Budae Controversias et Casus biennio docuit. Ut vero a primis annis Historiam patriam colere coepit, cujus studii prima fundamenta sub celeberrimo Froelichio in Collegio Theresiano jecit, huic etiam Viennae in Domo professa, Albae regalis, Comoromii, ac ab anno 1768. Posonii degens, omnem reliquam vitam impendit, abolito Ordine a M. Theresia Augusta Historiographus Hungariae nominatus, simul Bibliothecae Universitatis Budensis et Typographiae praefectus, in Tabularium Camerae hungaricae aulicae admissus, Abbas infulatus B. V. Mariae de Tormava et Canonicus Magno-Varadiensis, scriptis suis in universo orbe litterato maxima sibi existimatione parta, ex vitio stomachi pie obiit Posonii 1802. aet. 78. Ultimus ejus labor fuit Epitome rerum in Hungaria sub Josepho II., Leopoldo II. et Francisco II. gestarum. — Manuscripta ejus Archidux Palatinus pro mille florenis emit, nam supellectilem suam litterariam jam 1784. Universitatis Budensis Bibliothecae resignavit, libros 2103. et tomos plurimos Diplomatum autographorum et apographorum epistolarum et dissertationum ab Hungaris confectarum. In justis Funebribus ab Universitate Budensi pro eo persolutis Orationem funebrem dixit Leopoldus Schaffrath vulgatam Pestini 8. Recensio Vitae et Scriptorum ejus per Mich. Paintner prodiit cum ejus Syntagmate hist. de Sigillis Regum. Denique Biographia ejus habetur in Scriptura de Tempore de et pro Hungaria Tomo I. 1802.

Opera ejus latina omnia sunt:

De Institutione et Venatu Falconum Libri II. Carmen epicum. Tyrnaviae 1749. 8. Quibus in Theresiano Poesim docens duos alios addidit de Morbis et cura Falconum, adhuc ineditos, Froelichio summe probatos, sed in manibus Cl. Kollavii deperditos.

Annales veteres Hunnorum, Avarum et Hungarorum ab anno ante Christum natum 210. ad annum Christi 997. deducti, et maximam partem ex Orientis Occidentisque rerum Scriptoribus congesti. Partes III. M. Theresiae Aug. dicatae suntibus Com. Lud. Kahoki. Vindobonae Schulz 1761. — 1770. fol.

Epistola responsoria ad Dissertationem apologeticam Jos. Innoc. Desiderii (Benedicti Cetto) Piarum Scholarum, Autoris Commentarii de initiis et majoribus Hungarorum. Tyrnaviae 1762. 8.

Annales Regum Hungariae ab anno 997. ad obitum Ferdinandi I. seu annum 1564. deducti, ac maximam partem ex Scriptoribus coaevis, diplomatibus, tabulis publicis et id genus instrumentis congesti. Partes IV. Vindobonae Trattner, Kaliwoda, Bernardi 1763. — 1770. fol.

Supplementum ad Annales veteres Hunnorum, Avarum et Hungarorum. Tyrnaviae 1764. 8.

Carmen eucharisticum, Benedicto Sajgho, Archi - Abbati, vota solennia renovanti. Tyrnaviae 1767. fol.

Epistola responsoria ad Partem I. Dissertationum Benedicti Cetto S. P. in Annales Prayenses. Tyrnaviae 1768. 8.

Dissertationes Desiderii et Prayi de Origine Hungarorum Tomi III. Colocae et Pestini 1768. — 1771. fol.

Vita S. Elisabethae Viduae et B. Margarithae Virginis, quarum illa Andreae II. haec Belae IV. Hung. regum filia erat, ex Mscptis eruta et illustrata, praeviis dissertationibus. Tyrnaviae 1770. 4.

Dissertatio historico-critica de S. Dextra S. Stephani I. Hung. Regis. Vindobonae 1771. 4. Supplementum dedit Matth. Timon. Ord. S. Pauli. Vacii 1797. 8.

Dissertatio historico-critica de Prioratu Aurianae, in qua origo, progressus et interitus ex monumentis nondum editis compendio explicantur. Viennae. Kurzbeck. 1773. 4.

Dissertationes historico-criticae X. in Annales veteres Hunnorum, Avarum et Hungarorum. Vindobonae Aug. Bernardi 1774. fol.

Digitized by Google

Dissertatio de S. Ladislao Hungarorum Rege. Posonii 1774. 4.

Dissertatio de SS. Salomone Rege et Emerico Duce Hungariae. Posonii 1774. 4.

Supplementa ad Annales Hunnorum, Avarum et Hungarorum. Tyrnaviae 1775. fol.

Specimen Hierarchiae Hungaricae, complectens seriem chronologicam Archiepiscoporum Hungariae, cum rudi Dioecesium delineatione, adjectis, siquae sunt peculiares, praerogativis, ut plurimum ex diplomatibus congestum. Partes II. de Archiepiscopatibus Strigoniensi et Colocensi, eorumque Suffraganeis. Posonii et Cassoviae Landerer 1776.—1779. 8.

Diatriba in Dissertationem de S. Ladislao Rege ab Antonio Ganoczi conscriptam. Accedit Synodus sub Laurentio Archi-Episcopo Strigon. celebrata e Msc. Saeculi XII. et Conscriptio Decimae Pontificiae Vesprimiensis e Msc. Saeculi XIV. Posonii et Cassoviae 1777. 4. — Contra prodiit Dispunctio Antonii Ganoczi Magno-Varadini 1781. 4.

Index Librorum rariorum Bibliothecae Universitatis Regiae Budensis. Tomi II. Budae 1780. et 1781. 8.

Imposturae CXVIII in Dissertatione R. P. Benedicti Cetto C. R. Piarum Scholarum de Sinensium Imposturis detectae et convulsae. Accedunt Epistolae Anecdotae R. P. Augustini Hallerstein S. J. ex China scriptae. Budae 1781. 8.

Jacobo Mariosa (olim e S. J.) Italiam repetenti Propemticon. Colocae 1781. 8. inscio autore editum.

Epistolae exegeticae Georgii Pray, Stephani Katona et Danielis Cornides in dispunctionem Antonii Ganoczi cum Appendicula ord. L. K. Pestiui. 1784. 8.

Taurica Juri Russico a Catharina II. bello et pace asserta. Pestini 1787. 4. Carmen, ob quod ab Autocratrice nummo aureo donatus.

Taurinum auspiciis Josephi II. Augusti recuperatum. Pestini 1789. 4.

Historia Controversiarum de Ritibus Sinicis, ab earum origine ad finem compendio deducta. Praecedente Epistola ad Benedictum Cetto, in qua novae hujus in rebus Sinicis imposturae deteguntur. Budae et Cassoviae Strohmeyer 1789. 8.— Aucta et germanice edita Aug. Vind. Tomis III. 1791. 8.

Reflexiones super declaratione sincera, christiana et patriotica Civis Hungari Catholici ad quaestionem: An sic dicta apostasia inter delicta civilia referenda, occasione Gen. Regni Comitiorum. 1790. 8. sine nomine et loco.

Ad Amicum Augustanae Confessionis amici Catholici de Viennensi et Linciensi Pacificatione Epistolae III. 1790. 8. s. l.

Animadversiones in libellum, cui titulus: Sola salvifica ad trutinam rationis et revelationis expensa, ad rectum revelationis et rationis usum exacta. 1790. 8.

Ad Autorem nullitatis animadversionum (D. Crudi Poson. Superintendentem) in libellum, cui titulus: Sola salvifica ad trutinam rationis et revelationis expensa, ad rectum revelationis et rationis usum exacta Epistolae tres familiares. Pestini 1791. 8.

Historia Regum Hungariae Stirpis Austriacae, cum notitiis praeviis ad cognoscendum veterem Regni statum pertinentibus, in tres partes divisa. Budae 1799. — 1801. 8.

Horszuvaryi (Georgii Pray) Responsio ad Recensionem Novorum Univ. Litter. Jenaensium super libro Georgii Pray: Historia Regum Hungariae stirpis Austriacae. Viennae. 1801. 8.

Syntagma historicum de Sigillis Regum et Reginarum Hungariae pluribusque aliis. Opus posthumum cum 15 tabulis aeneis. Budae 1805. 4. Accedit 1. Vita Autoris et Recensio Operum ejus per. Mich. Paintner. 2. Series Chronologica Cancellariorum et Vicecancellariorum Hungariae. (quae etiam in Scriptura de Tempore pro et de Hungaria Tomo II.) 3. Vetera duo Calendaria Ecclesiae Strigoniensis.

Epistolae Procerum Regni Hungariae ab anno 1490. ad annum 1711. collectae. Tomi III. Viennae et Pestini 1805. et 1806. 8.

Germanice: sub nomine J. G. Prabner:

Sensa a partium studio aliena super Fasciculo I. et II. Mercium hungaricarum 1786. Budae 1786. 8. Concernunt Ka-

Digitized by Google

tonam et Witolam; defectum vetustiorum Historicorum Hungariae, et Bullam Sylvestri.

Animadversiones in Sulzeri Iter litterariсum, in quantum Hungariam concernit, sub nomine Gedeonis Szolga 1783. s. l. 8. cum notis Windischii.

In Msc. reliquit, et quidem Archiduci Palatino vendita:

Acta Comitiorum anni 1524. 25. 26. in 4.

Acta Comitiorum Sopronienсium 1651. 4.

Acta Diactalia, quae in Diario Diactae anno 1790. 91. Budae ac postea Posonii celebratae non reperiuntur, neque typis impressa sunt. fol.

Bethlemi Gabrielis Principatus Transylvaniae, coaevis documentis illustratus. Tomo I. ab an. 1612. ad 1624. Tomo II. ab an. 1624. ad 1631. 4.

Epistolae Procerum Regni Hungariae ab an. 1490. ad 1531. Partes III. 4.

Epistolae Legatorum Galliae Constantinopoli residentium ab an. 1538. ad 1558.

Epitome rerum sub Josepho II. Leopoldi II. et Francisco II. Regibus Hungariae gestarum Autore P. P. M. W.

Conspectus Historiae statisticae Regni Hungariae et provinciarum annexarum.

Diplomatica in usum scholarum Universitatis Pestinensis a Georgio Pray conscripta. 1785.

Brevis Commentatio historica de Initio et Progressu Comitiorum Hungariae a G. P.

Reflexiones aliquot ad nonnulla gravamina et postulata Angeli Pacis de veteri languore Regni Hungariae salvo aliorum judicio conscriptae ab A. B. C. 1790.

De Sigillis Regum et Reginarum Hungariae. Sine figuris, — Solae figurae in Bibliotheca Univ. Pest. continentur emtae 1784.

Protocollum Missilium litterarum Exc. Consilii Regii Locumtenentis Hungarici sub Ferdinando I. Rege an. 1544. post extradatam a Sua Reg. Majestate ad 18. Junii instructionem, ex copia coaeva descriptum.

Miscellaneorum Tomus I. in 4. in quo 1) Variae Epistolae Ludovici II. regis et Joannis Zapolyae. 2) Processus post caedem Fratris Georgii Martinusii, de ejus actis, Ferdinando Rege poscente, per Nuntium Apostolicum Martinengum institutus, in quo variae Epistolae gravis argumenti et testimonia juramento firmata. 3) Diploma instituti per Regem Sigismundum 1404. Ordinis equestris Draconici cum figuris. Variorum item sententiae et observationes de hoc Ordine. 4) Epicrisis mea in libellum: Dissertatio politico-publica de regiae potestatis in Hungaria limitibus 1791. Item: Extractus legum de Statu Ecclesiastico catholico in Hungaria latarum 1792. 5) Janotziana seu Elenchus virorum doctorum, qui olim ex Academia Cracoviensi prodiere, inter quos sunt complures Hungari. 6) Brevis Biographia Antonii Varanici Archiep. Strigoniensis ejusque gestorum et operum recensio.

Miscellaneorum Tomus II. in 4. in quo 1) Diploma Rudolphi Habsburgici, quo testatur, se interfuisse actui, quo Bela IV. Hungariam Friderico II. Imp. obtulerit, titulo Feudi Imperialis an. 1290. 2) Ejusdem Diploma, quo Hungariam filio suo Alberto confert in titulum Feudi Imperialis an. 1290. 3) Decretum Andreae II. an. 1231. quo Nobilibus denuo immunitates confirmat, omissa clausula: resistendi et contradicendi. Ex tabulario vaticano. 4) Decretum Belae IV. an. 1267. quo Nobilibus immunitates confirmat juramento a se et duobus filiis suis praestito. Ex tabulario Archi-Episc. Strigon. 5) Decretum Andreae III. an. 1298. in Comitiis conditum. In Codice Juris patrii desideratur. 6) Decretum Sigismundi Regis an. 1402. quo donationem Hungariae, Jodoco patruo suo prius factam, in Albertum ducem Austriae transfert. 7) Consensus Regni Ordinum Hungariae nominum subscriptione et appensione 112 sigillorum, eodem anno 1402. praestitus de memorata donatione. 8) Decretum Sigismundi an. 1421. quo causas solenniter declarat, ob quas donationem patruo suo factam irritat. 9) Testamentum Sigismundi an. 1421. quo Elisabethae filiae, si alteram adhuc filiam susciperet, liberum relinquit, quodnam ex regnis velit sibi relinquere, sin nullam, omnium regnorum haeredem constituit. 10) Decretum Alberti Regis an. 1439. quod in Codice Juris partim mance editum est. 11) Testa-

Digitized by Google

mentum Annae Reginae, Ludovici II. sororis, et Ferdinandi I. conjugis an. 1532. Oeniponti germanice conditum. 12) Signatura Archivi Rakotziani 1710. per Joannem Keri confecta. 13) Protocollum Rakotzianum continens varias ejusdem ad varios latine et gallice scriptas epistolas. 14) Banderia Ecclesiasticorum in Hungaria, quo numero constituta fuerint. 15) Proventus Regii sub Ludovico II.

Urbem Fluminensem cum suo territorio ad Jus Regni Hungariae non ad Carnioliam pertinere, diplomaticis observationibus jussu Exc. Cons. Regni Hungariae deduxit. G. P. 1792.

Historia Regum Hungariae cum Notitiis praeviis. Partes III. Opus hoc paucis mutatis editum 1801.

Praeterea:

De Judicio Duelli et vario illius modo in Hungaria.

Institutiones grammaticae Repetentibus, quorum Professor erat Jaurini 1758. dictatae.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Vogel Hornyi. De Laca. Denis. BG. Bibl. Sacchen. Teleh. Premel. Paintner.)

PRECHLER Josephus, Germanus, Styrae in Austria 1. Martii 1739. natus, et aet. 18. Societatem ingressus, absolutis in ea studiis, cum uno alteroque anno inferiores classes docuisset, 4 vota professus, Philosophiae Doctor et Baccalaureus Theologiae creatus, pluribus annis Lincii Ministrum in Collegio Nordico egit, et abolito Ordine Parochus in Styria factus,

edidit germanice:

Dialogi de Tolerantia et Invocatione Sanctorum, declamati coram Statibus Austriae Superioris ab alumnis Collegii Nordici. Lincii et Francofurti 1777. 8.

PRECKENFELDT Franciscus, Germanus, Labaci in Carniolia 17. Febr. 1681. natus, et aet. 16. in Societatem cooptatus, 4 vota professus, Philosophiae ac Theologiae Doctor, illam Zagrabiae, Mathesim Tyrnaviae, Cassoviae, Graecii, Theologiam polemicam et moralem Tyrnaviae ac Cassoviae docuit, ac demum Studiorum ac Spiritus praefectus Claudiopoli pie obiit 29. Oct. 1744. aet. 63.

Edidit latine:

Manuale horographicum, in quo omnigena horologia, tam solaria quam lunaria delineandi artificium facili et clara methodo exponitur Pars I. et II. Cassoviae typ. Acad. 1733. et 1734. 12.

Vade mecum piorum adolescentum, sive libellus diversas preces adolescentum pietati fovendae complexus. Claudiopoli. 12. recusus saepius.

Annus Patronorum menstruorum nova forma. Claudiopoli. 12.

Ornata Syntaxis Francisci Wagner aucta. Claudiopoli. 1736. 8.

Phrases Latinitatis e diversis autoribus in usum juventutis collectae. Ibd. 1737. 8.

Lapis lydius cum bono et utili profectu versati in schola poetica adolescentis, sive Index antonomasticarum vocum et phrasium. Ibd. 1737. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Paintner.)

PREISCHAFF Ferdinandus, Germanus, Vildspurgi in Austria Aprili 1627. natus, aet. 15. Societatem ingressus, amoenioribus et gravibus scientiis probe excultus, 4 vota professus, Philosophiae et Theologiae Doctor, Sacerdos Rhetoricam Viennae, Philosophiam Graecii et sacras Leges Tyrnaviae exposuit, pieque obiit Clagenfurti 14. Aug. 1680. aet. 53.

Edidit latine:

Dies Solis, seu lux et splendor Academiae Viennensis, seu Elogia praecipuorum virorum vario Carminum genere. Viennae Matth. Cosmerovii 1654. 8.

Narcissus in candida folia divisus, et amicae gratulationis officio delatus prosa et metro. Graecii Widm. 1658. 12.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

PREMBSEL Sigismundus, Germanus, Labaci in Carniolia 8. Febr. 1690. natus, et aet. 16. Societatem amplexus, 4 vota professus et Philosophiae Doctor, Poesim et Rhetoricam Viennae, Graecii et Lincii, Philosophiam Passavii et Labaci, Theologiam moralem Zagrabiae, Goritiae, Tyrnaviae, Jus sacrum Labaci exposuit, ac demum Minister et Praefectus Spiritus diversis in locis pie obiit Quinque-Ecclesiis 23. Julii 1745. aet. 56.

Digitized by Google

Edidit latine:

Fabula breviter complectens Historiam typographicam. Graecii. Widm. 1721. 8.

Vienna S. Joanni Nepom. devota, beneficiis ditata. Viennae Schwendiman 1724. 8.

Ernestus Ferreus, Styriae Dux, dramate exhibitus. Graecii Widm. 1727. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

PREMLECHNER Ignatius, Germanus, Viennae Austriae 3. Julii 1734. natus, et 1749. Societatem ingressus, ac 4 vota professus, Lincii, Styrae et ad S. Annae Viennae cum laude est concionatus, et sublato Ordine sedulus ad mortem usque Operarius, vir vere pius obiit Viennae 11. Nov. 1805. aet. 71.

Exstant ejus germanice quaedam Conciones.

PREMLECHNER Joannes Bapt., Germanus, Viennae Austriae 1. Oct. 1731. natus, Ignatii frater, et aet. 15. Societati insertus, ac 4 vota professus, vir metro prosaque latina Scriptoribus aureae aetatis merito comparandus, Poesim et Rhetoricam alternatim ab anno 1762. ad obitum usque suum piissimum Viennae docuit, qui contigit 14. Jan. 1789. aet. 58. Durigni Cardinalis ode latina eum decantavit.

Edidit latine:

Ode in Coronatione Josephi I. Viennae 1764. 4.

Idyllium in Nuptiis Josephae Bavarae. ib. 1765. 4.

Prolusiones octo dictae, cum juventus litterarum studiosa praemiis publice donaretur ab an. 1762. ad 1765. ib. 1766. 8.

Ode de Mariae Theresiae Augustae reparata valetudine. ib. 1767. 4.

Ode ad Durignium Legatum Pontif. dum Vienna in Poloniam discederet. ib. 1767. 4.

Carmina. Viennae 1771. 1774. 8.

Josepho Wenceslao Principi Liechtensteinio Panegyricus a duobus discipulis dictus. Viennae Jahn 1772. 8.

Elucubrationes Oratoriae et Poeticae. Viennae 1789. 8.

Germanice:

Epitome Historiae Austriacae a primis Temporibus usque ad annum 1780. Viennae Kurzbeck 1789. 8.

(Mensel.)

PRENNER Franciscus, Germanus, Styrae in Austria 5. Aug. 1716. natus, aet. 17. Societati addictus, et 4 vota professus tredecim annis partim Missionarium apostolicum in Austria et Hungaria egit, partim Catechetam sedulum Viennae, Jaurini et Graecii, ubi praematura morte vir pius sublatus est 3. Jan. 1764. aet. 48.

Edidit latine:

Sermo panegyricus S. Mauritio et Sociis dictus. Viennae Kaliwoda 1744. fol.

Item S. Leopoldo. Viennae id. 1746. fol.

Germanice:

Catechismi historici Continuatio, seu fidei et morum doctrinae ex Exodo. Pars I. a nativitate Moysis ad exitum Israel ex Aegypto. Viennae Kaliwoda 1756. 8.

Diarium vitae pro juventute in usum et solatium parentum et filiorum. Viennae Schilgin 1756. 12.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

PERTELI Ignatius, Hungarus, Cassoviae 14. Aug. 1700. natus, et aet. 17. Societati insertus, 4 vota professus et Philosophiae Doctor, hanc Cassoviae docuit. Dein Budae in Aquaria annis 14 Superior, Operarius diu noctuque impiger, etiam peste infectis inserviit, a qua semel attactu reliquiarum S. Xaverii liberatus, rursus correptus victima charitatis occubuit Budae 10. Sept. 1740. aet. 40.

Edidit latine:

Tibisci Hungariae fluminis notio Vagique pars. Cassoviae typ. Acad. 1735. 12.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

PRILESŽKY Joannes Bapt. Hungarus, Prilessi in Comitatu Trenchiniensi 16. Mart. 1709. natus, et aet. 15. Societati aggregatus, 4 vota professus, Philosophiae ac Theologiae Doctor, vir doctrina non minus quam sanctitate conspicuus, Poesim et Rhetoricam Cassoviae, Philosophiae partes omnes Tyrnaviae quinquennio, Controversias Graecii, Tyrnaviae Scripturam S. tum Theologiam dogmaticam octennio docuit. Cancellarius dein ibidem, Regens Cleri hungarici Viennae in Collegio Pazmaniano et Convictus Tyrnaviensis, Rector Budae, Tyrnaviae et Cassoviae, soluto Ordine Trenchinium se recepit, et apud Patres Piarum

Digitized by Google

scholarum, in quorum Templo, ante Soc. Jesu, anno 1787. Jubilaeum sacerdotale celebravit, pie obiit 1790. aet. 81.

Edidit latine:

Historia Mariana brevi metro concinnata per Elegias XL. Cassoviae 1733. 12.

Ludi poetici. Cassoviae 1733. 12.

Eloquentia pathetica singulares virorum illustrium affectus symbolis exornatos brevibus oratiunculis complexa. Cassoviae 1734. 8.

Acta Sanctorum Hungariae ex Jo. Bollandi S. J. et ejus Continuatorum Operibus excerpta, et prolegomenis ac notis illustrata. Semestre I. et II. Tyrnaviae typ. Acad. 1743. et 1744. 8. sine nomine.

Prolegomena Theologica. Libri II. Viennae Trattner 1761. 8.

Tractatus Theologicus de Deo Uno et Trino. Tyrnaviae 1754. et 1767. 4.

Tractatus de Sacramentis in genere et in specie. Tomi II. Tyrnaviae 1752. et 1765. 4.

Notitia SS. Patrum, qui duobus primis Saeculis floruerunt, Acta et Scripta eorum compendio exhibens. Tyrnaviae 1753. 8.

Acta et Scripta S. Cypriani Archiepiscopi Carthag. in summam redacta et proloquiis ac annotationibus illustrata. Tyrnaviae 1764. fol.

— — S. Theophili Patr. Antioch. et Minucii Felicis similiter. Viennae et Tyrnaviae 1764. 8.

— — S. Irenaei Episcopi Lugdun. et Martyris. Cassoviae 1765. 8.

— — S. Justini Philosophi et Martyris. Cassoviae 1765. 8.

— — SS. Cornelii, Firmiliani, Pontii, et Victorini, Martyrum suo ordine digesta, et annotationibus historico - theologicis illustrata. Cassoviae typ. Acad. 1765. 8.

— — SS. Gregorii Nazianzeni, Dionysii Alexandrini et Methodii Lycii. Cassoviae 1766. 8.

S. Leonis Papae I. cognomento Magni Opera. Partes II. Sermones et Epistolae. Praefationem, Vitam S. Leonis et notas addidit Sacerdos e S. J. Tyrnaviae typ. Acad. 1766. 8.

Quadripartitum Juris consuetudinarii Hungariae Opus. Sopronii 1743. 4.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Horanyi. De Loco. Szechen. Birkenstock. Rittner.)

PROBST Petrus, Germanus, 17. Apr. 1699. natus, Philosophiae Doctor, Societatem accessit Viennae 1718. et 4 vota professus linguam hebraicam Graecii et Viennae in Academia, Graecam Repetentes domesticos, tum Philosophiam Goritiae docuit. Hinc in Saxoniam missus Gynaeceo Reginae Poloniae annis 6 a confessionibus fuit. Redux Viennam, praefectum studiosae juventutis magna charitatis commendatione annis 8 egit, et ibidem pie obiit 19. Febr. 1750. aet. 5.

Edidit latine:

Radices linguae hebraicae in textu biblico frequentius occurrentes et incipientibus magis necessariae. Viennae 1748. 12.

Tabulae grammaticales linguae hebraicae. 4.

Continuavit Mercurium orbis a Stöcklein coeptum, seu litterarum Indicarum Tomi IV. Dimidium, sc. Partem 25. 26. 27. 28. Viennae Kaliwoda 1748. fol. germanice.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

PROVINCIA AUSTRIACA.

Declaratio jurium, quae Societas Jesu in Regno Hungariae et Transylvaniae habet ad bona stabilia possidenda. Viennae 1646. 4. latine.

Josephi I. Regis Apostolici et Archiducis Austriae Lustrum II. qua sago qua toga felix.

Glossa ad Protestationem Patrum S. J. in Ven. Capitulo Strigoniensi 8. Maji 1707. factam, quod in Rakotzianis motibus Tyrnaviam deserere debuerint. s. l. et a. fol. latine.

Posthuma Memoria trium ex Hungarica Societate Jesu Virorum, Adami Fitter, Andr. Sigai et Pauli Kolosvari. Tyrnaviae 1749. 8. latine. Autore P. Franc. Kazy.

Oratio gratulatoria Josepho a Trautson Archiep. Viennensi a Provincia S. J. Austriaca oblata. Viennae 1756. fol. latine.

Brevis notitia Urbis veteris Vindobonae ex variis documentis collecta, Josepho II.

Digitized by Google

Rom. Regi ab Austriaca Societate Jesu oblata. Viennae Trattner 1764. 4. latine. Autore Leopoldo Fischer.

Collectanea ad diversas Scientias a quibusdam Eruditis Austriacis (omnibus e Provincia Austriaca abolitae Soc. Jesu, sc. Car. Scherfer, Max. Hell, Paulo Mako, Ant. Pilgram, Sig. Storchenau, Jos. Ben. Heyrenbach, Jos. Herbert, Franc. Weiss.) Pars I. materiae philosophicae. Viennae Aug. Bernardi 1775. 8.

In Msc. in Bibl. Caes. Vindob. Recens. Schwandtner. Tomo II. servantur latine:

Res gestae et Scripta Virorum Prov. Austr. S. J. ab ejus origine usque ad annum 1764. fol. pag. 488. num. 957.

Collectio Litterarum annuarum seu Relationum rerum gestarum in Provincia Austr. ab anno 1651. ad 1771. Vol. 87. n. 1038.

Consuetudines Provinciae Austr. ab A. R. P. Thyrso Gonzalez Praep. Gen. Romae 14. Nov. 1639. approbatae. fol. p. 5. n. 1042.

Victimae heroicae charitatis Provinciae Austr. h. e. Brevis relatio eorum ex hac Provincia Sociorum, qui per duo saecula obsequio peste affectorum se devoverunt et vel in eo vitam amisere, vel certe amittendae periculo se exposuerunt. 1750. fol. n. 1052. germanice.

Examen Candidatorum Viennae receptorum ab anno 1648. ad 1772. 4. n. 1186. 87. 88.

Tomo III. Annuae litterae annorum 1621. et 1622. num. 2034.

Collectanea ad res Hungariae tam sacras quam profanas spectantia. 1742. fol. pag. 493. n. 1392.

Casus tragicus P. Jacobi Jursa apostatae in Regno Hungariae, in Moravia occisi 1686. pagina 248. n. 14.

Revolutio Statuum Transylvaniae circa res Soc. Jesu. ib. n. 17.

Diversae Litterae hujus Provinciae. pag. 284.

Tomo V. Forma et ratio gubernandi Academias et Studia generalia S. J. in Provincia Austr. num. 3241.

PRUNELLER Christianus, Germanus, Passavii 16. Martii 1651. natus, et act. 15. Societati adscriptus, Praedicatorem et Operarium sedulum Ginsii, Sopronii, Jaurini, ac demum Schurzii tanto fructu egit, ut ad conciones ejus a duobus et tribus milliaribus homines accurrerent, ac ibidem piissime obiit 25. Maji 1703. aet. 52. Edidit Orationes pro Stationibus Passionis Dominicae.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

PRUSZ Joannes Bapt. Croata Merullensis, 1717. in Societatem admissus, absolutis studiis Sacerdos factus, cum Zagrabiae Rhetoricam, et Philosophiam in alterum annum docuisset, etsi infirmae valetudinis diebus a scholis vacuis plebeculam ruri in doctrina Christiana erudiens, ibidem pie obiit 27. Maji 1733.

Edidit latine:

Ars cryptographica noviter ab ipso inventa. Memoria beneficiorum Collegio Zagrabiensi ab anno 1696. praestitorum.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

PUCHBERGER Martinus, Germanus, 4. Aug. 1715. natus, 1733. Agriae in Societatem receptus, 4 vota professus, Philosophiae et Theologiae Doctor, Cassoviae Philosophiam, Jaurini et Budae Controversias, Tyrnaviae S. Scripturam tradidit; Romae Poenitentiarius hungaricus quadriennio, Neosolii Instructor Patrum tertiae probationis, Budae Rector, abolito Ordine obiit Jaurini 24. Oct. 1796. aet. 81.

Edidit latine:

Dissertatio physica de corpore generatim, deque opposito eidem vacuo. Cassoviae 1752. 8.

— — de motu corporum. ib. 1753.

— — de causis motuum in corporibus ib. 1754.

PUECHMAYR Andreas, Germanus, in provinciam Austriacam receptus, audita ab anno 1715. Viennae Theologia, diversis locis pluribus annis concionatus et diversis muniis functus, inter quae biennio Ministrum in Collegio nobilium Theresiano Viennae egit, pie obiit Traunkirchii 7. Maji 1758.

Edidit germanice:

Gualteri Pauli Duacensis e S. J. Iter extaticum animi salientis a mundo, terra, coelo,

Digitized by Google

seipso in Deum et in eo pausantis. Opus metro-rhytmicum, sententiis S. Augustini illustratum, cum Appendice Ser. AA. Leopoldo Gubernatori Belgii inscripta. Neostadii Molitor 1719. 8.

(Wittmann.)

PUETTNER Georgius, Germanus, Austriacus Purkstallensis, natus 1619. aet. 18. Societati insertus, et 4 vota professus, humaniores litteras, Philosophiam, linguam hebraicam, Theologiam moralem biennio, scholasticam sexennio, Jus Canonicum quadriennio in Academia Graecensi docuit, cujus et Doctor, et an. 1674. ab aliquot annis Cancellarius fuit, pieque obiit Millestadii 1686. aet. 67. Elogium ejus in Propylaeo Bibl. Univ. Graec.

Edidit latine:

Dies Gentilitius novo Castore et Pollluce, seu Virtute et Sapientia illustratus. Graecii Widm. 1656. 8.

Maximae Juris celebriores, deductae ex Jure Canonico, Civili, Glossa, illustratae exemplis, rationibus, limitationibus. Graecii Widmanstadii 1666. 8.

(Sotwell. Gesta et Scripta Prov. Austr.)

PUPPIKHOFFER Augustinus, Hungarus Loosiensis, 28. Aug. 1735. natus et aet. 16. Societati insertus Rhetoricam Tyrnaviae et Budae docuit et

edidit latine:

Panegyris D. Francisco Xav. Tyrnaviae. 1761. 12.

(Paintner.)

PURGER (Birger) Bartholomaeus, Germanus, Strasburgi in Carinthia 24. Aug. 1672. natus et aet. 18. Societati aggregatus, 4 vota professus, concionatus est Graecii, Posonii et Schemnizii, ubi simul Superior, vir apprime zelosus pie obiit 8. Nov. 1716. aet. 44.

Edidit Graecii docens latine;

Echo Mariana seu Epistolae responsoriae ad Parthenias Sodalitatis Graecensis Coronae Stellarum XII. Graecii 1698. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

PURGINE Joannes, Hungarus, Tyrnaviae 1721. natus, et 1736. in Societatem receptus, Magister Poesim Tyrnaviae docuit, et ibidem in primum annum Theologiae studens, religiosae perfectionis usquequaque exemplar, piissime obiit 13. Junii 1748. aet. 27.

Edidit latine:

De vi electrica. Carmen didacticum. Tyrnaviae 1746. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

PURGSTALL Albertus, Germanus, Graecii in Styria illustri loco 13. Apr. 1671. natus, et licet cum ipso familia extingueretur, aet. 15. Societatem amplexus, 4 vota professus et utriusque facultatis Doctor, Poesim, Rhetoricam, Philosophiam Viennae, Theologiae diversas partes Graecii et Viennae pluribus annis explicuit. Tum Graecii Seminarii et Convictus septennio Regens, dein per annos 17 in Domo professa Operarium indefessum Nobilium praecipue egit, a domesticis et ab exteris nonnisi vir Sanctus compellatus. Residentiae Marburgensis e patrimonio suo fundator, piissime obiit Viennae 24. Dec. 1744. aet. 73.

Edidit latine:

Ludi poetici Parnassi Viennensis in scenam dati. Viennae Voigt 1702. 8.

Hilaria Rhetorum Viennensium, sive Ludus scenicus elapsis hujus anni feriis generalibus liberali die Jovis Majorum venerationi et amicorum benevolentiae exhibitus. Viennae id. 1703. 8.

Simplicitas rediviva seu Temulentia castigata. Drama. Viennae Cosmerovii. 1706. 12.

Synopsis vitae et doctrinae Confucii 30 gnomis comprehensa. Viennae id. 1706. 12.

Exercitium Academicum Theologicae Polemicae. Graecii Widm. 1708. 8.

Exercitium Academicum Theologiae Polemicae Dissertatione dialoga propositum. Graecii id. 1709. 8.

Exercitium Academicum Scripturisticum de Libro et Prophetia Danielis. Graecii id. 1713. 4.

Theatrum Gloriae Josephi I. Rom. Imp. Oratio funebris ab autore dicta dum Universitas Viennensis in Ecclesia Metropolitana illi parentaret. Viennae Ign. Dom. Voigt 1717. fol.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Vogel.)

Digitized by Google

PURGSTALL Antonius, Germanus, Carniolus, ex illustri prosapia 21. Jul. 1708. ortus, Labaci Rhetor 1727. Societati adscriptus et 4 vota 1744. professus Graecam primum et Hebraeam, tum Tyrnaviae Philosophiam triennalem, Graecii vero ac Viennae Controversias et Casus praelegit, Philosophiae ac Theologiae Doctor. Subin zelo animarum excitatus, Labacum mitti petiit, ubi primum per Carnioliam sexennio Missionarius vagus, et fracta licet saepius valetudine Labaci ab anno 1752. Concionator, Catechista et Operarius indefessus, demum 5. Sept. 1772. piissime obiit.

Est ejus latine:

Oeconomia philosophica ex tribus tomis Mart. Szentivany S. J. collecta. Tyrnaviae 1744. 8.

Recudi curavit:

De vanitate consiliorum, Liber unus Stanislai Lubomirski. Tyrnaviae 1747. 12.

(Bibl. Ther. Paistner.)

PURKHARDT Joannes, Germanus, in Carniolia 5. Nov. 1680. natus, et aet. 18. Societati insertus, 4 vota professus et Philosophiae Doctor, Cassoviae Rhetoricam, Philosophiae ac Theologiae diversas partes Labaci, Clagenfurti et Goritiae pluribus annis docuit, ac demum pie obiit Posonii 23. Aug. 1727. aet. 47.

Edidit latine:

Rhetoricum Triplex causarum genus triplici exemplo illustratum. Cassoviae typ. Acad. 1714. 12.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

PURTSCHER Philippus, Germanus, Viennae Austriae 7. Dec. 1746. natus, et aet. 16. in Societatem receptus, in secundum annum Theologus Viennae, sublato Ordine Sacerdos factus, continuo Viennae Operarium et Concionatorem celebrem tum alibi tum in templo Senatus civici pluribus annis egit, obiitque Viennae in Curia episcopali 1. Dec. 1794. aet. 48.

Est ejus germanice:

Panegyris de S. Joanne Nepom. Viennae 1777. 4.

Panegyris de S. Joanne Nepom. Viennae 1779. 4.

Concio de conjunctione externae Confessionis Religionis cum interna adhaesione ei praestanda. Viennae 1793. 8.

(Wittmann.)

PURULICH Mathias, Croata, Zagrabiae 2. Febr. 1726. natus, Viennae 1742. in Societatem assumtus 4 vota professus et Theologiae Doctor, Philosophiam Zagrabiae, Controversias, Casus, Scripturam S. Graecii, Theologiam dogmaticam Zagrabiae quadriennio tradidit; ac cum eandem Graecii in primum annum docere coepisset, pie obiit 16. Apr. 1768. aet. 42. Vir erat indolis tranquillissimae, adeo ut nemo per vitam omnem esset, cum quo abruptam semel gratiam novare cogeretur.

Exstat ejus latine:

Sermo panegyricus B. V. Mariae sine labe conceptae Viennae ad S. Stephani coram Caesarea Majestate et Senatu Academico dictus. Viennae Kaliwoda 1754. 4.

Dissertatio de Paschate ultimo Christi. Graecii 1768.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Horanyi.)

PUSCH Sigismundus, Germanus, Graecii Styriae metropoli 16. Aug. 1669. natus, et aet. 17. Societatem ingressus, 4 vota professus, Philosophiae et Theologiae Doctor, Mathesim primo tum reliquas Philosophiae partes, ut et Theologiae Viennae et Graecii pluribus annis, in specie Graecii Scripturam S. et Theologiam dogmaticam explanavit; in qua demum Universitate haesit, Cancellarii munere ipsis 14 annis ad obitum usque perfunctus. Vastissimae ejus in omni genere doctrinae monumentum certissimum opera relicta sunt. Peculiari vero simul patriae amore captus Historiam ejus aut ipse condidit, aut materiam amplam aliis reliquit, candore suo et non fucata pietate consecutus, ut arcana scrinia ubique ei liberali manu aperirentur. Demum vir innocentissimus, qui primam gratiae stolam tumulo intulisse est creditus, sancte obiit Graecii 29. Julii 1735. aet. 66.

Edidit latine:

Nummi triumphales Leopoldi, Josephi et Caroli Imp. etc. recenter editi descripti. Viennae Leop. Voigt 1705. 12. c. fig.

Primus Imperii Romani annus Aug. Caesaris Josephi I. fracto calamo adumbratus 10 titulis per elogia. Viennae Schlegel 1706. 8.

Problema gnomonico-geographicum, quomodo horologio solari astronomico orbis

Digitized by Google

terraquei regiones describendae sint, ut index ostendat, quota per reliquas mundi plagas sit hora diei. Graecii Widm. 1707. 4.

Horographia lunaris. Viennae Voigtin. 1708. 4.

Dissertationes Theologicae Jo. Gisberti S. J. ab ipso Praeside in Disputationibus publicis editae. 1712.

Theologia speculativa Tomis VIII. diversis annis edita. Graecii et Aug. Vind. 1715. 1723. et 1736. 8.

Chronologiae Sacrae Ducatus Styriae Pars I. ab origine nascentis Ecclesiae usque ad Ottocarum I. Graecii Widm. 1715.8.

Ejusdem Pars II. ab Ottocaro Duce I. usque ad excessum Leopoldi II. Ducis III. Graecii 1716. 8.

Ejusdem Pars III. ab anno 1150. ad annum 1230. Graecii 1720. 8.

Manuscriptis ejus historicis magna copia relictis usus P. Erasmus Frölich S. J. Adidit aut editionem direxit sequentium Operum:

Diplomatarium Garstense emendatum, auctum, illustratum ex Collectaneis msc. R. P. Sigismundi Pusch S. J. et ex aliis monumentis. Opera Mich. Caroli Comitis ab Althan e Coll. Theres. (dirigente Frölichio.) Viennae Trattner 1754. 4.

Diplomataria sacra Ducatus Styriae. Collegit R. P. Sigismundus Pusch S. J. Edidit R. P. Erasm. Frölich S. J. Voll. II. Viennae Trattner 1756.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Schier. Denis. G. B.)

PUTSCH Joannes, Hungarus, an. 1715. Tyrnaviae Magister Rhetoricam docuit, et cum ibidem Theologiam docuisset, Epericsini triennio et in alterum annum Schemnizii slavice concionatus, ibidem pie obiit 24. Febr. 1726.

Edidit latine:

Topographia agri Tyrnaviensis. Tyrnaviae 1715. 12. Carm. eleg.

(Paintner.)

PUTANGES Joannes, Gallus, ab eloquentiae laude celebris, eam Novodomi tum exteros, tum domesticos docuit, et anno 1605. in Galliam revocatus est. Cum in Provincia Austriaca degeret, dicta ab eo et edita latine:

Concinna Oratio de laudibus defuncti Joachimi Rosensis de Nova Domo postremi familiae. Novae Domi 1604.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

PUZ (Putsch) Joannes Bapt., Germanus, Neostadii in Austria 5. Apr. 1698. natus, et aet. 16. Societati insertus, 4 vota professus, Lincii et Viennae tum in Collegio tum in Domo professa Orator Sacer, Praeses Congregationis civicae ibidem et Lincii, Rector Neostadii, Instructor Patrum tertiae probationis Judenburgi quinquennio, Viennae in Collegio Praefectus spiritus, demum pie obiit Neostadii 31. Julii 1765. aet. 67.

Exstat ejus latine:

Hypotiposis Tyrnaviensis. Tyrnaviae 1715. 12.

Topographia agri Tyrnaviensis. Carmen elegiacum. Ibid. 1715.

Panegyricus S. Augustino in Templo S. Floriani Can. Regularium dictus. Impressus Lincii Feichtinger 1730. 4.

Germanice:

Panegyricus S. Joanni Nepom. dictus Ischlii. Lincii 1731. 4.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Paintner.)

QUADRI Benedictus, Doctor et Professor Philosophiae in Universitate Vindobonensi,

edidit latine:

Epigrammata varia. Viennae Cosmerov. 1695. 8.

(Ossolinski.)

QUERCK Ignatius, Germanus, Wolfaci in Suevia 22. Jan. 1660. natus, absoluta aet. 20. Philosophia, heroico facto, obsequio scilicet peste afflatis e Societate Jesu praestito, portam sibi ad eam in Provincia Austriaca aperuit, fervoreque in ty-

Digitized by Google

rocinio exhibito prodidit, quantam virtutem consecuturus esset. Traditis humanioribus litteris, et Theologiae quadriennio impenso, quatuor vota professus et utriusque Facultatis Doctor creatus, Ethicam et Philosophiam quinquennio, Theologiam moralem anno uno Viennae docuit. Socius dein Magistri Novitiorum ibidem, Minister Graecii, Judenburgi Rector et Instructor Patrum tertiae probationis triennio fuit. Missiones tum sacras in Styria et Austria superiore annis omnino 30 continuis obivit, fractisque jam viribus Viennae Praefectus spiritus in suburbio adhuc excurrit, rudi plebeculae Doctrinam christianam expositurus. Incredibile vero est, quos quantosque labores toto illo Missionum suarum tempore exantlarit, quam duram simul et austeram vitam duxerit, quot incommoda, adversa et vitae etiam pericula animarum lucrandarum causa subierit. Dominicos Festosque dies totos in Ecclesia nunc confessiones, etiam generales excipiendo, nunc concionando aut Doctrinam christianam exponendo, nunc praeorando et praecinendo transegit. Concionatus est autem etiam ter quaterque in die, adeo ut anno uno millies ac etiam sesquimillies ad confluentem populum dixerit. Ad hos labores accessit asperrima vita. Somnum nonnisi humi aut in scamno, cumque brevissimum cepit. Coenam numquam, pro prandio panis rancidi aut casei frustum, fabes, raro legumina aut pulmentum, pro potu nonnisi frigidam sumsit. Itinere in hyeme ut in aestate pedes et sarcinis suis onustus, ingravescente etiam jam aetate perfecit, et necessitate urgente tanta celeritate, ut quinque mensium spatio centum septuaginta millia passuum et amplius confecisse notatus sit. Nullum incommodum aut periculum fugit, cum de salute vel unius animae ageretur. Irrisiones, calumnias, opprobria, verbera, vulnera invicta tulit patientia. In tenebris noctis per ignotas vias, praeruptos montes et abruptas valles reptavit, alias ab equis raptatus, alias a Lutheri asseclis jam in profluentem praeceps agendus fuit. Taceo virtutes reliquas, quarum plures heroico in gradu possedit, ardentem cumprimis Dei amorem, et intimam cum eo per continuum orationis studium conjunctionem. Patientiam vero, ut toto vitae apostolicae suae cursu, postremis maxime annis ostendit, quibus plures morbos et dolores per eos causatos, manus praesertim vulnus, quod alieni oculi non sustinuerunt, sine ullo doloris signo pertulit, et vermiculos ex eo deciduos sollicite levavit, locoque suo reposuit. His demum ad extrema deductus, in Domo Annaea sanctam vitam sancta morte conclusit 21. Nov. 1743. aet. 83., in vita et post mortem omnium voce et opinione sanctus habitus; nec pauca mira referuntur ab eo tum in vita tum post mortem patrata. In Missionibus suis non semel eodem tempore diversis in locis visus est. Certe maximi viri eum normam religiosae aeque ac apostolicae vitae praedicarunt, et P. Franciscus Dolfin, qui ejus Socius in Missionibus fuit, summa semper reverentia de eo locutus est. Senex jussus a Provinciae Praeside vitam suam conscribere, ad litteram quidem obtemperavit, finitam tamen in ignem conjecit. Novitios ei inservientes persaepe est exhortatus, ut de solida sibi firmaque virtute providerent; ventura enim mox tempora, quibus ea opus habituri, tempora magnae tribulationis, quibus absque solida virtute succumbent, quibus gaudebunt, si quis micas eis de mensa deciduas suppeditarit, et sanguis a capitibus eorum defluet.

Edidit latine:

Apostolicus Religionis Catholicae per Austriam reliquamque Germaniam Propugnator Petrus Canisius S. J., SS. Theologiae Doctor, ejusdemque in Univ. Vienn. quondam Professor et Decanus historico descriptus stylo R. P. Matthaei Raderi et anno saeculari ab obitu ejusdem in Applausum Academicum dedicatus Ephebis C. R. Majestatis Philosophiae Baccalaureis per Ign. Querck S. J. Profess. Philosophiae. Viennae 1697. 12.

Philosophiae universae Conclusiones adjectis Ethicis, Politicis et Historicis Prolusionibus exornatae. Viennae Leop. Voigt 1698. 8.

Acta S. Ignatii Lojolae symbolis ac versibus (iisque elegantissimis) exornata. Viennae Voigt 1698. 8. c. fig.

Annus sanctus, seu Calendarium Petrinorum Sacerdotale, continens in singulos dies distributa Nomina Sanctorum, Bea-

Digitized by Google

torum ac Venerabilium Presbyterorum non Pontificum. Viennae Heyinger 1723. fol.

Imago B. Parochi, seu Acta B. Petri Forrerii. Viennae Schwendimann 1731. 8. summa cum aviditate per omnes provincius distracta. Recusa in Dioecesi Tullensi in Lotharingia cum Elogio Autoris.

Informatio de Archi-Confraternitate Romana Doctrinae Christianae et Passaviensi cum Observationibus in Bullam Pauli V. 1601. Item:

Observationes de eadem cum Elogio A. R. D. Sauter, Parochi in Fischament, insignis zelatoris doctrinae christianae et primi Fundatoris Bibliothecae catecheticae ad S. Annae. Passavii 1731.

Puncta quaedam Ven. Clero curam animarum habenti per Archidioecesim Viennensem de promovenda Doctrina Christiana.

Meditationes octo pro quadriduana spiritus recollectione et S. Quadragesimae tempori accomodata. Viennae Heyinger 1726. 8.

Considerationes de Vita D. N. J. C. cum reflexionibus ad vitam praeteritam, praesentem et futuram christiani Sacerdotis.

Germanice:

Vita S. Severini Abbatis, Apostoli Noricorum e latino, addita pia in Sanctum hunc devotionis formula. Viennae 1728. et 1744. 8.

Decimum septimum Saeculum Catholicorum oppositum secundo Sectae Lutheranae. Viennae Schwendiman 1733. 8.

An et quid metuendum ex eo, quando Marcus Pascha dabit, versu germanico, quo vanum oraculum refellit, annum quo Pascha in Festum S. Marci incidet, inauspicatum fore. Viennae. Dispersa brevi tempore ad 12 millia exemplarium.

Apologia pro Societate Jesu, qua ostenditur, malum haereseos circa Traunkirchienses paroecias erumpens negligentiae Jesuitarum imputari non posse. 1734.

Catechismus.

Cantilenae pro festis totius annis. Viennae ex Bibl. Catechet. 8. Aliae aliis occasionibus, in quibus pangendis mira gaudebat facilitate, summo cum fructu sparsae.

Denique in Gazophylacio Annaeo servatae sunt innumerae schedae latino sermone manu ejus scriptae, et materias fere asceticas continentes, quas P. Antonius Eglauer, cum Novitius ibidem esset, descripsit, in 4 partes tomulo uno in octavo collegit, et in Domo Annaea reliquit, quo Novitii usi sunt, ne Autographa nimium tererentur.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Feller)

QUINQUE-ECCLESIENSE COLLEGIUM an. 1694. a Comite Georgio Szechenyi Archiepiscopo Strigoniensi fundatum.

Poemata, quae Georgio Klimo Episcopo Quinque-Ecclesiensi in grati animi significationem obtulit Gymnasium ob donatum ab eo studiosae juventuti xenium litterarium, ineunte anno 1777. voluntate ejusdem Praesulis publici juris facta. (Xenium erat Franc. Sacchini S. J. Libellus de ratione libros cum utilitate legendi, et Oratio de cavenda moribus noxia lectione. E Carminibus erat Encomium Georgii Faicser S. J.)

(Paisiner.)

RAAB Stephanus, Hungarus, Jaurini 12. Oct. 1686. natus, Societati se adjunxit aet. 17., et 4 vota professus ac Philosophiae Doctor, Tyrnaviae Poesim, Mathesim ac Philosophiam, Agriae Polemicam ac Moralem docuit. Tum quadriennio Romae ad S. Petri Poenitentiarius Hungaricus, et quadriennio altero Substitutus Assistentis Germaniae ac redux triennio R. P. Provinciae Praesidi ab epistolis fuit; deinde Posonii Rector, Budae demum pie obiit 24. Oct. 1757. aet. 71. Erat P. Stephanus Provin-

Digitized by Google

ciae insigne ornamentum et consummatum virtutum omnium exemplar.

Edidit latine:

Hungarides. Epistolae et Elegiae. Tyrnaviae typ. Acad. 1714. 12.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

RACHENBERGER Mathias, Germanus, Passaviae 1715. in provinciam Austriacam receptus, sacerdos factus, Belgradi Poesim et Rhetoricam, Zagrabiae Philosophiam triennio docuit. Tum Sociis Petrowaradini et Strigonii praefuit et Belgradi Superiorem castrensem egit, unde Graecium translatus, cum in arce in alterum annum captivis pro concione dixisset, ibidem pio obiit 5. Apr. 1742.

Est ejus latine:

Mariano Conceptui summa Pontificum autoritate sacra dies, certum Innocentiae nunquam nativa labe inquinatae argumentum. Tyrnaviae 1726. 4.

Panegyricus S. Ignatio de Lojola. Ibid. 1726. 12.

(Paintner.)

RACHER Franciscus Xaver., Hungarus, Halbturni 8. Jun. 1730. natus, et aet. 16. Lincii in Societatem receptus, 4 vota professus, Clagenfurti primum et Goritiae Mathesim, tum Physicam Lincii ab anno 1767. abolito etiam Ordine usque ad obitum suum tradidit, ubi se cumprimis celebrem erectione novi Musaei Mechanici et Physici fecit, quod ob selectum nitorem, opulentiam et praestantiam machinarum et instrumentorum, quae paucis impensis, suo etiam peculio non parcens, perfecit, omnibus etiam peregrinis admirationi fuit; titulo Canonici Lincensis ultimis annis honoratus, cum pede affecto lecto affixus Physicam domi traderet. Obiit 7. Oct. 1800. aet. 70.

Est ejus germanice:

Sermo in restauratione studiorum. Lincii 1786. 4.

RACKENSPERGER Leopoldus, Germanus, Viennae Austriae 15. Nov. 1662 natus, et aet. 16. Societatem ingressus, 4 vota professus et Philosophiae Doctor, Poesim Graecii, Oratoriam Tyrnaviae, Philosophiam Clagenfurti, Goritiae, Tyrnaviae, Theologiam moralem Passavii, Clagenfurti, Zagrabiae, Jus Pontificium Labaci, universim annis 16 docuit. Hinc in Hispaniam cum Carolo Rege profectus, Curionum castrensium Praesidem egregia laude triennio egit; at laboribus fractus in castris ad fluvium Pincam pie decessit 15. Aug. 1710. aet. 48.

Edidit:

Exercitationes oratoriae. Tyrnaviae 1693. 8. latine.

Panegyris Carolo V. Lotharingo Serenissimo Exercitus Austriaci Duci. Graecii Widm. 1688. 8. Carmine germanico.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Paintner.)

RADITS Antonius, Hungarus, nobili genere Keserii 12. Nov. 1726. natus, et 1746 in Societatem susceptus, 4 vota professus, Philosophiae et Theologiae Doctor, Tyrnaviae Mathesim, Budae Philosophiam biennalem, Tyrnaviae rursus Historiam Sacram et profanam et Controversias docuit ad annum usque 1769. quo Societatem deseruit.

Edidit latine:

Oratio de SS. Virginis illibato Conceptu. Tyrnaviae. 1758. 4.

Panegyricus D. Ignatio de Lojola. Ibd. 1759. 12.

Principia Boscovichii singulari Tractatu illustrata. Budae 1765. 4.

Philosophia, in usum auditorum in tres partes Logicam, Methaphysicam Theoriae Boschovicianae accomodatam tributa. Budae 1766. 1768. 8. c. fig.

(Cat. Bud. 1799. Paintner.)

RADITSCHNIGG Joannes, Germanus, Eberndorfii in Carinthia 21. Junii 1681. natus, et aet. 16. Societati adlectus, 4 vota professus, et Philosophiae Doctor, Rhetoricam Graecii Viennae et Clagenfurti, Repetentes vero quadriennio docuit, tanta versus vel extemporanee pangendi facilitate praeditus, ut ducentos etiam in dies optimae notae funderet. Dein Praefectus inferiorum scholarum Graecii et Viennae, et aliis muneribus perfunctus, grandaevus jam pro negata sibi Missione Indica Missiones per Carinthiam et Onasi vallem in Styria octennio summos inter labores et molestias

Digitized by Google

obivit; vir semper cum Deo conjunctus, et tam asperae vitae, ut praeter vini, somni ac usitatae mensae continuam abstinentiam voto se obligarit, certi generis naevos leves licet diutina et severa flagellatione expiandi. Obiit demum vir sanctus Viennae ad S. Annae 5. Junii 1748. aet. 67.

Edidit latine:

Pietas laureata fidei et innocentiae victrix in Carolo M. orbi scenice exhibita. Graecii Widm. 1712. 12.

Poema de auspicatissimo ab Hispanis Reditu Augustissimae Imperatricis Elisabethae Christinae. Viennae Voigt 1713. 8.

Suada homagium laureatae Sapientiae depensum ritu annuo. Viennae 1713. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

RAFFESEDER Gasparus, Germanus, Viennae 11. Dec. 1739. natus, aet. 16. Societati adscriptus et 4 vota professus, Posonii Concionator in Ecclesia Collegiata ad S. Martini haesit, ac demum Beneficiatus in hospitali civico apoplexia dudum ictus pie obiit 22. Aug. 1809. aet. 70.

Ejus est germanice:

Sermo de Redemptione captivorum Christianorum, cum neoredemti ab Ordine S. S. Trinitatis Posonii solemniter introducerentur. Posonii 1777. 4.

RAICHARDT Michael, Hungarus, ad S. Nicolai pago prope Jaurinum 1704. natus, et aet. 18. Societati insertus, absolutis cum laude studiis, cum Trenchinii Poesim et Oratoriam docere coepisset, affecta valetudine, lenta tabe consumtus est 1. Maji 1737. aet. 33.

Edidit Magister Poesim docens latine:

Natales poetici Civitatis Unguarinensis, metro eleg. Cassoviae typ. Acad. 1721. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

RAICSANI Georgius, Hungarus, Barsiensis, pervetusta genere 8. Sept. 1670. natus, et aet. 17. in Societatem receptus 4 vota professus, Philosophiae et Theologiae Doctor, utramque Tyrnaviae annis pluribus, et quidem Theologiam usque ad annum 1723. docuit, a quo ibidem Regens Rubrorum, ac dein Collegii Rector, tum Cassoviae Cancellarius, ac denique Collegii Claudiopolitani Rector fuit. Instruxit jam ante Patres tertiae probationis, ac per plures annos Romae in Basilica SS. Apostolorum Poenitentiarium Hungaricum egit. Arsit miro animarum zelo, quarum saluti ut amplius serviret, praeter linguam hungaricam, italicam, gallicam et hispanicam addidicit, et Tyrnaviae Rector Bozokinenses colonos nutantes in fide catholica confirmavit. Gubernaculum quodcumque tenens ubique suorum exemplar severam disciplinae exactionem mira suavitate condivit. Supremis vitae annis per Superiorem Hungariam et Daciam Visitatoris munus singulari prudentia, aequitate et charitate obivit ac denique simul Claudiopoli Rector pie obiit Nasharhelyni 5. Junii 1734. aet. 64.

Edidit latine:

Harmonia philosophica seu Principia quaedam verae Philosophiae. Tyrnaviae 1706. 12.

Laurus tuta a fulmine seu Consignatio sui in divinam providentiam ex principiis Philosophiae sanctioris potissimum desumta. Tyrnaviae 1707. 12.

Somnium philosophicum repraesentans tabulam Cebetis Philosophi Platonici et Enchiridion Epicteti Philosophi Stoici. Tyrnaviae 1707. 12.

Tyrnavia nascens, seu Bela II. Rex Hungariae cognomento Caecus, Tyrnaviae Conditor. 8.

Tyrnavia crescens, sive Quinque Hungariae Antistitum de Urbe hac Academica litterisque praecipue meritorum gloriosa memoria sermone panegyrico celebrata. Tyrnaviae typ. Acad. 1707. 12.

Ars recte philosophandi seu vitam ex praescripto rationis moderandi, desumta potissimum ex Dialogis Francisci Petrarcha de remediis utriusque fortunae. Tyrnaviae 1707. 8.

Colloquium Sphyngis cum Oedipo. Carmen. Tyrnaviae 1709. 12.

Conclusiones scientiae practicae, quas tam in rebus adversis quam prosperis recta dictat ratio, ex Petrarcha potissimum desumtae. Tyrnaviae. typ. Acad. 1718. 8.

Bellum contra hostes capitales animae, seu Arma spiritualia et media contra 7 Pec-

Digitized by Google

cata capitalia. Tyrnaviae 1720. 8. Recusum saepius.

Dictiones plures.

De Bissonis regni Hungariae eorumque Comitibus Commentariolus Posonii. 1757. 4.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Horanyi. Szechen. Paintner.)

RAICSANI Joannes, Georgii Frater, Hungarus, Nitriae 23. Junii 1671. natus, aet. 17. Societati se mancipavit, et 4 vota professus, utriusque Facultatis lauream obtinuit. Ad ingenii ejus praestantiam aestimandam sat est nosse, eum Mathesim nullo duce tanto progressu edidicisse, ut eandem alios e Sociis doceret. Missione Indica nequidquam petita, cum Philosophiam aeque ac Theologiam tradidisset, difficillimis temporibus diversas domos summa et prudentia et charitate rexit. Tyrnaviae ac Cassoviae Regens Convictus et Seminarii, precario stipem e potentioribus congessit, ut curae suae creditos juvenes aleret. Claudiopoli Rector, fame simul et peste grassante, non solum mira liberalitate egentium et infirmorum miseriam sublevavit, sed animarum etiam et praecipuam quidem curam gessit. Neque vero Operarius solum indefessus in S. Tribunali ad mortem usque fuit, sed etiam plura Opuscula de rebus Fidei controversis edidit, plurium haereticorum reductione probata. Denique etiam Claudiopoli Rector, magnifici Templi in honorem SS. Trinitatis, aeterni de subacta Arii haeresi trophaei futuri, fundamenta 12. Mart. 1718. jecit, qua eadem die post annos 15 anno sc. 1733. aet. 64. meritorum plenus Tyrnaviae vivere desiit. Inter Opuscula illa, latina quidem sunt:

De vera et falsa Fidei regula, in quo ostenditur, nihil posse Fide divina credi, nihil in rebus controversis, decidi nisi ad Ecclesiae sensum et traditionem recurratur. Cassoviae 1723. 8. Tyrnaviae 1731. 8.

Peregrinus Catholicus de peregrina Unitaria Religione discurrens. Cassoviae 1726. 8.

Signa Ecclesiae, seu Via facilis in notitiam Ecclesiae Christi veniendi. Cassoviae 1728. 8.

Viator christianus ad Coelestem patriam per Exercitia spiritualia directus. Tyrnaviae 1729. 8.

Fides salutaris soli Religioni Romano-Catholicae propria, seu Demonstratio, a nemine posse elici actum salutarem Fidei extra Religionem Romano-Catholicam. Tyrnaviae 1731. 8.

Itinerarium Athei ad Veritatis viam deducti, in quo Atheizantium objectae nebulae lucidissimo veritatis sole dispergunturi. Viennae 1704. 12. Tyrnaviae 1737. 12.

Commenta adversus Sanctam Romano-Catholicam Ecclesiam pridem ab aliis detecta, denuo exposita et refutata. Cassoviae 1745. 12.

Ad protestationem Patrum S. J. in Ven. Capitulo Strigon. 8. Maji 1707. facta Glossa. 8.

Hungarica:

Lapis lydius verae et falsae Religionis; absque decisione sc. S. Matris Ecclesiae et Traditionis nihil statui posse. Tyrnaviae 1724. 8.

De Unitariorum religione ratiocinans Catholicus e latino per Steph. Mihaltz. Claudiopoli. 1773. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Horanyi. Szechen. Paintner.)

RAICSANI Stephanus, Hungarus, 7. Junii 1699. natus et aet. 17. in Societatem receptus, per omnem vitam in diversis Hungariae locis partim Operarium catecheticum partim scholarum inferiorum professorem egit, et abolito Ordine obiit.

Edidit Magister Poesim docens latine:

Apollo Philosophus Ethices praeceptis venientem ad Parnassum Poetam erudiens. Partes II. Cassoviae typ. Acad. 1726. 8. Carm. Eleg.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

RAIN Ferdinandus, Germanus, in Carniolia 14. Sept. 1675. natus, et aet. 18. Societati adnumeratus, Philosophiae Doctor, Graecii Poesim et Rhetoricam, Philosophiae ac Theologiae diversas partes variis in locis annis 19. docuit, ac demum pie decessit Passavii 16. Martii 1742. aet. 67.

Edidit latine:

Lauri Triumphales, seu Principes Victoriae bello hoc gallico de hostibus feliciter relatae. Carmine heroico. Graecii Widm. 1708.

Digitized by Google

Coronata paterni furoris victima in Henrico Caesare Friderici II. filios, scenice repraesentata. Graecii. 1709. versu jambico.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

RAIN Ignatius, L. B. de, Flumine in Istria 13. Febr. 1737. natus, et Viennae 1752. e Collegio Nobilium Theresiano in Societatem receptus, 4 vota professus et Philosophiae Doctor, Praefectus primo in Collegio Theresiano, tum anno 1770. Socius substitutus in Specula Astronomica, Lincii dein Professor Matheseos et rationum camerariarum; soluto Ordine

edidit cum Franc. Güsmann Ephemerides Viennenses pro 1776. dirigente Max. Hell. Viennae. 1776. 8.

RAINER Fridericus, Germanus, Mureggi in Styria 6. Oct. 1619. natus, et aet. 18. Societati adscriptus, 4 vota professus, Theologiam moralem et Polemicam tum alibi tum Lincii diu docuit. Exercitum Caesareum Sacer Curio in Saxoniam est comitatus, ac demum pie obiit Lincii 27. Nov. 1683. aet. 64.

Edidit latine:

Rosa coronaria Marianis elogiis combinata. Graecii 1658. 12.

Reliquit Controversias fidei magna eruditione conscriptas, et jam pro typo approbatas.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

RAINER Georgius, Germanus, Viennae Austriae 12. Febr. 1646. natus et aet. 15. Societatem ingressus, 4 vota professus, Verbum Dei 26 annis tanta sui commendatione praedicavit, ut in Aula Eleonorae Ferdinandi III. Caesaris viduae munus hoc ad obitum ejus usque propria sibi contentione et libertate prosequeretur, a quo Tempore 17 annis Praeses Congregationum Marianarum et Operarius ad mortem usque indefessus pie obiit Styrae 17. Febr. 1703. aet. 57.

Edidit tacito nomine plures pios libellos ad fovendam Sodalium Marianorum pietatem.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

RAINIS (Reinisch) Josephus, Hungarus, Ginsii 14. Junii 1741. natus, et aet. 17. in Societatem receptus, soluto Ordine jam Sacerdos, subin 88. Theologiae Baccalaureus, in Academia Jaurinensi, ab Episcopo evocatus Mathesim tradidit, ac dein Cohortatoris munere functus semperque summum studium non linguae solum sed et Poesi patriae excolendae impendens, demum obiit 1812.

Edidit latine:

Applausus poeticus festis honoribus Cels. ac Rev. S. R. I. Principis Francisci Barkotzi oblatus Strigonii. Budae 1761. fol.

Oratio de illibato Mariae Virginis Conceptu. Tyrnaviae 1769. 4.

Odae tres occasione sperati adventus M. Theresiae Augustae ad Civitatem Tyrnaviensem. Ibd. 1769.

Oratio de S. Ignatio Facultatis Theologicae Patrono. Tyrnaviae 1770.

Oratio, qua Autor, Praeses Congregationis majoris Marianae, defuncto ejusdem Rectori Episcopo Francisco e Comitibus de Zichy parentavit. Jaurini 1783.

Perfecta Quadratura Circuli, quam e verorum numerorum proprietatibus eruit ac demonstravit. Jaurini. Streibig. 1794. 4.

Confutatio Observationum Austriacarum de super factarum s. l. et a. 8. germanice.

Hungarice:

Ode sapphica Episcopo Jaurinensi Franc. Com. Zichy. Jaurini 1774.

Carmen pastorale Ill. D. Neo-Episcopo Joanni Szily oblatum. Jaurini 1775.

Manuductio ad Hungaricum Heliconem, seu Hungaricae Versificationis exempla et regulae. Posonii 1781. 8.

Bucolica Virgilii et Apologia galeata eleganti versu hungarico reddita. Posonii 1789. 8.

Appendix, qua Autor judicium suum de Musaeo Hungarico Cassoviensi, praecipue vero de Regulis versionis in hoc Musaeo contentae manifestat. Posonii 1789.

(Jen. All. Litt. Zeit. 1794. Bibl. Sacchen. Paimlner.)

RATKAI Joannes, ex antiquissima Croatica gente ante Baronum nunc Comitum, Ephebus Leopoldi I. Rom Imp. e Provincia Austriaca, in quam receptus, abiit Missionarius in Americam Septentrionalem ubi veneno, ut quidam volunt, sublatus;

cujus:

Digitized by Google

Epistola ad R. P. Nicolaum Avancinum Praep. Prov. Austr. Mexico 16. Nov. 1680. qua iter suum Gadibus, ubi naufragium passus, Mexicum usque Regni metropolim describit. — germanice in Stöcklein Mercurio P. I. n. 28.

Epistola ad eundem ex Novo Mexico 25. Febr. 1681. qua iter suum Mexico eo usque, Missionem apud illos populos, et Cometae cursum describit. — Ibid. n. 29.

RATTKAI Nicolaus, Hungarus, Thurociensis, decennio in Dacia summos inter labores egregius Operarius et disciplinae religiosae exactus observator, pie obiit Trenchini 15. Sept. 1689.

Edidit slavonice libellum Controversiarum.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

RAUCH Ignatius, Hungarus, natus Comaromii, et 1757. in Societatem Trenchinii receptus, absolutis studiis Sacerdos factus et tertio probatus, Tyrnaviae in Convictu biennio Praefectum et Professorem Architecturae civilis et militaris ac linguae germanicae egit, et soluto Ordine Parochus Neosoliensis fuit, obiit 1799.

cujus germanice:

Panegyris de S. Aloysio Neosolii habita. Tyrnaviae 1782. 4.

Conciones 88. pro festo Teophoriae habitae in Paroecia. Neosolii 1789. 8.

(Bibl. Szechen.)

RAUSCH Franciscus de Traubenburg S. R. I. Eques, Germanus, in Prelenkirchen Austriae vico in confiniis Hungariae 13. Sept. 1743. natus, et 1771. Societatem ingressus, et absolutis studiis Sacerdos factus, ultimo ante solutionem Ordinis anno in Collegio Nobilium Theresiano Viennae Architecturae civilis et militaris Professor, soluto autem Ordine in Universitate Budensi Doctor Philosophiae et Matheseos practicae Professor, dein Abbas infulatus S. Demetrii de Sirmio, Canonicus Posoniensis, Consiliarius Regius et in districtu Jaurinensi Superior studiorum Director regius, obiit ibidem apoplexia ictus 26. Jan. 1816. aet. 73.

Edidit latine:

Elementa Architecturae ad structuras oeconomicas applicatae. Budae 1779. 8. c. fig. et rursus in usum Academiarum Hungariae. 1799. 8.

Mathesis practica. Partes II. Posonii 1788. c. fig. germanice ibd. 1788.

Geometria practica in usum Geometrarum Regni Hungariae. Budae 1796. 8. c. fig.

Arithmetica. Pestini 1797. 8.

Compendium Geometriae subterraneae. Budae 1797. 8. c. fig.

Compendium hydrotechnicum. Budae 1797. 8. c. fig.

Descriptio brevis construendae Fornacis, quae calorem pro arbitrio temperandum cum lignorum compendio admittit. Tyrnaviae 1797. 8. c. fig.

Idea specularium Munimentorum breviter adumbrata. Tyrnaviae 1797. 8 c. fig.

(Cat. Bud. 1799. Bibl. Szechen. Paintner.)

RAUSCHER Antonius, Germanus, Clagenfurti 1721. in Provinciam Austriacam receptus, vix Sacerdos factus 1733. in Indiam orientalem abiit, et Missionarius indefessus in Philippinis usque ad annum 1779. redux Clagenfurti Confessarius domus, soluto Ordine meritorum plenus pie obiit.

Sunt ejus:

Epistolae IV ad PP. Leopoldum Herberstein et Franc. Xav. Staber e S. J., Fratrem Antonium et Sororem Barbaram Monialem, Manila 17. Jul. 1743. et ex Missione Taytay 10. et 16. Dec. 1750. quibus Manilae incolas et suam ad Taytayos missionem describit. — Stöcklein P. XXXIII. n. 665.

RAUSCHER Joannes Bapt., Germanus, Rosenbaci in Carinthia 14. Jan. 1748. natus, et aet. 16. Societati adscriptus, Theologus in primum annum Viennae, cum tolleretur Ordo, dein Sacerdos saecularis factus, partim Viennae partim Augustae commoratus, zelo Gloriae Dei et animarum salutis aestuans, cui novissimorum temporum cursus multum nutrimenti dedit, demum in Russiam albam concessit, ubi professione facta, ut erat affectae semper valetudinis, aurae acerbitate brevi consumtus pie obiit Polozae 14. Febr. 1798. aet. 50.

Vertit e gallico in germanicum pluribus adjuvantibus, ediditque:

Digitized by Google

Historia Ecclesiastica per Berault-Bercastel. Tomi XXIV. Viennae et Augustae 1784. et seq. 8. Dicitur ad 4 postremos tomos, quibus Jansenismus potissimum tractatur, Autori materiam subministrasse, in cujus notitia mire excelluit.

Subministravit et multum materiae Hofstettero ad Wahrmundum, seu Vindicationem Jesuitarum.

Denique multam partem habuit in Critica Augustae illo Tempore edita, universali Apologia Religionis Catholicae adversus quosvis ejus hostes.

RECHBACH Cajetanus, Germanus e nobilissima Baronum familia Graecii in Styria 6. Julii 1704. natus, et aet. 15. Societati adlectus, 4 vota professus, Philosophiae et Theologiae Doctor, Ethicam Graecii, Cursum philosophicum triennalem Lincii et Viennae absolvit. Socius dein Magistri Novitiorum in Domo Annaea anno uno, Labaci et Lincii Casus, Passavii Controversias, Scripturam S. Graecii et Viennae, Graecii quoque Canones exposuit. Regens dein Convictus Graecensis, Instructor Patrum tertiae probationis Judenburgi, Praefectus altiorum Lincii et Clagenfurti, demum Cremsii pie obiit 20. Martii 1766. aet. 62.

Edidit:

Scriptores Universitatis Viennensis ordine chronologico propositi. Saeculum III. a 1610. ad. 1655. Viennae 1742. 8. latine.

Sermo sacer ad ingressum in Monasterium Coelestinarum Illustr. Herulae M. Theresiae ab Eckhardt de Than Styrae 1747. Impressus Lincii Feichtinger 1747. 4. germanice.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

RECHBACH Hieronymus, Germanus, Carinthus Tarvensis 19. Sept. 1721. natus et aet. 17. Societatem ingressus et 4 vota professus, Ethicam Graecii, Philosophiam biennalem Lincii, tum Controversias et Casus Lincii, Passavii, Clagenfurti atque hic ab anno 1765. SS. Canones usque ad annum 1773. docuit, quo ibidem Rector factus, soluto Ordine obiit.

Est ejus latine:

Historia Reformationis Religionis in Styria, Carinthia, et Carniolia ex Marci Hansiz Germaniae sacrae Tomo III. Clagenfurti 1769. 8.

RECHBACH Joannes, Germanus, Tarvisiae in Carinthia 27. Dec. 1675. illustri genere natus, et aet. 16. Societati insertus, 4 vota professus et Philosophiae Doctor, Viennae Poesim et Rhetoricam, Philosophiam Clagenfurti docuit, tum Excell. et Illustr. Domino a Daun, Supremo Castrorum Praefecto et Proregi Neapolitano Viennae sexennio, Mediolani, dum ibidem Ducatum administraret, octennio, et rursus Viennae biennio ab animae obsequiis fuit. Dein Regens Seminarii Viennae, Rector Styrae, Regens Seminarii Clagenfurti in nonum annum pie obiit 3. Jan. 1757. aet. 82.

Edidit latine:

Echo laudum et luctuum ad Tumulum Emin. Leopoldi a Koloniez. S. R. E. Card. et Archiep. Viennensis. Viennae Schlegel 1707. 12.

Exercitationes theatrales Rhetorum Viennensium. Viennae Voigt. 1709. 12.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

RECHEISEN Ferdinandus, Germanus, Gmundae in Austria supra Onasum 22. Nov. 1682. natus, et aet. 23. Societatem ingressus, 4 vota professus et Philosophiae Doctor, Viennae Poesim, Lincii Ethicam docuit, tum pluribus annis Cremsii, Posonii, Jaurini, Labaci concionatus, Lincii contracto ab aegro morbo pie obiit 22. Martii 1753. aet. 53.

Edidit latine:

Spectacula Philosophorum e Christi et rationis placitis christiane et recte existimantium. Carmen. Viennae Schilgen 1720. 12.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

RECHTENBERG Wolfgangus, Germanus, Viennae Austriae 7. Julii 1715. natus, et aet. 15. in Societatem cooptatus, Poesim et Rhetoricam Magister Graecii docuit, ac 4 vota professus et Philosophiae Doctor, Graecii Ethicam, Viennae Philosophiam triennio docuit; et novum cursum in Collegio Nobilium Theresiano ibidem orsus pie obiit 24. Dec. 1751. aet. 36.

Edidit latine:

Digitized by Google

Styria Religione, opibus, gubernatione, litteris inclyta. Graecii Widm. 1739. 12.
Styriae Collegia et Monasteria praecipua. Graecii id. 1740. 8.
Dialogi physici Natalis Regnault S. J. excerpti et e gallico in latinum traducti. Viennae 1751. 8. c. fig.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

REDELHAMER Ignatius, Germanus, in Erla Austriae antiquo fano 8. Nov. 1719. natus, et aet. 16. Societatem amplexus, 4 vota professus, Rhetoricam Graecii, Philosophiam Lincii, Passavii, Labaci; Controversias, Casus, Canones Lincii et Passavii docuit, et abolito Ordine Parochus Eberstorfii in Austria obiit 22. Jan. 1795. aet. 76.

Edidit latine:

Prosopopejae biblicae. Carmen. Graecii Widm. 1751. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

REDELHAMER Josephus, Ignatii frater, Germanus, Austriacus in Erlakloster 20. Oct. 1713. natus, et aet. 18. in Societatem receptus, 4 vota professus, Philosophiae et Theologiae Doctor, absolutis studiis tertio probatus, Magno - Varadini primum anno uno ad populum dixit, tum Viennae Ethicam, Lincii, Graecii et Viennae Philosophiam triennalem, dein Viennae Controversias anno uno, ac Theologiam dogmaticam sexennio docuit, cum in schola apoplexia ictus 9. Julii 1761. aet. 48. pie in Domino obdormivit.

Edidit latine:

Philosophia rationalis. Viennae Trattner 1752. et 1755. 8.
Philosophia naturalis, seu Metaphysica. Ontologiam, Cosmologiam, Psychologiam et Theologiam naturalem complectens. Tomi II. Viennae Trattner 1753. 8. Varsaviae 1761. 8.
Philosophia naturalis, seu Physica generalis et particularis. Partes II. Viennae Trattner 1755. 8. c. fig.
Institutiones Theologiae scholastico-dogmaticae, de Deo uno et trino, Incarnatione Verbi Divini, Gratia Christi et Virtutibus theologicis. Tomi IV. Viennae id. 1756. — 1759. et 1766. — 1768. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Heinsius.)

REGELSPERGER Christophorus, Germanus, Stazendorfii in Austria 23. Sept. 1734. natus, et aet. 17. in Societatem receptus, Viennae philosophicis, theologicis scientiis Graecii excultus, 4 vota professus et Philosophiae Doctor, Poesim Viennae ab anno 1768. indefesso studio ipsos 29 annos ad obitum suum docuit, qui demum attritis in pulvere scholastico penitus viribus contigit 21. Dec. 1797. aet. 63.

Edidit latine:

Panegyricus Divis Martyribus Cosmae et Damiani, Facultatis Medicae Patronis. Viennae 1759. fol.
Carmina a Poeseos Alumnis in Universitate Vindobonensi recitata, cum juventus studiosa Augusta munificentia praemiis publice donaretur annis 1760. — 1761. 8.
Premlechneri et Regelspergeri Carmina. Viennae 8.
Prosodia seu de Syllabarum dimensione, versu breviore et lucidiore scripta et exemplis illustrata, additis versuum lyricorum schematis, autore C. R. Viennae 1784. 8.

Germanice:

Horatii ars poetica in recens detecto ordine. Poema didacticum perfectissimum, specimen artis imitandi et brevitatis. Latine juxta manuscriptum 800 annorum, in germanicum eodem genere versus translatum, cum commentario, annotationibus et Epitome artis poeticae aristotelicae. Viennae 1793. 8.
Poemata plura minora occasione data edita, sc.:
Oda in Nuptias Josephi II. cum Josepha Bavara. Viennae 1765.
Amor coelestis missus a Ludovica Infante Hispaniae ad Leopoldum A. A. Sponsum. Elegia. 1765.
Idyllia duo in abitum M. Carolinae A. A. Neapolim. 1768.
Odae duae in abitum et adventum Josephi II. 1769.
Oda consolationis ad Germaniam in obitu Francisci I. Imp. 1765.
Carmen anacreonticum in nuptias M. Christianae A. A. cum Alberto Saxoniae Duce 1766.
In Adventum Leopoldi et Ludovicae.

Digitized by Google

Imago M. Theresiae Aug. juxta gallicum cum 2 Epigrammatis in Josephum II.

Monumentum honori M. Theresiae dicatum a R. P. Mich. Horvath Theol. D. e latino germanice redditum. 1780.

Descriptio portae triumphalis Leopoldo II. Francofurto reduci erectae. 1791. 8.

In obitum Principis Jos. Wenceslai a Liechtenstein. 1772.

Quum Comes a Kobenzl magna Cruce Ordinis S. Stephani decoraretur.

Oda ad Heroem Laudonium decimum maximumque Belgradi expugnatorem. 1789. 8.

In Primitias Josephi Giegl. Cremsii.

In obitum Gellerti. Narratio 1770.

In obitum Rabeneri, metro pindarico.

Vota solemnia Jos. Ant. Nobili de Trattnern. 1775.

Ad. D. Retzerum, Balbi carmina editurum. (In „Blumenlese" Viennae 1790.)

Idyllion in Mortem Servatoris. Viennae 1766.

Elegiae ad Marianam Congregationem sub titulo Assumtae anno bis saeculari.

Hymni duo ad S. Jacobum et S. Barbaram.

Hymni duo ad B. Virginem Mariam et S. Franciscum Xav.

Cantata spiritualis de S. Ignatio. Graecii.

Affectus spiritu pleni ad Deum et Sanctos, ab Ecclesia aut Sanctis confecti, e latino. Viennae. 1764.

Cultus S. Francisci Xav. ex italico. P. Mariana. ib. 1761.

Devotio decem dierum Veneris ad S. Franciscum Xav. ex italico. ib. 1763.

Primo mane majali. Carmen juxta anglicum. Viennae 1781.

Carmen lugubre in obitum canis (Pudel) cum epistola satyrica et philosophica. Ib. 1765.

Brevis, clara et solida Institutio ad Arithmeticam et Algebram. Viennae 1779. et rursus 1789. 8.

(Mensel Lexic.)

REICHART Christophorus, Germanus, Clagenfurti in Carinthia 13. Nov. 1637. natus, et aet. 18. in Societatem receptus, humaniores et Philosophiam in ea docuit, et variis munuis functus, subin aurium usu privatus disciplinae tenax, orationi communi et ubicunque Socii conjunctim comparuere, sedulo interfuit, obiitque Viennae ad S. Annae 28. Aug. 1711. Praeter plura Adversaria reliquit duo Opera, quae summo ei labore constitere;

in quorum primo:

Tituli omnes utriusque legislativae scientiae cum modo legendi et scribendi secundum omnes libros et materias,

In altero post notas librorum universum Corpus Juris digessit alphabeticas in Resolutiones, adjectis, ubi reperiri non possent, fideliter citationibus.

(Gesta et Scripta Prov. Aust. Wittmann.)

REICHENAU Josephus, Germanus, Vordernbergae in Styria 7. Maji 1685. natus, et aet. 17. Societatem amplexus, 4 vota professus, Philosophiae et Theologiae Doctor illam Graecii et Viennae, hanc de moribus Labaci et Viennae docuit. Dein Collegium Clagenfurtense rexit, et hinc in Saxoniam vocatus, Gynaeceo Aulico primum, tum Regiae Principi Amaliae, ac paulo post etiam aliis duabus Annae et Josephae 8 annis communi cum approbatione a sacris Confessionibus fuit, ac postremam in Bavariam eodem in munere comitatus est. Post annum fracta valetudine in Provinciam redux, quadriennio post Viennae in Domo professa pie obiit 7. Febr. 1752. aet. 67. Libraria ejus supellex Collegio Theresiano obvenit.

Edidit latine:

Vitae Augustae Caesarum Austriacorum. Graecii Widmanstadii 1724. 12. c. fig.

Virtutes Augustae Caesarum in compendio adjectis eorum symbolis et institutionibus politicis. Partes II. Graecii 1725. Widm. 12.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Desis BK. Pr. p. 390.)

REIFFENSTUELL Ignatius, Germanus, Campililii celebri Austriae fano 15. Oct. 1664. natus, et aet. 17. Societatem ingressus, 4 vota professus, et utriusque Facultatis Doctor, Philosophiam et Theologiam polemicam Viennae docuit; sed ob insigne dicendi talentum mox S. Cathedrae admotus, Graecii primum, tum Viennae in Templo Collegii ac Domus professae ac demum in Ecclesia metropolitana S. Stephani ad

Digitized by Google

finem usque vitae ad populum dixit. Quanto cum fructu, vel ex eo conjicere licet, quod, ut erat ipse ab omni Dei offensa alienus, vel mentione de ea facta sub ipsa dictione in lacrymas solveretur. Demum in verno jejunio dicto tertio sermone febri prostratus accedente paralysi piissime obiit Viennae in Domo professa 28. Febr. 1720. aet. 56.

Edidit latine:

Theses Aristotelicae ex universa Logica Antithesibus logicis, i. e. aeternae veritates axiomatibus et domesticis affectibus divi Ignatii magni christianae perfectionis Philosophi illustratae, et in Univ. Vind. ab Ignatio de Vollandt publice propugnatae praeside P. Ign. Reiffenstuell. Viennae Cosmerovii 1703. 4. cum symbolis et periphrasi metrica.

Ephemerides Leopoldinae, seu Facta Leopoldi I. Imp. memorabilia in singulos anni dies distributa. Semestre I. et II. Viennae Cosmerov. 1700. et 1701. 12.

Cosmus in Microcosmo, sen Mundus opere sex dierum creatus in homine velut microcosmo consumatus, partim scholastice partim ethice dilucidatus. Viennae Heyinger 1701. 4.

Vienna gloriosa, seu Descriptio toto orbe celeberrimae Caesareae nec non Archiducalis Residentiae. Viennae 1703. fol. — germanice ib. 1713. 8.

Geographia Austriaca. fol.

Germanice:

Panegyricus funebris Leopoldo I. Caesari. Viennae Schönwetter 1705. fol.

Item Perill. ac Rev. Dno Sebastiano Abbati ad Scotos. Viennae id. 1705. fol.

Panegyricus S. Udalrico Graecii in Paraecia dictus, cum natio Suevica Patroni sui festum celebraret. Graecii Widm. 1707. 4. Augustae Vindel. Grueber 1741.

Synopsis Concionum quadragesimalium Viennae in Domo professa dictarum. Viennae Schlegel 1709. 4.

Panegyris funebris Perill. ac Rev. D. Maximiliano Praelato Ducmburgensi dictus. Viennae id. 1709. fol.

Panegyris S. Stanislao Kostkae. Viennae id. 1710. 4.

Dictio sacra in Benedictione Campanae maximae ad S. Stephani. Viennae Kürner 1712. fol.

Oratio funebris in Exequiis Josephi I. Rom. Imp. Viennae 1711. fol.

Libellus controversius pro Institutione conversi ad fidem. Viennae 1712.

Concio, in qua florem majalem autor obtulit valde commendata et pro typo desiderata. Viennae 1713.

Sermo eucharisticus de Pace. Viennae 1714. 4.

Panegyris S. Catharinae Bononiensi dicta. Viennae Schmid 1714. 4.

Sermo eucharisticus ob recuperatam armis Caesareis Temesiam coram Caesareis Majestatibus ad S. Stephani dictus. Viennae Kürner 1716. 4.

Sermo eucharisticus ob natum Archiducem Leopoldum. Viennae Schwendinan 1716. fol.

Oratio in Introductione Sigismundi Com. a Kolonitz in Episcopatum Vienn. praesente Aula ad S. Stephani. Viennae id. 1716. fol.

Oratio funebris Illustr. et Rev. D. Francisco Ferd. L. B. a Rummel Episcopo Vienn. Viennae id. 1716. fol.

Sermo eucharisticus ob Victoriam ab Eugenio de Turca rursus ad Belegradum relatam. Viennae id. 1717. 4.

Clenodium neoliquefactum seu Magna Campana in Turri S. Stephani. Viennae 1717. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Vogrl. Cal Gschwind.)

REINZER Franciscus, Germanus, Graecii Styriae metropoli 1661. natus, et aet. 17. in Societatem ibidem receptus, 4 vota professus, Philosophiae et Theologiae Doctor, Rhetoricam Viennae, Philosophiam Lincii, Theologiam moralem Passavii, Graecii, Labaci docuit, et Cremsii Rector cum magna sanctitatis fama obiit 28. Apr. 1708. aet. 47.

Edidit latine:

Problemata politica quinquaginta oratione deducta, et symbolis ornata. Viennae 1690. 12.

Quinque Panegyrici de Caesareis Virtutibus Leopoldi M. Rom. Imp. Viennae Voigt 1693. 8.

Meteorologia phisico-politica symbolis L. illustrata. Lincii 1697. fol. — germanice reddita Augustae Vindel. Jer. Wolf 1712. fol.

Digitized by Google

Seneca christianus, i. e. Flores christiani ex L. Annaei Senecae Epistolis collecti. Passavii 1700. 12.

Libellus precatorius omni statui accomodatus.

Modus Devotionem Xaverianam peragendi.

(Propyl. Bibl. Univ. Graec. Gesta et Scripta Prov. Austr.)

REISER Josephus, Jaurini 1728. Apothecarius in numerum Coadjutorum temporalium susceptus, per omnem fere vitam Apothecarium Claudiopoli egit, ibidemque pie obiit 21. Mart. 1768. Ut erat artis suae peritissimus, post ejus mortem ex Scriptis physicis relictis

edita sunt:

Collectanea. 8.

(Paintner.)

RENCKEL Josephus, Germanus, Marburgi in Styria 11. Sept. 1723. natus, et aet. 19. in Societatem receptus, absolutis studiis a tertio probationis anno continuo Viennae in Collegio Academico Professorem primo tum Praefectum humaniorum litterarum, in quibus excelluit, ad abolitionem usque Ordinis egit, virque singularis pietatis et animi demissionis obiit Viennae initio Dec. 1795. aet. 72.

Exstat praeter alia poemata latine:

Oda in Nuptiis Josephi II. Rom. Regis cum Josepha Bavara nomine Collegii S. J. Viennae 1765. 4.

Perfecit secundum Tomum Institutionum oratoriarum et poeticarum a Cl. Noghero inchoatum.

RENYES Stephanus, Hungarus, Magno-Varadini 1643. natus, Calvini haeresi, in quo a puero educatus, abjurata, ideoque Muratensi in arce inclusus, ex ea liber jam erroris insectator, eamque ob rem non semel verberibus et saxorum imbre exceptus Societatem Cassoviae 1666. adiit, et 4 vota professus, ac Philosophiae Doctor, eandem Tyrnaviae praelegit. Convictui dein Nobilium et Clericorum Seminario ibidem praefectus, et Trenschinii Rector Collegii et tyronum Magister fuit. Reliquum vitae tempus curae animarum in patria impendit, tanta eloquentiae vi perorans, ut Tullius hungaricus audiret. Multos heterodoxos, et inter hos matrem in Ecclesiae sinum reduxit, carceres non semel atque gravissima incommoda pro Gloria Dei perpessus. Inter haec corpus inedia, flagris, ciliciis afflixit, et demum meritorum plenus obiit Posonii 7. Jul. 1699. aet. 56.

Edidit Dictiones plures hungarice in justis exequiis Procerum habitas, inter quas:

Dictio funebris Clarae Milithiae, Com. Stephani Csaki Viduae 1685.

Sigismundo Hollo de Krompach, clam ad fidem converso et patri, stricto cum ense petenti, cervicem constanter offerenti, quo et pater conversus. Leutschoviae 1689.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Paintner.)

RENZENBERG Antonius, Hungarus, Posonii 30. Jul. 1742. natus et aet. 17. in Societatem receptus, absolutis Graecii severioribus scientiis tertio probatus Graecii in Convictu Praefectum egit, et soluto Ordine privatus vixit, et obiit 1793. aet. 51.

Edidit latine:

Epigrammata recentium quorundam occasione eventuum sub initialibus litteris A et R. Viennae Kurzbeck. 1790. 8.

Scripsit etiam per aliquot annos cum aliis quibusdam Nova periodica pariter latina.

(Wittmann.)

REPSZELI Ladislaus, Hungarus, Sabariae 24. Apr. 1703. natus, et aet. 22. absoluta Philosophia in Societatem receptus, 4 vota professus et utriusque facultatis Doctor, Tyrnaviae Poesim, Claudiopoli Rhetoricam, ibidem Philosophiam triennio, tum Casus, Canones ac demum Theologiam dogmaticam quadriennio Tyrnaviae docuit. Regens dein Convictus ac Seminarii Tyrnaviae ac Claudiopoli, Praefectus altiorum Budae, Rector Cassoviae ac Claudiopoli, Superior Carolinae, demum Praefectus Spiritus Budae pie obiit 24. Apr. 1763. aet. 60.

Edidit latine:

Hunnias sive Hunnorum e Scythia Asiatica egressus. Tyrnaviae 1731. 12. Carmine heroico.

Rhetor officiosus. Tyrnaviae 1738. 12.

Syntagma Juris Hungaro-Transylvanici. Claudiopoli. 1742. 8. Cassoviae 1763. 8.

Digitized by Google

Memoriale Confessariorum. Tyrnaviae 1747. 8.

Pauli Klosz Professoris Tyrnaviensis Praxis fori spiritualis. Adjecit notas ex Jure Canonico 1756. 4.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Horanyi. Paintner.)

RESCALLI Franciscus, Germanus, nobili prosapia Viennae Austr. 1. Nov. 1651. natus, et aet. 16. in Societatem receptus, 4 vota professus, Philosophiae et Theologiae Doctor, utramque Viennae et Graecii pluribus annis docuit. Ac Viennae quidem tempore obsidionis Turcicae Professor Matheseos a Supremo Duce jussus est e turri S. Stephani, quae Turcae molirentur, observare scriptamque in dies relationem referre, quod summo suo periculo, cum turris haec potissimum hostilibus globis peteretur, intrepidus praestitit. Collegii dein Graecensis tum Viennensis Rector, Domus professae, ac demum totius Provinciae Praepositus, et a Provincia bis Romam ad Congregationem Procuratorum et generalem missus ubique prudentia, charitate, ac vitae piae et regularis exemplo enituit, pieque obiit Viennae in Domo professa ejusdem Praepositus, 26. Oct. 1713. aet. 62. proximoque festo S. Wolfgangi oranti alicui apparuit, affirmavitque, feria sexta, in quam Commemoratio omnium fidelium defunctorum incidit, se cum S. Wolfgango fore.

Edidit latine:

Orationes Heroae Heroum Austriacorum contra Turcas et Barbaros belligerantium. Viennae Cosmerov. 1686. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

REVITZKI Ignatius, Hungarus Deretskiensis, Tyrnaviae Rhetor 1760. in tyrocinium Viennense receptus Philosophiam excepit Cassoviae, Tyrnaviae Theologiam, dum tolleretur Ordo, absolvit, et obiit Posonii 18. Febr. 1801.

Edidit latine:

Sermo de S. Ignatio S. J. Fund. Tyrnaviae 1788.

Introductio ad politica Regni Hungariae. Budae 1790. 8.

Memoria Leopoldi II. apud Hungaros. Pestini 1802. 8.

(Bibl. Saechs. et Teleh. Paintner.)

REVIZKY Antonius, Hungarus, Ujehelii in Comitatu Semliniensi 12. Jan. 1723. natus et aet. 15. in Societatem cooptatus, 4 vota professus, Philosophiae et Theologiae Doctor, Tyrnaviae quadriennio omnes successive Philosophiae partes, et anno uno Historiam sacram et profanam docuit. Anno 1760. ob singularem morum candorem Budam missus ad causas Societatis apud Excelsam Curiam Regiam et Septemvirorum Tribunal agendas, majorem suorum expectationi adeo satisfecit, ut expletis 11 annis Budae Rector deligeretur. Sublato Ordine Parochus Budae, Abbas infulatus ad S. Salvatorem de Leker et per Hungariam Generalis Vicarius Castrensis fuit. Obiit Budae Dec. 1781. aet. 58.

Edidit latine:

Votum, immaculatum Conceptum Deiparae tuendi Oratione defensum. Tyrnaviae 1731. 4.

Panegyricus D. Ignatio de Lojola dictus. Tyrnaviae 1752. 12.

Universae Matheseos brevis Institutio. Partes III. Tyrnaviae typ. Acad. 1752. et 1753. 8.

Elementa Philosophiae rationalis, seu Institutiones Logicae, Metaphysicae et Theologiae naturalis. Partes III. Tyrnaviae 1756. 1757. et 1758. 8.

Institutiones Physicae generalis et particularis. Partes II. Tyrnaviae 1757. et 1758. 4.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. De Luca. Paintner.)

REUSNER Wolfgangus, Germanus, Graecii in Styria 15. Maji 1642. natus, et aet. 15. Societatem ingressus. 4 vota professus et Philosophiae Doctor, Poesim Graecii docuit, humanioribus Viennae praefuit, Sodalitates Marianas rexit annis 20 et Clagenfurti totam nobilitatem sub signa Mariana collegit. Illustrissimo Domino a Dietrichstein tum in Tyroli tum intra Provinciam 13 annis a sacris obsequiis fuit, ac demum piissime obiit Clagenfurti 30. Maji 1710. aet. 68.

Edidit latine:

Apollo exul Carmine elegiaco descriptus. Graecii Widm. 1672. 12.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

Digitized by Google

REZER Ferdinandus, Germanus Viennae Austriae 12. Febr. 1647. natus, et aet. 17. Societati insertus, 4 vota professus et Philosophiae Doctor, Graecii Poesim, Rhetoricam et Ethicam tradidit. Hinc ad S. Cathedram transire gestiens, Lincii tremio ad populum dixit. At Jaurinum vix translatus, ut infirmis din noctuque adstitit, vir Deo conjunctissimus et animarum zelo ardens, contracto ab infirmo in insula morbo piissime obiit 13. Martii 1684. aet. 37.

Edidit latine:

Mausolaeum ex margaritis pretiosis Augustissimis Manibus Margarithae Hisp. Infantis Leopoldi Caes. Conjugis erectum. Graecii Widm. 1673. 8.

Variae curiositatis quaesita philosophica. Graecii Widm. 1679. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Wittmann.)

RICCIUS Christianus, Professor Theologiae Viennae Austriae 1561. quo Praeside:

Quaestio de Scriptura, S. Traditionibus et Ecclesiae autoritate, tribus Christianae religionis propugnaculis et assertiones de hominis lapsu, instauratione seu justificatione et extremo judicio pro more disputatae sunt in Templo Coll. Caes. Soc. Jesu. Viennae 1561.

(Paintner.)

RICHTENBURG Joachimus, Germanus, Brigae in Silesia 18. Aug. 1736. natus, et aet. 16. in Provinciam Austriacam Viennae receptus, 4 vota professus, Praefectum primo, tum Professorem Philosophiae in Collegio Nobilium Theresiano Viennae egit, et sublato Ordine Parochus in Gross-Taja in Moravia, ibidem obiit.

Edidit latine:

Bougueri Academici Parisiensis Optica de diversis luminis gradibus dimetiendis, e gallico. Viennae Trattner 1762. 4. cum tabulis aeneis.

Germanice:

Panegyris de S. Joanne Nepom. coram Cancellaria Aulico-bellica apud PP. Augustinianos discalceatos habita. Viennae Ghelen 1776. 4.

Considerationes de SS. Altaris Sacramento in singulos mensis dies Viennae Trattner 1773. 8. e latino.

E gallico germanice reddidit:

Bourdaloue Cogitationes de diversis objectis Religionis et Doctrinae moralis. Partes III. Augustae Veith 1773. 8.

Wilh. Boux Episcopi Petricorensis Conciones universae. Tomi II. Augustae Veith 1774. 8.

De la Roche Presbyteri Oratorii, Conciones Dominicales, aliaeque. Partes IV. Augustae Veith 1775. 8.

Clement Abbatis Macherov. Conciones universae. Partes IX. Augustae Wolf 1776. et 1785. 8.

Guidi Jo. B. Conciones breves in omnes Dominicas et festa. Partes V. Augustae Veith 1778. 8.

Bererier Sermones conferentiales contra hostes sanctae Religionis nostrae. Partes II. Augustae. 1781. 8.

Cambaceres Conciones. Tomi III. Augustae 1785. 8.

Bergier Deismus per seipsum confutatus, seu Examen principiorum infidelitatis divulgatorum in Rousseauvii operibus. Partes II. Augustae 1786. 8.

Cochin Conciones breves seu Instructiones familiares in Evangelia. Tomi II. Augustae 1788. 8.

(Mengel. Gel. Teutschl.)

RICHTER Ferdinandus, Germanus, Lincii in Austria supra Onasum 15. Martii 1711. natus, et aet. 17. in Societatem admissus, 4 vota professus et Philosophiae Doctor, Poesim primo tum illam Graecii tradidit; et Viennae novum Cursum orsus 1751. Regiis Principibus Carolo et Leopoldo praeceptor in litteris et conscientiae arbiter datus est, tantamque sibi existimationem peperit, ut iisdem muneribus etiam apud juniores Archiduces ad annum usque 1769. fungeretur, quo Conscientiae arbiter Ser. Archiducis Mariae Annae factus, eidem ad mortem usque adhaesit, quam oppetiit Clagenfurti 1790. aet. 79.

Edidit latine:

Carolus Vindex Bohemiae. Graecii Widm. 1745. 12.

Recudi curavit Pauli Casati S. J. Dissertationem physicam de calore viventium,

Digitized by Google

—item de Cometis. Graecii 1748. et 1749. 12.

E gallico germanice reddidit,

Imitatio SS. Virginis Mariae ad normam Imitationis Christi. .

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Wittman.)

RICHTERN Christophorus, Germanus, Viennae Austriae 16. Julii 1692. natus, et aet. 20. Philosophiae Doctor Societati adjunctus, 4 vota professus, Verbum Dei Jaurini, Cremsii, Lincii, Viennae, Sopronii, Passavii, 29 annis est concionatus, ac demum orationi et cultui Crucifixi multum deditus, pie obiit Viennae ad S. Annae 20. Martii 1760. aet. 68.

Exstat ejus latine:

Panegyricus de Spiritu S. in Basilica S. Stephani dictus Viennae. Ib. 1717. 4.

Germanice:

Panegyricus S. Joanni Nepom. in Templo S. Petri. Viennae Heyinger 1736. 4.

Genethliacus sermo nato Primogenito Archiduci Austriae Josepho Clagenfurti Kleinmayr. 1741.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

RIEBER Antonius, Germanus, Friburgi Brisgoviae in Suevia 31. Julii 1692. natus, aet. 22. Philosophia absoluta Viennae in Societatem receptus, et 4 vota professus, cum 6 annos concionatus esset, ob caligantes oculos a S. Cathedra remotus, Viennae in Domo professa 18 annis Catechetam Templi maximo et parvulorum et adultorum concursu egit, et Operarius tum in S. Tribunali tum ad morientium lectulos assiduus, multis etiam a vera fide aberrantibus ad eam reductis, (inter quos Supremus belli Dux, Gedeon Baro de Laudon, Vice Collonellus, tum in legione Schoczeriana annorum 37) fuit vir orationis multae, et patientiae in tolerandis alienae linguae aculeis exemplar, piissime obiit Viennae in Domo professa 16. Febr. 1754. aet. 62.

Edidit germanice:

Tractatus de Sacrosancto Legis novae Sacrificio in Processione Catechetica distributus. Viennae 1739. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

RIEBERER Mathias, Germanus, Muravii in Styria 2. Febr. 1720. natus; et aet. 17. in Societatem receptus, 4 vota professus et Theologiae Doctor, Philosophiam Labaci, Linguam et Ritus sacros Graecii, ibidem et Viennae S. Scripturam exposuit. Ab anno 1766. Viennae Historiographus, ac demum Passavii Minister, abolito Ordine ab Aula Caesareo- Regia Ratisbonam missus est, ubi plurimis collectis ac Viennam transmissis Manuscriptis ibidem cum fama veri Sacerdotis, zelatoris animarum et patris pauperum praesertim orphanorum pie obiit 1. Maji 1794. aet. 74.

Exstat ejus Grammatica hebraica in duobus foliis seu Tabulae omnium verborum Linguae hebraicae in usum Theologorum Graecensium. Graecii 1755.

Manuscripta ejus ad rem diplomaticam spectantia etiam in Bibl. C. R. Vindob. T. II. Recens. Schwandter. n. 1580. 1964. et 97. servantur.

Relatio Status de novissimis Europae eventibus. 4. Maji 1794.

Collegit etiam multa ad continuandam Historiam Episcopatuum Germaniae a Marco Hansizio coeptam.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

RIEDEL Franciscus Xaver., Germanus, Mauternae in Austria 5. Oct. 1738. natus, et aet. 16. in Societatem admissus, 4 vota professus, Viennae in Collegio Theresiano Poesim et Architecturam docuit, et Ordine soluto, Ginsii in Hungaria, quo se recepit, pie obiit 30. Oct. 1773. aet. 37.

Edidit germanice:

Threni Jeremiae versu eleganti. Viennae Kurzbeck 1761. 8.

Graecium jubilans et Epithalamium anacreonticum. Odae duae in transitu Leopoldi A. A. et Ludovicae Hispanae. Graecii 1765.

Liber Jobi in XII. Cantionibus. Posonii Mich. Benedict 1779. 8. Augustae 1781. 8.

Cantica Biblica. Viennae Kurzbeck 1771. 8.

Cantica Ecclesiae ex Missali et Officio Divino. Viennae Bernardi 1773. 8. Augustae Lotter 1773. 8.

Elementa Architecturae Civilis ex latino Jo. B. Izzo S. J. Viennae Kurzbeck 1773. 8.

Exempla Epistolarum collecta. Tomi II.

Digitized by Google

Augustae Veith 1775. 8. — Aucta et recusa sub titulo Secretarii Viennensis ultra duodecies diversis annis Viennae 8.

(Mensel.)

RIEDERER Petrus, Hungarus, Jaurini 1715. in Societatem adscitus, Cassoviae Magister Poesim docuit, et absoluta Theologia a tertia probatione discessit.

Edidit Magister latine:

Bellum Pacis artibus feliciter patratum seu Expeditio in Asophiam a foederatis scientiis Philosophia duce prospere confecta. Cassoviae typ. Acad. 1742. 8. Carmen.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

RIEGER Christianus, Germanus, Viennae Austriae 4. Maji 1714. natus, aet. 17. Societati adscriptus, et 4 vota professus, in Collegio Nobilium Theresiano Viennae Mathematicam universam ac in specie Architectonicam, Physicam item, Armarii simul Mathematici Custos, annis 13 tanta sui commendatione docuit, ut hinc anno 1760. Madritum in Seminarium Regium evocatus, easdem scientias ibidem, Academiae Regiae membrum, sexennio profiteretur simulque Geographici regii et Supremi Consilii Indiarum munus obiret. Redux in Provinciam Austriacam Collegium Passaviense et Labacense rexit, et abolito Ordine pie obiit Viennae 26. Martii 1780. aet. 66.

Edidit latine:

Universae Architecturae Civilis et Militaris Elementa, brevibus recentiorum observationibus illustrata. Tomi II. Viennae Trattner 1756. et 1758. 4. — Hispanice versum per P. Mich. Benovente. Madriti. 1763. fol.

Hispanice:

Observatio Transitus Veneris per discum Solis.

Observationes physicae de vi electrica grandinis et fulminis. 1763. 4.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Dr Luca. Mensel. Denis G. B.)

RIEZINGER Colomanus, Germanus, Styrae in Austria 13. Oct. 1680. natus, aet. 17. in Societatem cooptatus, et 4 vota professus, Philosophiae Doctor, Philosophiam ac Mathematicam Tyrnaviae ac Graecii annis 7 docuit, ac variis muniis functus, Rector Leobii et Cremsii, pie obiit Passavii 27. Aug. 1752. aet. 72.

Edidit latine:

Magisterium naturae humanae regularis ad cognoscendum internum hominem e signis etiam in corpore fixis complectens. Tyrnaviae typ. Acad. 1716. 12.

Parva naturalia Aristotelis. Ibd. 1717.

Bona physica in Commentariis Conimbricensibus derelicta, nunc occupata. Tyrnaviae 1717. 12.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Paintner.)

RINN Fridericus, Germanus, Graecii in Styria 20. Aug. 1791. natus, absolutis Studiis, Sacerdos saecularis, Viennae sex annis curam animarum exercuit penes Ecclesiam ad novem Choros Angelorum, quondam Ecclesiam Domus professae Societatis Jesu. Fuit unus ex primis qui anno 1822. eandem Societatem e Russia exulem et ab Imperatore Francisco I. fel. mem. in Galiciam receptam ingressus est. Tirocinio Staraviesii in Galicia peracto, 4 Votorum professus per 10 annos Catechetam egit tum in Gymnasio Tarnopolitano tum in Convictu Nobilium Leopoli, ubi dein 9 annis Concionatorem germanicum egit. Vocatus postea in recens constitutam provinciam Austriacam ab anno 1845. rexit quinquennio Collegium Oenipontanum et ab anno 1850. occupatur in tradendis Exercitiis spiritualibus.

Edidit germanice:

Doctrina Religionis juxta Catechismum Ven. P. Canisii explicata et pro Classibus Grammaticis ordinata. Oeniponte Felic. Rauch 1845. et 1846. 8.

Historia Veteris Foederis in sua relatione ad Novum foedus. Oeniponte Felic. Rauch 1845. 8.

RITSANSZKI Tobias, Hungarus, Trenchinii 1650. natus, Cassoviae Philosophus 1672. in Societatem susceptus, multis annis Tyrnaviae potissimum concionatus, ibidem Poesim docens,

edidit latine:

Anomali fortunae casus. Tyrnaviae 1678. 8.

(Paintner.)

RITTER Josephus, Germanus, Bojus Regensis natus 20. Oct. 1695. et aet. 17.

Digitized by Google

in Provinciam Austriacam receptus, 4 vota professus, Philosophiae et Theologiae Doctor Poesim Graecii, Viennae Poesim et Rhetoricam, tum Ethicam, dein Lincii Philosophiam triennalem, Passavii et Viennae Casus et S. Scripturam exposuit; Socius quoque Magistri Novitiorum in Domo Annaea, et Provinciae Praesidis; subin Confessarius Serenissimae Reginae Lusitaniae Mariae Austriacae annis 13, a cujus morte in Provinciam reversus, Collegium Passaviense rexit, ac demum pie obiit Viennae in Domo professa 8. Maji 1761. aet. 66.

Edidit latine:

Styria ter felix Religione, fertilitate, deliciis. Graecii Widm. 1727. 8.

Oracula Delphica, seu Effata graecorum poetarum formandis adolescentis studiosi moribus opportuna. Viennae Voigtin 1728. 8.

Specimen Historiae Cancellariorum Universitatis Viennensis, eorundemque Praepositorum Ecclesiae ad S. Stephani, quibus gestis ad vitae usque finem inclaruerint. Viennae Schwendiman 1729. 8.

Vita et Virtutes Mariae Annae, Archiducis Austriae, Leopoldi I. et Eleonorae filiae Reginae Portugalliae. Viennae Trattner 1756. 8. — hispanice per P. Josephum Guerra S. J. Madriti 1757. 8. germanice Pasavii 1757. in 4 et 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Bibl. Acad. Vin.)

RIVULINUS Joannes, Hungarus ex Transylvania oriundus, natus 1570. aet. 17. in Societatem adscitus et 4 vota professus, B. V. Mariae singulariter devotus, cujus et adspectu creditur fuisse recreatus, edidit tacito nomine:

Fasciculus laudum B. V. Mariae.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Horanyi.)

RIZZINGER Christophorus, Germanus, Fürstenfeldae in Styria 1636 natus, aet. 19. Societati adscriptus, 4 vota professus et Philosophiae Doctor, quam cum Viennae in tertium annum doceret, vir singulariter pius, qui preces suas nonnisi genibus flexis persolvere solebat, quibus et juvenes duos a daemone vexatos liberavit, tanti praeterea zeli, ut simul diu noctuque ad aegros excurreret, contracta ab uno maligna febri piissime obiit Viennae in Collegio 26. Julii 1675. aet. 39.

Edidit latine:

Fortuna justa, clamans ad Philosophorum tribunal a contumeliis vindicata. Graecii Widm. 1670. 8.

Corona Monodisticorum ex variis recentium poetarum epigrammatibus contexta. Viennae 1675. 16.

Amor regum et Caesarum in Philosophos. Viennae 1675. 4.

Felicitas triumphans ex Carolo V. Caesare effigiata. Viennae 1675. 8. Carm. heroic.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

ROBUSTELL Andreas, Germanus, Chambi in Palatinatu Superiore 3. Martii 1665. natus, et aet. 16. Societati in Provincia Austriaca aggregatus, 4 vota professus et Theologiae Doctor, Viennae Poesim, Philosophiae et Theologiae diversas partes diversis in locis, ac Polemicam Viennae tradidit, Convictum ibidem ac Judenburgi Collegium rexit, et in biennali morbo heroicae patientiae exemplis datis piissime obiit Graecii 2. Maji 1712. aet. 47.

Edidit latine:

Affectus sacri primis Dei Hominis inter homines agentis aerumnis excitati. Carmen elegiacum. Viennae 1696. Cosmerov. 8.

Primitiae veris ex totidem areolis, quot sacrarum litterarum placitis collectae. Viennae id. 1696. 8.

Somnia Apollinis veteris ac moderni temporis imaginibus excitata. Viennae id. 1697. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

ROBUSTELL Antonius, Germanus, Moravus, absolutis studiis, cum Posonii concionari ingenti fervore coepisset, praemature sublatus est 14. Febr. 1716.

Edidit latine:

Felicioris saeculi sapientia ex primaevis Philosophiae principiis deducta, Cassoviae Philosophis ablata, impressa Bartfae. 1715. 8.

(Paintner.)

ROCHEL Philippus, Hungarus, Jaurini natus, Tyrnaviae docens

Digitized by Google

edidit latine.

Panegyricus D. Francisco Xav. dictus. Tyrnaviae 1769. 12.

(Paintner.)

ROEDER Jacobus, Germanus, Clagenfurti in Carinthia 25. Julii 1678. natus, et act. 17. Societatem amplexus, vix absolutis studiis strenuum in Hungaria Operarium agere coepit; at mox etiam fractis nec amplius recuperatis viribus, cum, quantum per eas licuit, in S. Tribunali et Doctrina christiana tradenda laborasset, in patientiae schola diu exercitus pie obiit Neostadii 15. Sept. 1724. aet. 46.

Edidit germanice:

Catechismi quinque Capita ad rhythmicos numeros redacta Neostadii typis Müllerí 1717. 12.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

ROEGLER Ignatius, Germanus, Viennae Austriae 18. Dec. 1703 natus, aet. 16. Societatem ingressus, et 4 vota professus, Poesim et Rhetoricam Graecii docuit, tum biennio Socius Superioris Missionum castrensium, dein Clagenfurti, Lincii, Posonii, Cassoviae, Budae, Passavii, Viennae 15 annis concionatus, Regens Seminarii Viennae, demum Labaci Praefectus spiritus, abolito Ordine obiit.

Edidit latine:

Trophaeum Caesareis Ducibus in Italia heroa morte sublatis erectum. Graecii Widm. 1735. 8.

Manuale legendis expeditius rerum romanarum Scriptoribus perutile. Graecii id. 1736. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

ROESINGH Joannes Bapt., Germanus, Viennae Austriae 3. Aug. 1652. natus, aet. 17. Deo se in Societate dicavit, et 4 vota professus, ac utraque Doctoratus laurea insignis, Philosophiam Viennae et Graecii, Graecii etiam 88. litteras exposuit; tum Romae in Collegio Germanorum Theologiam polemicam, ac redux Viennae Moralem tradidit. Ob debilitatem visus Neostadii primum, tum Viennae ad S. Annae in pia quiete Deo serviit, ibidemque pie obiit 13. Aug. 1723. aet. 71.

Edidit latine:

Assertiones Elementares ex universa Philosophia sub auspiciis Leopoldi Imp. publice propugnatae ab M. H. Comite ab Althan, cum symbolis. Viennae Leop. Voigt. 1687.

Laureatus Austriae victoriis per Leopoldum M. partis litterarum fasciculus ab anno 1684. ad 1688. Viennae 1688. 8. carm. eleg.

Planisphaerium Austriacum. Viennae 1688.

Lauri Austriacae labore Serenissimi Caroli V. Lotharingiae Ducis gloriose efflorescentes per bellum Turcicum, heroico carmine enarratae. Viennae Cosmerov. 1689. 12.

Philosophia elementaris, seu Victoriae et Triumphi Leopoldo M. ab omnibus elementis contra barbaros Religionis hostes instituti, soluto ac ligato stilo descripti ac symbolis ornati. Viennae Voigt 1689. fol.

Triumphale belli turcici Quinquennium sub Leopoldo M. Viennae id. 1689. fol.

Dolor orbis Imp. Caes. Leopoldus I. semper Augustus dolenda morte orbi ereptus. Oratio funebris, cum in Ecclesia Metrop. Vienn. Exequias celebraret Universitas Viennensis. Viennae Leop. Voigt. 1705. fol.

Vitas virorum inclitorum de Provincia molientem mors intercepit.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Propyl. Bibl. Univ. Graec.)

ROMAN Georgius, Germanus, 16. Apr. 1712. natus, et act. 15. Viennae in Societatem susceptus, 4 vota professus et Theologiae Doctor, Clagenfurti anno uno ad populum dixit; tum Philosophiam ac Theologiam ipsis 32 annis docuit, et quidem Clagenfurti Ethicam, Logicam, Physicam, Metaphysicam, Controversias annis 5; tum Passavii, Labaci, Flumine, Clagenfurti, Graecii Casus annis 9; dein Canones anno uno Graecii, denique Theologiam Dogmaticam annis 4 Tyrnaviae ac totidem Viennae; ubi ab anno 1765. Praefectus studiorum generalis pie obiit 25. Aug. 1770. aet. 58.

Edidit latine:

Doctrina Theologica de Legibus, Peccatis et peccatorum poenis. Viennae Trattner 1767. 8.

Digitized by Google

Doctrina Theologica de humanis actionibus et earum ultimo fine. ib. 1768. 8.
— — De Sacramentis in genere et in specie. Tomi II. ib. 1769. et 1770. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

ROMAN Josephus, Germanus, Viennae Austriae 24. Febr. 1723. natus, 1738. Societati adscriptus, ac 4 vota professus, Viennae Poesim et Rhetoricam, Lincii Ethicam docuit, tum aliquot annis Passavii, Graecii Jaurini concionatus, Crensii et Leobii Praeses Congregationis civicae, sublato Ordine obiit.

Edidit latine

Comes Schulenburgius in campis elysiis. Poema dramaticum. Viennae Kurzbeck 1754. 4. versu latino et germanico.

Philosophia moralis, seu Themata scholastica carmine epico elaborata. Viennae id. 1754. 4.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

ROMANO Jacobus, Italus, in Foro Julii ditionis Venetae 20. Julii 1648. natus, et aet. 15. in Societatem in provincia Austriaca admissus, 4 vota professus, utrinsque facultatis Doctor, Graecii Cursum philosophicum sexennio bis confecit, ac ibidem et Viennae omnes Theologiae partes tradidit. Egit Romae Procuratorem Provinciarum Germaniae, redux Collegium Goritiense ac Labacense rexit, et in munere Procuratoris interioris Austriae, pie obiit Graecii 20. Sept. 1731. aet. 83.

Edidit latine:

Palladium, seu Effigies Palladis virtutum coloribus adumbrata. Graecii Widm. 1683. 8.

Sapientia nobilitata, seu Confoederata Sapientiae Nobilitas. Graecii id. 1686. 8.

Romanus applausus victricibus Austriae armis. Graecii id. 1687. 8.

Laurus posthuma Budae expugnatae. Graecii id. 1687. 8.

Orationes Sacrae Theologicae e SS. Patrum et magnorum Latinae ac Graecae Ecclesiae Doctorum Scriptis ac Gestis collectae, versu heroico expressae. Graecii 1693. id. 8.

Virtus coronata in Illustrissima et Antiquissima Barbonum Familia. Graecii id. 1693.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

ROMAUER Wolfgangus, Germanus, Viennae Austriae 5. Oct. 1715. natus, et aet. 17. in Societatem adscitus, 4 vota professus annis 20 Concionatorem Posonii, Jaurini, Clagenfurti, Neostadii, ac Viennae in Domo Annaea, professa ac Collegio egit; demum Clagenfurti Praeses Congregationis civicae, abolito Ordine ibidem obiit 1791. aet. 76.

Extat ejus germanice:

Sermo sacer ad Professionem Religiosam Mariae Petronillae a S. Joanne Evang. Posonii in Templo Ursulinarum dictus et impressus ib. Roger 1744. 4.

Sermo in Festo Nativitatis B. V. Mariae 1746.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Paintner.)

ROSACINUS Adamus Christianus, Bohemus 1623. natus, et Graecii 1649. in Provinciam Austriacam receptus, 4 vota professus, et Philosophiae Doctor, Poesim et Rhetoricam Viennae et Graecii, Philosophiam Graecii docuit. Seminario dein Ferdinandeo ibidem praefuit, ac demum Procurator interioris Austriae, vir a prudentia plurimum laudatus, ibidem pie obiit 28. Jul. 1666. aet. 43.

Edidit latine:

Quinque inscripti nomine Divum flores. Viennae Cosmerov. 1650. 12.

Poesis Lyrica. Graecii Widm. 1657. 12. Norimbergae Endter 1675. 12.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Propyl. Bibl. Univ. Graec.)

ROSAUNUS Christianus, e provincia Austriaca,

cujus latine:

Viola philosophica. Viennae 1650. 12. prosa et versu vario.

Oliva pacis sive Virgo sine macula concepta. Viennae 1650. 12. prosa et versu vario.

Adscribuntur ei etiam:

Quatuor anni tempora. Viennae 1650. 12. vario carmine.

Inscripti Nomina Divum flores. Viennae 1650. 12. prosa et carmine vario.

Digitized by Google

Mora theologica. Viennae 1650. 12. prosa et versu vario.

Lilia parvulorum, Partes III. Viennae 1650. 12. Carmine heroico. Omnia typis Cosmerovii.

(Wittmann.)

ROSENITS Vitus, Hungarus, in Broderstorf, provinciae Strigon. 1726. natus, et Budae aet. 18. in Societatem receptus, audita Cassoviae Theologia primum Concionatorem hungaricum tum Comaromii Adjutorem in Paroecia usque ad abolitionem Ordinis egit, obiitque Posonii 1794. aet. 68.

Edidit latine:

Panegyricus D. Ivoni dictus. Tyrnaviae 1757. 4.

(Paintner.)

ROSMER Paulus, Belga, Trajecti 1605. natus, Societati aet. 32. adscriptus, et 4 votis emissis in Provinciam Austriacam translatus, Rhetoricam, graecas litteras, Ethicam, Philosophiam, et annis 16 Theologiam scholasticam Viennae et Graecii docuit, ob eximiam virtutem non minus quam eruditionem a primariis Proceribus in Conscientiae arbitrum delectus, et a Curionibus ac Religiosorum Ordinum Coenobitis in causis dubiis consultus. Naturam duriorem singulari moderatione repressit, severus in se, in alios mitis, paupertatis amans adeo, ut in cubiculo quid mutare vereretur. Dei Eucharistici, quem ante quamvis actionem scholasticam salutavit, tum B. V. Mariae, S. Josephi et boni Latronis singularis cultor, pie obiit Graecii 8. Junii 1664. aet. 59. Elogium ejus in Propylaeo Bibliothecae Graecensis.

Edidit latine:

Rosa Mariana, centum Elogiis Magnae Dei Matris explicata. Graecii 1657. 12.

Conclusiones ex universa Theologia suis rationibus instructae; et quidem: De Deo Uno et Trino. Graecii Widmanstadii 1663. 8. Monachii 1677. 8.

De Actibus humanis. Graecii id. 1669. 8. Monachii 1677. 8.

De Iustitia et Jure ac potissimum de Contractibus. Graecii id. 1649. 8. Salisburgi Mayr 1660. 12.

De Sacramento et Virtute Poenitentiae. Graecii id. 1656. et 1662. 8.

(Sotvell. Bibl. Franciscr. Wittmann.)

ROSSI Joannes, Bohemus, e Provincia Austriaca, Missionarius in America Meridionali et quidem in Regno Quitensi, cujus:

Epistola ad R. P. Sebastianum Kayser Prof. Eth. Viennae, Gadibus 31. Jul. 1730. de itineribus plurium Missionariorum, duorum naufragio etc. — germanice in Stöcklein P. 21. n. 448.

Epistola ad eundem ex Havana in insula Cuba 6. Febr. 1731. de pluribus Missionariis peste in mari Carthagenam versus sublatis, et novorum in Havana adventu. germ. ib.

Epistola ad eundem ex praedio S. Francisci Borgia prope Mexicum 13. Nov. 1731. de primis novorum Missionariorum laboribus, terraemotu, miris quibusdam eventibus, et diversis naturae Dotibus. germ. ib.

Epistola ad eundem Mexico 5. et. 6. Mart. 1732. de terraemotu universali, pluribus naufragiis et morte P. Jo. Bakowski e Prov. Austr. Manilae defuncti. — germanice ib.

Post reditum in Europam:

Epistola Gadibus 28. Sept. 1730. qua narrat, Imperatorem Gumtsching, scholam latinam Pekini erexisse et Jesuitis tradidisse. — germ. ib. Parte XXI. pag. 176.

ROST Thomas, Hungarus, Tyrnaviae 21. Oct. 1695. natus, et 1713. in Societatem receptus, 4 vota professus, Philosophiae ac Theologiae Doctor, illam Cassoviae triennio, Scripturam S. Tyrnaviae ac Cassoviae pluribus annis praelegit, ac demum 12. Dec. 1765. pie obiit Posonii aet. 70.

Edidit latine:

Enthusiasmus super Tricolla Hungariae. Tyrnaviae 1722. 12.

Epitome chronologica rerum hungaricarum a nativitate D. Stephani ad annum 1576. a Samuele Timon S. J. scripta, ad an-

Digitized by Google

num 1736. producta, revisa, correcta et aucta. Cassoviae 1736. fol.
Extractus litterarum de pio obitu Joannis Comitis Palffi, Palatini Hungariae. Posonii 1751. 4.
Epitome Tursellini aucta.
Opera D. Francisci Sales. Latine reddita.

(Bibl. Saechen. Paintner.)

ROTH Carolus, Hungarus, Budae 16. Maji 1721. natus, et aet. 15. Societati Trenchinii adscriptus, 4 vota 1754. professus, Concionator quadriennio in Hungaria, tum Philosophiae ac Theologiae Doctor, illam primum, dein Controversias et Canones Cassoviae, tum Theologiam dogmaticam Tyrnaviae docuit; ac Budae et Jaurini Praefectus altiorum scholarum, Posonii Rector, Cassoviae Cancellarius, soluto Ordine obiit.

Est ejus latine:
Oratio funebris, dum Aug. Rom. Imperatoris ac Hungariae Corregentis Francisci I. piis Manibus per Reg. Cameram Hung. Aul. triduanis exequiis justa suprema persoluta sunt Posonii. Tyrnaviae 1765. fol.
Edidit Petri Mallei Dialogum primum quo ostenditur, Constitutionem Unigenitus a tota Christi Ecclesia esse acceptatam. Item: Breves observationes super XII Articulis, quorum approbatio a Sede Apostolica postulatur. Tyrnaviae 1765.8.

(Bibl. Saechen. Paintner.)

ROTTH Leopoldus, Germanus, Viennae Austriae 1. Jan. 1620. natus et aet. 18. Societatem amplexus, 4 vota professus, Missionarius primum in Hungaria, tum Concionator et Operarius indefessus pluribus annis diversis in locis, Procurator quoque inferioris Austriae, Collegio Jaurinensi, Seminario Ferdinandeo Graecensi, Residentiae Neosoliensi praefuit, ac demum pie obiit Traunkirchii 24. Nov. 1689. aet. 69.

Edidit latine:
Sagittae cordis, seu Preces jaculatoriae Viennae 1675. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Propylaeum. Bibl. Univ. Graec.)

ROVERA Joannes Bapt. 1622. natus, spretis parentum ac propinquorum impedimentis, et pinguissima haereditate, gloriosa fuga aditum sibi ad Societatem in provincia Austriaca effecit aet. 17. et 4 vota professus, ac utriusque facultatis Doctor, Philosophiam ac Theologiam Graecii, Viennae, Passavii docuit; virque omnium virtutum ornatu insignis, cum eadem die animam a noxiis purgasset, et sanctam Deo Hostiam litasset, incendio in ejus cubiculo casu exorto suffocatus est Viennae in Collegio 21. Dec. 1671. aet. 49.

Edidit latine:
Philosophiae Synopsis. Viennae Cosmerov. 1662. 12.
Decisiones de Sponsalibus et Sacramento Matrimonii juxta normam Libri IV. Decretalium. Passavii Höller 1666. 4.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Propyl. Bibl. Univ. Graec.)

ROY Franciscus Xaver., Hungarus, natione Italus, Capitanei C. R. filius, in Lukmanspurg 10. Aug. 1724. natus, et an. 1739. Viennae in Societatem admissus, 4 vota professus, Viennae in Collegio Theresiano Historiam veterem, tum biennio Logicam, Metaphysicam et Physicam tradidit, Concionator dein festivalis Viennae in Collegio et Domo professa annis 6, dominicalis Posonii annis 5, et ab anno 1770. ibidem in Aula Archiducis Christinae, abolito Ordine Abbas infulatus S. Mauritii de Botth et Canonicus Posoniensis, obiit 26. Sept. 1788. aet. 64.

Extat ejus germanice:
Panegyris S. Joanni Nep. in Templo Aulico Patrum Augustinianorum dicta, cum Excelsum Austriae inferioris Regimen Solemnitatem hanc primum celebraret. Viennae Kurzbeck 1759. 4.
Panegyricus S. Udalrico. Viennae 1763. Item S. Cassiano Ep. et M. Viennae.
Panegyricus funebris Francisco I. Rom. Imp. dictus. Posonii 1765. fol.
Sermo eucharisticus ob redditam M. Theresiae Aug. valetudinem. Posonii 1767. 4.
Concio Dom. IV. Adv. pridie Nativ. Domini. Posonii 1780. 4.
Funebris in obitu Franc. Com. Zichi Episc. Jaurin. ib. 1783. 4.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Bibl. Saechen.)

ROYS Adalbertus, Hungarus, Neosolii natus, et 1737. Societatem ingressus,

Digitized by Google

absolutis studiis, Concionatorem germanicum annis 2 Neosolii ac Petrovadini egit, et hic in obsequio militibus maligna febri correptis praestito, pie obiit 6. Maji 1755.

Edidit Magister latine:

Maria Amalia Francisci I. Rom. Imp. Filia pignus pacis. Cassoviae 1746. typ. Acad. 8. Carm. heroico.

Historia Illustr. Excell. et Reverendissimi D. Gabrielis Erdödy D. Monyorokeretz Episcopi Agriensis compendio concinnata. Cassoviae id. 1747. 8.

Prosopopoeiae sacrae brevibus oratiunculis expressae. Cassoviae 1747. 12.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Paintner.)

ROYS Franciscus Xaver., Hungarus, Neosolii 23. Sept. 1713. natus, et aet. 15. Societatem ingressus, 4 vota professus, Viennae Poesim et Rhetoricam, et Philosophiae ac Theologiae Doctor, Philosophiam triennalem Graecii, Ethicam Graecii et Viennae docuit; tum Socius Magistri Novitiorum in Domo Annaea biennio; rursus Viennae Ethicam, tum Controversias, Casus, ac demum Theologiam Dogmaticam ad annum usque 1758. docuit, quo, quod vires docendo non amplius suppeterent, ad S. Annae remissus, cum Decisorem casuum decennio egisset, ibidem pie obiit 1. Martii 1768. aet. 55.

Edidit latine;

Lessus carmine elegiaco in obitu M. Annae Archiducis Austriae, Belgii Gubernatricis Viennae Kaliwoda 1745. 8.

Exercitationes drammaticae. Viennae id. 1746. 8.

Ethica et Jus Naturae in usum auditorum Philosophiae conscripta cum Appendice seu Dissertatione I. De nexu Juris naturae cum Theologia naturali. II. cum Jure civili. Viennae Trattner 1755. et 1761. 8.

Recudi curavit Pauli Casati S. J. Dissertationem physicam de montibus flammiferis. Graecii 1749. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

RUMAN Sigismundus, Hungarus, Teutolipscii 21. Nov. 1685. natus, et aet. 16. Societati insertus, cum ipse prius ad fidem Romanam conversus etiam parentes suos ad eam adduxisset, 4 vota professus, et Philosophiae ac Theologiae Doctor, illam Tyrnaviae ac Cassoviae, Theologiam polemicam Tyrnaviae docuit, Concionatorem slavicum pluribus annis egit, ac pie obiit Szagolzae 13. Aug. 1738. aet. 53.

Composuit slavonice librum de Controversiis fidei, cui tamen immortuus.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

SAHEER Ferdinandus, Germanus, Neostadii in Austria 10. Aug. 1641. natus, et aet. 17. Societatem ingressus, 4 vota professus, et utriusque Facultatis laurea insignis, Rhetoricam primum Viennae, tum Philosophiam ac Theologiam Graecii ac Viennae annis 13 docuit; quum repente viribus fractis Ministrum Viennae tempore oppugnationis turcicae egit, militi vulnerato aut aegro quotidie inserviens, quin nec peste afflatis officia sua negans; demum ipse postremis 9 annis in palaestra patientiae continuis doloribus exercitus, piissime obiit Viennae in Collegio 23. Aug. 1698. aet. 57.

Edidit latine:

Baccalauri, seu Enucleatus Sapientiae Fructus e Symbolis eruitus, seu Odae in Symbola Imperatorum a Rudolpho I. ad Ferdinandum II. Viennae Matth. Cosmerovii 1671. 12.

Aucta Majorum gloria virtute virescens. In toga et sago illustrissima Comitum ab Herberstein Familia dicata Francisco Gundacker e Comitibus ab Herberstein dum suprema Philosophiae laurea in Universitate Vindobon. decoraretur. Viennae Cosmerovii 1679. 8.

Nova praxis componendi horologia sciatherica. Viennae 4.

Theses ex universa Theologia. Viennae Christoph. Cosmerov. 1684.

Digitized by Google

Christus natus sicut pullus hirundinis ipso deferente in Basilica S. Stephani ab Alumno Pazmaniano celebratus. Viennae 1685. 4.

Recudi curavit:

Defensio B. V. Mariae, et piorum Cultorum illius contra Libellum, cui titulus: Monita salutaria B. V. Mariae ad Cultores suos indiscretos, et contra Epistolam apologeticam pro iisdem. Viennae Cosmerovii 1682. — Libellum hunc primum edidit Moguntiae Lodoviscus Bona Theologus.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Propylaeum Bibl. Univ. Graec. Bibl. Saechen. Wittmann.)

SAIGHO Ignatius, Hungarus, Tyrnaviae 28. Sept. 1713. natus, et aet. 18. Societati adscriptus, 4 vota professus et Philosophiae Doctor, Tyrnaviae Rhetoricam exteros, domesticos Jaurini docuit; Philosophiae cursum Tyrnaviae absolvit, et ut erat vir insignis demissionis animi, et animarum zeli, e Scyllia Collegii fundo, quo in Paschate excurrit, redux, paralysi prostratus pie obiit 26. Apr. 1754. aet. 41.

Edidit latine:

Panegyris S. Ladislao dicta. Viennae.

Spectacula heroicae in Oriente Iuventutis carmine epico. Tyrnaviae typ. Acad. 1741.

Panegyricus lustri militaris sub felicissimis Auspiciis M. Theresiae Augustae Hung. et Boh. Reginae. Tyrnaviae 1741. et 1746. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

SAINOVICS Joannes, Hungarus, Tordasini in Comitatu Alba-regalensi 12. Maji 1733. natus, et an. 1748. in Societatem receptus, ab anno 1766. Tyrnaviae Socius Praefecti Speculae Astronomicae, et biennio post Hellium ad observandum transitum Veneris per discum solis Wardhusium comitatus, 4 vota professus, Philosophiae Doctor, et Theologiae Baccalaureus, Societatis Regiae Scientiarum Hafniensis et Nidrosiensis membrum, an. 1773. Professor Mathescos in Universitate Budensi, Socius ibidem Astronomi Regii sublato Ordine privatus vixit et obiit.

Edidit latine:

Demonstratio, Idioma Hungaricum et Lapponicum idem esse, Societati Regiae Scientiarum praelecta Hafniae ibidemque primum vulgata 1770. 4. Recusa Tyrnaviae 1772. 4. cum pluribus accessionibus, et approbata a quibusdam aliis linguarum septentrionalium indagatoribus.

Idea Astronomiae, honoribus Regiae Universitatis Budensis dicata Budae 1778. 8.

Extant in Msc. plures ejus Epistolae ad R. P. Franciscum Spleny S. J. Tyrnaviam, quibus totum iter suum cum Hellio Wardhusium et quae tam respectu Astronomiae quam Historiae naturalis, Geographiae et Physicae observarunt, describit.

(Horanyi. Jour. des Sav. 1772. Denis BK. Gött. Gel. Anz. 1779. Bibl. Saechen. Paintner.)

SALBECK (Szalbeck) Franciscus, Hungarus, 2. Dec. 1705 natus, et aet. 15. Societati adnumeratus, ac 4 vota professus, per omnem vitam in patria strenuum Operarium egit, ac pie obiit Udvarhelyni 19. Dec. 1770. aet. 65.

Edidit Magister latine:

Virtus heroica Francisci Astrauti in propaganda Religione Catholica. Claudiopoli typ. Acad. 1730. 12.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

SALBECK (Szalbeck) Michael, Jassiis in Moldavia 9. Maji 1709. natus, et aet. 16. Trenchinii in Provinciam Austriacam receptus, 4 vota professus et Philosophiae Doctor, Claudiopoli Poesim, Philosophiam et Controversias fidei tradidit, et aliis muneribus functus, ab Antistite Valachio Carolinam accitus, Clerum ejus septennio in Theologia instituit, Operarium simul zelosum agens; et attritus viribis ibidem piissime obiit 25. Febr. 1758. aet. 49.

Edidit latine:

Septicollis Dacia in octavo colle beata, Genti Haller de Haller-Kö devota. Carmen. Claudiopoli typ. Acad. 1735. 8.

Prima quinque Saecula Regni Mariani Apostolici ethice adumbrata. Claudiopoli 1746.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Paintner.)

SANDSCHUESTER Adamus, Germanus, in Austria 19. Jan. 1679. natus, et

Digitized by Google

aet. 16. Societati adlectus, et 4 vota professus, ex demissione animi inferiores primum classes, tum doctrinam christianam tradidit, ac demum sacras per Hungariam Missiones expetiit, multis annis diversis in locis strenuum Operarium egit, Viennae peste correptis inserviit, Holstenii Duci a sacris Confessionibus fuit, et tres ejus filias in rudimentis fidei instituit; ac demum laboribus fractus pie obiit Traunkirchii 8. Apr. 1738. aet. 59.

Edidit germanice:

Quaestiones de SS. Sacramentis. Viennae 1717.

Sermo sacer dictus in Solemnitate primi lapidis positi pro nova Ecclesia Residentiae S. J. Cibinii 4. Julii 1726. Ibid. Barth. 1726. 4.

Tria Prooemia magni momenti seu Inductiones in Expositionem christianae Fidei doctrinae pro omnibus hominibus sed praecipue christiana juventute. Viennae 1733. 12.

Doctrina fundamentalis Fidei de Confessione et Communione pro christiana juventute, antequam ad eas prima vice admittantur. Viennae 1733. 12.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

SAPPEL Hieronymus, Germanus, Brunae prope Viennam in Austria 14. Junii 1648. natus, et Societatem aet. 18. amplexus, ac 4 vota professus, mansuetiores litteras Graecii, Ethicam et Philosophiam reliquam Lincii tradidit; Procurator dein pluribus annis interioris Austriae Graecii, simulque indefessus Operarius, quo votum suum in Indiam eundi, cujus tamen executio ei a Moderatoribus negata, supplere conatus est, B. V. Mariae praeterea cultor tenerrimus, pie obiit Graecii 1. Jan. 1721. aet. 73.

Edidit germanice:

Clara hominis christiani institutio in iis, quae ad Religionem et virtutum exercitia spectant. Graecii Widm. 1702. 12.

Manuductio ad usum Exercitiorum S. Ignatii ex diversis autoribus collecta. Graecii 1712. 8.

Plura opuscula catechetica.

(Propyl. Bibl. Univ. Graec. Gesta et Scripta Prov. Austr.)

SARMEDA Daniel, Italus, Utini in Statu Veneto 16. Dec. 1676. natus, et aet. 19. Graecii in provinciam Austriacam cooptatus, Professorum albo inscriptus, et Philosophiae Doctor, eam Goritiae et Graecii, Theologiam moralem ac Jus Pontificium Passavii, Goritiae, Labaci, Clagenfurti docuit, et Antistiti Passaviensi ac Tergestino pluribus annis a sacris consiliis fuit, ac demum B. V. Mariae singularis Cultor pie obiit Goritiae 40. Julii 1743. aet. 67.

Edidit latine:

Synopsis Genealogiae Austriacae. Graecii Widm. 1713. 12.

Florus alter, seu Ericii Puteani Historiae barbaricae libri VI., qui irruptiones barbarorum in Italiam, occasum Imperii et res Insubrum continent. Graecii 1714. 12. Tyrnavii 1744.

Reliquit Elucubrationum grandem molem typo paratam.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

SARTORI Sigismundus, Germanus, Graecii in Styria 8. Sept. 1714. natus, et aet. 17. Societati adscriptus, 4 vota professus, Philosophiae Doctor, Ethicam Graecii docuit, ad populum dixit Posonii, Viennae, Graecii, ubi demum pie obiit.

Edidit germanice:

Libellum de SS. Exercitiis. Graecii Widm. 1754. pluresque alios asceticos libellos.

(Neuerl. Lex. Gesta et Scripta Prov. Austr.)

SAVOI Paulus, Germanus, Tyrolensis Altalipensis 26. Jan. 1691 natus, jam Sacerdos et Philosophiae et Theologiae laurea ornatus ad Societatem accessit Viennae 1714. et cum 12 annis diversis in locis concionatus esset, Belgradum missus, domicilii et scholarum praefectus, in operibus charitatis diu noctuque desudans, mox lethali morbo correptus, piissime obiit 13. Sept. 1735. aet. 44.

Extat ejus germanice:

Funebris Oratio Perillustri D. Francisco Sigray, haereditario Domino in Sup. Suran, ad solemnes Exequias in Valle Mariae prope Posonium. ib. Roger 1727. 4.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

Digitized by Google

SAUTTER Marcus, Germanus, Nytenavii in Palatinatu Superiore 18. Dec. 1680. natus, et aet. 22. Philosophiae laurea ornatus, Trenchinii in provinciam Austriacam cooptatus, Sacerdos Viennae Poesim et Rhetoricam docuit, et variis muniis perfunctus pie obiit Leobii 16. Martii 1749. aet. 69.

Edidit latine:

Parnassus sacer, seu Carmen de Coelitibus, qui nomen commune Poetis habent. Viennae Schmidt 1718. 12.

Omina belli turcici ex Neonato Archiduce Leopoldo. Viennae id. 1716. 8.

Epistolae encharisticae Carolo VI. Imp. inscriptae a Provinciis ob victorias 1718. relatus. Viennae Schmid. 8.

Daphnis Pastor, seu S. Franciscus Xaverius Philosophiae Patronus, per apostolicos suos vitae labores sacris Eclogis celebratas. Viennae id. 1719. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

SCALLETARI Josephus, Italus, Goritiae in foro Julii Austriaco 21. Jan. 1658. natus, et aet. 16. in provinciam Austriacam adscitus, 4 vota professus et utriusque Facultatis Doctor, Mathesim, Philosophiam ac Theologiam Viennae ac Graecii 17 annis docuit, et hic Academiae Cancellarius fuit. Rexit dein Collegium Goritiense, Graecense et Viennense, vir singulari mansvetudine ac pietate praeditus, obiitque in Maurensi Collegii Viennensis praedio 23. Sept. 1712 aet. 54.

Edidit latine:

D. Leopoldus Pius, Felix, Marchio Austriae cum emblematibus. Viennae Cosmerov. 1692. 12.

Recentissima Pietatis Austriacae Monumenta Leopoldi I. sc. et Majorum ejus in Deum, S. Crucem, SS. Eucharistiam Religio, et B. V. Mariae Cultus. Viennae 1693.

Panegyrici Leopoldi I. Virtutibus Magni ipso Promotore a Rhetorica Vien. oblati. Viennae 1693. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

SCHACHNER Ignatius, Germanus, Waidhofii in Austria 19. Aug. 1700. natus Philosophiae Doctor Viennae 1721. in Societatem receptus, et 4 vota professus, Viennae Poesim et Rhetoricam docuit, ad populum Posonii, Labaci et Leobii dixit, Collegium Judenburgense rexit, ac variis muniis functus pie obiit Lincii.

Edidit latine:

Lustra decem Coronae Viennensis (seu Suburbia Viennensia) ab anno obsidionis ultimae 1683. ad annum 1733. instaurata et ampliata. Viennae Ghelen 1734. 8. prosa et versu c. fig. Recusa cum novis delineationibus et versibus elegiacis.

Duces supremi qui elapso Saeculo XVII. Caesareis Augustissimae Domus Austriacae Exercitibus summa potestate praefuere. Viennae Kaliwoda 1735. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

SCHAUER Aloysius, Italus, Goritiae 21. Junii 1738. natus, aet. 18. in provinciam Austriacam susceptus, ac 4 vota professus, ab anno 1770. Praefectum et professorem linguae italicae Viennae in Collegio Nobilium Theresiano egit, et obiit Goritiae Julio 1798. aet 60.

Edidit germanice:

Introductio ad linguam italicam cum notione originis et progressus ejusdem ad nostra usque tempora. Viennae Kurzbeck 1772 et aucta 1776. 8. in usum Collegii Theresiani.

Meditationes Ludovici de Ponte in usum ejusdem. Viennae 1773. 8.

Geometria practica in ejusdem usum. Viennae 1776. 8.

Laboravit etiam in Theatro Naturae et Artis. Viennae 1778.

Italice.

Oratio funebris in laudem L. B. Gerardi van Swieten, ex germanico Ign. Wurz 8. J. traducta a P. C. B. (Petro Comite Bliimegen) ipso dirigente. Viennae Trattner 1713. 8.

Specimen super lingua, eloquentia et poesi italica propositum nobili juventuti Collegii Theresiani. Viennae Kurzbeck 1778. et 1785. 8. Est ceu secunda pars Grammaticae Italicae.

Chrestomatia italica. Viennae 1785. 8.

Reliquit in Msc. Dictionarium Italicum.

(Mensel. Denis B. G. Bibl. Carniol.)

Digitized by Google

SCHEFFL Augustinus, Germanus, Viennae Austriae 12. Aug. 1739. natus, aet. 15. Societatem ingressus, ac 4 vota professus, in Collegio Theresiano Viennae primo Praefectus et Concionator dominicalis biennio, tum Graecii Rhetoricam pluribus annis etiam post abolitum Ordinem docuit, ac demum ad S. Hyppoliti Praefectus inferiorum scholarum pie obiit initio Maji 1809. aet. 70. Vertit cum Fr. Xav. Riedel e latino in germanicum:

Spectacula Theatralia Andreae Friz S. J. Viennae Bernardi 1762. 8. s. n.

Praeterea edidit germanice;

Sermo in Natalem Josephi II. Aug. Graecii 1773.

Philippica I. Demosthenis ex graeco.

Oda in Adventum Imperatoris ad campum Leibniziensem 1774.

Buffieri Argumenta Religionis revelatae ex gallico 1779.

SCHEGA Joannes, Germanus, Labaci in Carniolia 1595 natus, et aet. 17. Societatem ingressus, 4 vota professus et utriusque facultatis Doctor, ob singularem modestiam Angeli nomen sortitus, cum Philosophiam quadriennio docuisset, Socius primum et biennio post Magister ipse tyronum Viennae in Domo Annaea sexennio, Collegii dein Viennensis Rector et Provinciae Praesidis quadriennio Socius fuit. Tum Leopoldum Guilielmum Austriae Archiducem ad castra secutus, ei in Austria, Imperio et Belgio a sacris confessionibus summa cum approbatione fuit, omnem honorem, quin et Aulae mensam fugiens; Jansenii asseclarum quavis occasione data acerrimus et imperterritus insectator; vir praeterea in se rigidus, et Sabbatho ad extremum senium omni calida esca abstinens, nullius gravioris noxae, ut credebatur, tota vita reus, piissime obiit Viennae 14. Junii 1664. aet. 69.

Edidit latine:

Jubilus de eo, quisnam sit Religiosus et verus Jesu Socius. Tertio impressus Graecii Widm. 1684. 8. E latino in germanicum vertit et edidit lat. et germ. s. n. P. Jacobus Pierling Viennae typ. Mech. 1838. 12.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

SCHEIDNER Georgius, Germanus, Hartbergae in Styria 4. Aug. 1655. natus, et aet. 23. Societati adnumeratus, 4 vota professus et Philosophiae Doctor, eandem Cassoviae quadriennio docuit, et diversis muneribus cum laude perfunctus, Instituti tenacissimus pie obiit Tyrnaviae 12. Maji 1716. aet. 61.

Edidit latine:

Hebdomas Regni Hungariae per septem Regni saecula distributa. Leutschoviae 1695. 8.

Edidit etiam libellum ad devotionem in sacrificando excitandam, adjectis meditationibus et obligationibus status Sacerdotalis. Tyrnaviae typ. Acad. 1721.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Paistaer.)

SCHENCK Christophorus, Germanus, Viennae Austriae 26. Oct. 1626. natus, aet. 16. in Societatem cooptatus, ac 4 vota professus, Concionator, Procurator interioris Austriae, Seminarii Viennensis et Graecensis Regens, ac Rector Collegii Styrensis, heroicae patientiae exemplar tum in toleratis cum silentio calumniis sibi afflictis tum in diuturno morbo ac ipsa membrorum scissione forti animo sustenta, piissime obiit Cremsii 4. Oct. 1691. aet. 65.

Edidit latine:

Necessaria ad salutem scientia, seu eorum quae ad notitiam Christianae fidei pertinent. Tomi tres in 4to. Primus prodiit Cremsii Christ. Walter 1689. Alter Moguntiae 1691. Tertius absolutus, non tamen editus.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

SCHENDL Fridericus, Hungarus, Comaromii 5. Dec. 1690. natus, aet. 21. Societati se dedit, Magister Tyrnaviae Poesim et Rhetoricam docuit, 4 vota professus, concionatus per Hungariam annis 5, cum diversas domos rexisset, Tyrnaviae Seminario S. Adalberti in alterum annum praefectus, pie obiit 9. Apr. 1738. aet. 48.

Edidit latine:

Sedes Deorum, seu Hungaria rerum omnium copia affluens. Carmen eleg. Tyrnaviae typ. Acad. 1720. 12.

Accusata et defensa SS. Cyrilli et Friderici Innocentia. Tyrnaviae 1721. 12.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Paistaer.)

Digitized by Google

SCHERENBERG Joannes Bapt., Germanus Lendorfii in Carinthia illustri familia 14. Julii 1679. natus, et aet. 22. absoluta Philosophia Societatem ingressus Poesim et Rhetoricam Graecii, tum 4 vota professus ac Philosophiae Doctor, hanc primum, tum et Theologiae diversas partes Graecii, Cassoviae ac aliis locis exposuit, Cremsii demum pie obiit 14. Sept. 1739. aet. 60.

Edidit latine:

Exercitationes Poeticae. Graecii Widm. 1714. 12.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

SCHERER Franciscus salesius, Germanus, in Ottersweiler in Magno Ducatu Badensi 22. Febr. 1788. natus et aet. 18. Societatem in Alba Russia ingressus, absolutis Studiis per 14 annos Missionarium egit in Missionibus germanicis penes Odessam et circa mare nigrum sitis. Cum vero Societas 1820. Russiam deserere coacta in Galiciam Austriacam recepta fuisset, 18 annis tum classes grammaticales, tum Humaniora Tarnopoli docuit. Snbin missus in Styriam Professor Repetentium humaniores litteras, Procurator in Collegio Graecensi, et Concionator Graecii et Lincii fuit.

Scripsit germanice:

Lilia et Rosae. Libellus precatorius Marianus. Graecii Jos. Sirolla 1844. 12. Recusus 1846. 12. s. n.

SCHERERN Carolus, Germanus, Viennae Austriae 8. Oct. 1695. natus, et aet. 15. Societati insertus, solemni professione emissa, a missione Indica obtenta ex Hispania morbo retractus, diversis in locis Concionatorem, Missionarium in Styria, Comaromii Paroeciae Administratorem egit, ubi et pie decessit 28. Febr. 1739. aet. 44.

Edidit germanice tacito nomine plures libellos de fidei controversiis: quos inter Lux in tenebris. Posonii, Viennae etc. recusus.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

SCHERFFER Carolus, Germanus, Gmundae in Austria 9. Nov. 1716. natus et aet. 16. Societatem ingressus, 4 vota professus et Philosophiae Doctor, e celeberrimis Provinciae suae postremo tempore viris ob profundas Physices et Matheseos notiones, cum Mathesim aliquot annis Graecii, Praefectus simul Speculae astronomicae, docuisset, Philosophiae dein partes omnes in Universitate Vindobonensi tradidit, in eaque primus anno 1753. Systema Nevtonianum introduxit, quod et anno 1762. et correctius 1768. typo dedit. Anno 1736. Scholasticis e Societate atque etiam Laicis, qui sublimiori Mathesi se dare voluere, Viennae eandem praelegere coepit, usus primum Wolfio, quod vero is fusior esset, Caillii Elementa mathematica, ut et Calculum infinitesimalem Hospitalii et integralem Bougainvillii, in Discipulorum suorum usum e gallico in latinum sermonem vertit. Anno demum 1770. editis interea compluribus aliis operibus, proprium suum Cursum Mathematicum, quem tertio quovis anno absolvit, typo dare coepit, testimonium luculentissimum profundissimae suae in hoc genere scientiae, quod eo vel maxime augetur, quod tota editio Londinum abducta sit, ut nullum jam a pluribus annis ejus exemplar prostet. Abolito Ordine Decreto Caesareo Professor publicus sublimioris Matheseos in Universitate Viennensi nominatus, in munere hoc, studiis adeo semper immersus, ut nullam sibi recreationem indulgeret, ad mortem usque perstitit, quam vir simul vere religiosus pie obiit Viennae 24. Julii 1783. aet. 67.

Edidit latine:

De ascensu Mercurii in Barometro. Carmen. Graecii 1749. 8.

Institutiones Logicae et Metaphysicae. Viennae 1752. et 1753. 8. et iterum 1763.

Institutiones Physicae generalis et particularis. Viennae 1752. et 1753. correctius 1763. 1768. 8.

La Caille Elementa Algebrae et Geometriae e gallico. Viennae. 1756. 4.

Ejusdem Elementa Astronomiae physicae et geometriae. Viennae 1757. 4.

Ejusdem Elementa Opticae cum Boscovichii Theoria Micrometri. Viennae. 1759. 4.

Ejusdem Elementa Mechanicae. Viennae. 1759. 4.

Appendix ad ejusdem Lectiones elementares astronomicas, complectens mutationes

Digitized by Google

autoris in nova editione Parisiensi contentas. Viennae 1762. 4.

Calculi infinitesimalis Pars I. seu Calculus differentialis Hospitalii et Pars II. seu Calculus Integralis Bougainvillii. Viennae 1764. 4.

Cursus mathematicus, scilicet:

Institutionum analyticarum Pars I. seu Analysis Quantitatum finitarum. Praecedit Arithmetica. Viennae 1770. 4.

Earundem Pars II. continens Calculum infinitesimalem, differentialem et integralem. Viennae 1771. 4.

Institutionum Geometricarum Pars I. seu Geometria elementaris. Viennae 1770. 4.

Earundem Pars II. seu Geometria plana. Viennae 1770. 4. germanice Hallae 1783. 8.

Earundem Pars III. seu de Sectionibus conicis. Viennae 1771. 4.

Earundem Pars IV. de Curvis algebraicis altioris ordinis et loci geometrici. Viennae 1771. 4.

Institutionum Mechanicarum Pars I. de Motu et Aequilibrio corporum solidorum. Viennae 1773. 4.

Earundem Pars II. de Motu et Aequilibrio corporum fluidorum. Viennae 1773. 4.

Institutionum Opticarum Partes IV. Vol. I. Viennae 1775. 4.

Institutiones Geometriae sphaericae. Viennae 1776. 4.

Institutiones Astronomicae. Viennae 1778. 4.

Supplementa ad 6 Institutionum Mathematicarum Volumina. Viennae Trattner. 1782. 4.

Praeter haec edidit latine:

Prolusio de umbris coloratis corporum. Viennae Trattner. 1754. 4.

Brevis Theoria motus corporum projectorum in medio non resistente. Viennae 1760. 4.

Dissertatio de cellulis apum. Viennae 1760. 4.

Dissertatio de Iride. Viennae 1761. 4.

Dissertatio de Coloribus accidentalibus. Viennae 1761. 4.

Dissertatio de emendatione Telescopi dioptrici per vitrum objectivum compositum. Viennae 1762. 4.

Germanice:

Emendatio nova Telescopiorum dioptricorum a Dolando inventorum. Lipsiae 1764. 4.

Dissertatio de coloribus accidentalibus. Viennae 1765. 4.

De emendatis Telescopiis dioptricis ex italico Boscovichii. Viennae 1765. 4. cum Appendice.

Specimen trigonometricum super electione stationis, ad distantiam duorum locorum metiendam, si ad unum solum accedi potest, et in determinatione necessariorum angulorum errores commissi sunt. Viennae 1766. 8.

Dissertatio de Cochlea aquatica. Viennae 1774. 8.

Computatio momenti inertiae quorundam corporum; quorum partes prorsus conformes sunt, et quorum in disquisitionibus mechanicis crebrior usus esse potest, cum applicatione ad determinationem longitudinis penduli simplicis. In Collectaneis ad varias scientias. Viennae Bernardi 1775. 8.

Epistolae ad Moshardtum super adumbratione Geometriae sphaericae. 1775. 8.

Dissertatio de projectione geographica et orthographica elliptoidis ad polum compressae, et de figura umbrae telluris in eclipsibus lunae. Viennae Trattner. 1778.

Collationes ad Mathematicam. Viennae. Trattner 1781. 4. c. fig.

Collationes ad Geometriam in superficie terrae. Viennae id. 1783. 8.

Dissertatio de Seriebus ex latino a Lilienstein. Viennae 1782. 4. Neostadii. 1782,

Trigonometria plana theoretica et practica, ex latino cum notis. Halae 1782. 8. c. fig.

Institutiones ad Astronomiam. Viennae 1797.

(De Luca. Gött. Gel. Anz. 1778. et 1783. Heinsius.)

SCHEZ Francicus Xaverius, Germanus Viennae Austriae 8. Julii 1701. natus, et aet. 16. Societati adscriptus, 4 vota professus, et utriusque facultatis Doctor, Philosophiam Clagenfurti et Viennae, Casus, Canones et Scripturam S. Lincii, Graecii, Passavii, Viennae et in Universitate hac Theologiam dogmaticam quinquennio exposuit, Praefectus altiorum scholarum in Collegio

Digitized by Google

Theresiano ac Lincii fuit, ac demum abolito Ordine pie obiit Viennae.

Extat ejus:

Panegyricus funebris Carolo VI. Imp. Rom. dictus. Graecii Widm. 1741. fol.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

SCHEZ Petrus, Germanus, Xaverii frater, Viennae Austriae 11. Jan. 1691. natus, aet. 15. Societatem amplexus, 4 vota professus, et utriusque Facultatis Doctor, Philosophiam Graecii, Goritiae et Tyrnaviae, Controversias et Casus Graecii ac Viennae, et demum Theologiam dogmaticam Graecii quinquennio docuit. Ibidem dein 15 annis Cancellarius, ac inter hos Clagenfurti Rector, demum Graecii hydrope pie obiit 25. Apr. 1756. aet. 65.

Edidit Magister Tyrnaviae Poesim docens, tacito nomine libellum summopere aestimatum, sc.

Metamorphosis Hungariae. Carmen. Tyrnaviae typ. Acad. 1716. 12. — Germanice per Carolum Comitem de Zichy Collegii Theres. Alumnum dirigente Burchardo. Viennae 1768. 8.

Reliqua Opera latina pariter, pariterque anonyma sunt:

Geographiae novae veterum locorum regnorumque nominibus et historica synopsi auctae Opusculum I. Tyrnaviae 1726. 8. Opusculum II. et III. ibid. 1727. 8.

Historia Ducum Styriae in tres partes divisa Aug. Caesari Carolo VI. in Natali ejusdem, a Collegio Graecensi oblata. Graecii Widmanstad. 1718. fol.

Recudi curavit: Dan. Kurtii Commentaria duo de Situ Paradisi et Navigationibus Salomonis. Graecii 1734. 8. c. fig.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

SCHEZER Urbanus, Germanus, Mettinae in Comitatu Tyrolensi 22. Maji 1636. natus, et Clagenfurti aet. 22. in provinciam Austriacam receptus, 4 vota professus Viennae Poesim, Tyrnaviae Rhetoricam docuit, ac per omnem vitam Concionatorem, Missionarium, Curionem Castrensem, ubique indefessum egit, ubi non semel peste infectis propriae vitae periculo inserviit, ac pie obiit Cremsii 12. Febr. 1762. aet. 66.

Edidit latine:

Augustum Spectaculum Austriacae in Eucharisticum Deum Pietatis. Carmen heroicum. Viennae Matth. Cosmerovii 1672. 8.

SCHICKMAYR Franciscus Xav., Germanus, Viennae 17. Decembris 1710. natus, 17. Octobris 1730. in Societatem receptus, Lincii Ethicam, Passavii Philosophiam, Labaci Casus et Jus pontificium docuit, ac pie obiit Lincii 17. Mart. 1762.

Est ejus latine:

Oratio de immaculata Conceptione Virginis Deiparae. Tyrnaviae 1740. 4.

Sermo eucharisticus Immigrationis Virginum de Nostra Domina in novum domicilium praesentibus Majestatibus Caes. Reg. Posonii. Ibidem. 1754. germanice.

(Paintner. Wittmann.)

SCHIFFERMILLER Ignatius, Germanus, Hellmondsedii in Austria 4. Nov. 1727. natus et aet. 19. in Societatem receptus, in eaque 4 vota professus ab anno 1760. latinitatem et Architecturam in Collegio Theresiano Viennae tradidit; abolito Ordine Collegium Nordicum Lincii rexit, et ab anno 1789. Parochus et Decanus ruralis Waizenkirchii, et Canonicus titularis Lincensis, vir ob doctrinam, prudentiam et pietatem ab omnibus aestimatus, ibidem in munere hoc religiose obiit 1806. aet. 79.

Edidit germanice:

Specimen Systematis Colorum. Viennae Bernardi 1772. 4.

Recensio systematica Papillionum regionis Viennensis a Professoribus quibusdam Collegii Theresiani (Schiffermiller et Denis) edita. Viennae 1776. 4. — Aucta ab J. K. W. Illiger. Tomi II. Brunsvigae 1801. 8.

Spicilegium Historiae Insectorum Austriacorum: in Schrankii Epistolis de Historia naturali, ubi et relatio de ejus horto oeconomico-botanico.

(Denis Bibl. Gor. Gött. Gel. Ans. 1786.)

SCHIMONSKI Otto, e provincia Austriaca,

Cujus latine:

S. Ignatius Lojola S. J. Fundator, olim Parisiensis Theologus. Viennae Cosmerov. 1659. 12.

(Wittmann.)

Digitized by Google

SCHINDLER Nicolaus, Germanus, gente Bojus et 1711. Passavii in provinciam Austriacam adlectus, abrupta Graecii Theologia 1723. in Americam, quo dudum anhelavit, missus, multa pro Gloria Dei et animarum salute egit tulitque, ac demum in Provincia Quitensi, ubi semper Missionarius et demum totius Missionis Superior fuit, terrestris loco coelestem patriam invenit 1741. Vitam, mortem et virtutes ejus fuse refert P. Joannes Magnin in Epistola ex Quito 3. Mart. 1744. scripta.

Edidit, Poesim Magister docens, latine:

Somnium Poeticum. Carmen. Tyrnaviae typ. Acad. 1721. 12.

Ejus etiam est:

Epistola ad P. Jacobum Rospichler S. J. et Prof. Math. Viennae ex Quito 13. Febr. 1725. de itinere suo, de statu politico et Missionum ad flumen Maragnon.— germanice in Stöcklein Parte XI. n. 282.

Epistola ad R. P. Franciscum Molindes S. J. Viennam ex Quito 2. Mart. 1725. de itinere R. P. Petri de Campos tanquam Procuratoris Romam. — germ. ib. n. 284.

Epistola ad P. Jacobum Rospichler ex Missione S. Jacobi ad fluvium Maragnon 10. Jan. 1736. de statu harum Missionum. — Germ. ib. P. XXIX. n. 565.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

SCHINERER Antonius, Germanus, in Terrifodinis Styriae 20. Aug. 1699. natus, aet. 17. Societatem adiit, et 4 vota professus, Philosophiam Labaci, Casus Goritiae, Clagenfurti, Labaci docuit, concionatus annis pluribus Clagenfurti, Styrae, Posonii, Sopronii, demum pie obiit Passavii 24. Martii 1770. aet. 1771.

Extat ejus germanice:

Sermo sacer in honorem Matris dolorosae dictus Lincii in monte Calvariae. ib. 1743. 4.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

SCHMELZER Franciscus, Germanus, Viennae Austriae 27. Junii 1678. natus, et aet. 17. Societati aggregatus, 4 vota professus et Philosophiae Doctor, eandem Viennae quadriennio docuit. Tum ad Aulam Saxo-Siziensem vocatus, Duci ad Sacra Romana redeunti a sacris consiliis et confessionibus fuit, et post triennium redux idem obsequium Nobilissimo Viro Windischgraezio Hagam Comitum primum, dein ad Congressum Cameracensem legato, summa cum approbatione praestitit. Reversus etiam hinc post sexennium Musaeo Mathematico Viennae praefuit, et domesticis, primus ad normam subducendi rationes per litteras, decennio Mathesim tradidit; et demum vir piissimus obiit Viennae 26. Jan. 1738. aet. 60.

Edidit latine:

Quaestiones naturales curiosae de homine ex Aristotele aliisque Philosophis, Medicis et Philologis resolutae. Viennae Voigt 1715. 12.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

SCHMERLING Petrus, Germanus, Viennae Austriae 7. Julii 1667. natus, et aet. 15. Societati adscriptus, concionatus Cremsii Posonii, et Leobii, Viennae Congregationi Coelibum praefuit, et curam permolestam carcerum maximo zelo decennio habuit, aliisque muneribus functus pie obiit Neostadii 14. Martii 1742. aet. 75.

Edidit germanice:

Auxilium B. V. Mariae contra Turcas et haereticos per historias in forma Calendarii ad singulos anni dies demonstratum. Viennae Schwendiman 1717. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

SCHMID Franciscus Xaver., Germanus, Viennae Austriae 3. Oct. 1700. natus, et aet. 17. Societati adscriptus, 4 vota professus, Viennae in Collegio et ad S. Annae quinquennio ad populum dixit et variis muneribus functus pie obiit Viennae in Domo Annaea 1752. aet. 52.

Extat ejus germanice:

Panegyricus S. Joanni de Matha, Viennae in Templo SS. Trinitatis 1732. dictus. Recusus Augustae Grueber 1741.

Item S. Benedicto ad Scotos 1733. dictus. Recusus ib. id. 1741.

Item ad Primitias A. R. D. Fratris sui Clerici Regularis S. Pauli.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

SCHMIDHAUER Andreas, Hungarus, Quinque-Ecclesiis 2. Aug. 1712. natus, et

Digitized by Google

aet. 17. Societati adjunctus, 4 vota professus, et utriusque facultatis laurea ornatus, Philosophiam Tyrnaviae, Theologiam Cassoviae pluribus annis docuit, ac ibidem Academiae Cancellarius pie obiit 7. Oct. 1764. aet. 52.

Edidit latine:

Luculentum immaculati Conceptus Mariani ab Ecclesiae autoritate argumentum, dictione oratoria propositum. Tyrnaviae. 1742. 4.

Bellicarum in Hungaria calamitatum causae tres totidem Dissertationibus propositae. Tyrnaviae typ. Acad. 1746. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Paintner.)

SCHMIDT Franciscus Xaver., Germanus, e provincia Austriaca grandaevus obiit ad S. Annae 22. Febr. 1724.

Est ejus latine:

Entheatus Triumphi Austriae dies. Viennae. Kürner. 1690. 12.

(Wittmann.)

SCHMIDT Michael, Germanus, Viennae Austriae 18. Apr. 1735. natus et aet. 17. in Societatem adsumtus, absolutis Graecii severioribus litteris ibidem Poesim tradidit, et soluto Ordine Viennae Operarium egit.

Est ejus germanice:

Arcus triumphalis. Oda in Adventum AA. Leopoldi cum Ludovica Conjuge. Graecii 1765.

SCHMIDT Paulus, Sacerdos Graecii Rhetoricam docuit, et dum Viennae Theologiae studeret, dicta ab eo

latine:

Oratio funebris in Exequiis Magnifici Domini Balthasaris de Nollarn, Universitatis Viennensis in quartum annum Rectoris.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. ex Calendario Academiae Vienn.)

SCHMITTH Nicolaus, Hungarus, Nagy-Martony 6. Dec. 1707. natus, et aet. 21. Societati insertus, 4 vota professus et utriusque Facultatis Doctor, Viennae Dialecticam, Tyrnaviae Philosophiam et Theologiam 13 annis tradidit; Cancellarius ibidem fuit, Collegium Jaurinense rexit, et Collegii Tynaviensis Rector, de Historia praesertim patria optime meritus, pie obiit 24. Aug. 1767. aet. 60.

Edidit latine:

Triumphi laureati D. Joannis Francisci Regis, Magni Galliarum Apostoli. Carmen eleg. typ. Acad. 1738. 8.

Palatium Regni Hungariae rebus pace belloque gestis Palatinorum, Locumtenentium, Pro-palatinorum sub regibus Austriacis illustre ab anno 1490. Cassoviae 1739. 12.

Palatini Regni Hungariae e diversis Scriptoribus patriis, externis, diplomatibus aliisque monumentis litterariis eruti ad nostram aetatem cum accurata chronologia deducti. Tyrnaviae typ. Acad. 1739. Recusum cum Palatinis P. Nic. Muszka 1752. f. ac tertio itidem Tyrnaviae 1760.

Panegyricus D. Francisco Xav. dictus Tyrnaviae 1740. 12.

Imperatores Ottomanici a capta Constantinopoli cum Epitome Principum Turcarum usque ad annum 1718. Partes IX. Tyrnaviae 1747—1752. 8. et ibid. Tomi II. typ. Acad. 1760. fol. c. fig. — Extracti in Molnar Bibl. Hung. Tomo IV.

Series Archiepiscoporum Strigoniensium dicata A. Episcopo Nicolao e Com. Czaky. Tomi II. Tyrnaviae 1752. et 1758. in fol.

Decades IV. Virorum illustrium Paraquariaq Soc. Jesu ex litterariis instrumentis ejusdem Provinciae (a P. Nicolao del Decho primum, dein Ladislao Orsiz S. J. collectis) in ordinem redactae, a Sacerdote S. J. (Nic. Schmitth) Decennio auctae. Partes II. Tyrnaviae 1755. fol.

Panegyricus D. Ignatio in anniversaria Festivitate Universitatis Tyrnaviensis. ibid. 1756. 12.

Tractatus theologicus de Virtutibus theologicis, Fide, Spe et Charitate. Tyrnaviae 1759. 4.

— — de Augustissimo Verbi Divini Mysterio. ibid. 1761. 4.

— — de Divina Gratia. ib. 1756. et 1762. 4.

— — de Justitia et Jure. ib. 1760. 4.

Francisci Borgia Keri S. J. Imperatores Ottomanici auct et recusi. Volumina II. Tyrnaviae 1760. et 1761. fol.

Episcopi Agrienses fide diplomatica concin-

Digitized by Google

nati. Tomi III. Tyrnaviae 1768.8. Jaurini 1763. 4.

Ladislai Turozii S. J. Hungaria cum suis Regibus aucta a Nic. Schmitth, et a Stephano Katona S. J. ad nostra tempora continuata. Tyrnaviae 1768. 4.

Schola Castitatis docens actiones et affectus ad Angelicae Puritatis normam componere. Tyrnaviae 1769. 12.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Bibl. Specbes. Paistner.)

SCHNELLER Josephus, Germanus, Graecii in Styria 1. Dec. 1734. natus, et aet. 16. Societati adnumeratus in domo Annaea, repetitis Leobii humanioribus, quas dein triennio Labaci docuit, et audita ac defensa magna cum laude Viennae Philosophia ac Theologia, tertio probatus Judenburgi, et 4 vota professus, cum Jaurini anno uno concionatus esset, casu auditus ab Em. Card. et Archiepiscopo Viennensi, ob singulare dicendi donum mox ab eo postulatus, ab anno 1766. ad obitum usque suum ipsis 36 annis Concionatorem in Ecclesia Metropolitana Viennensi maximo semper et plausu et fructu egit, aeque magnus Orator in homiletico et morali ac panegyrico dicendi genere, cujus aeternum monumentum Funebres ejus M. Theresiae, Josepho II. et Leopoldo II. Augustis, triduo singulae ad S. Stephani dictae sunt. Beneficiatus ad S. Magdalenae ,. Capellanus castrensis universi regiminis civici Viennensis, vir simul pius et zelosus et tam in S. Tribunali quam ad lectulos moribundorum assiduus et in pauperes liberalis obiit 2. Apr. 1802. aet. 68. in Cur. Archiepiscopali, quam et haeredem ex asse scripsit.

Extant ejus germanice:

Conciones Dominicales, Festivales et Quadragesimales. Tomi VI. Viennae Kurzbeck 1787. 8.

Inter Conciones plurimas praeter has seorsim editae eminent:

Concio de Indulgentiis. Viennae 1782. 8. composita jussu Archiepiscopi, dicta in Ecclesia Metropolitana, et omnibus Curatis Archidioecesis ad concionandum proposita. — Editio II. cum praefatione et notis. Viennae 1782. 8.

Sermo funebris de M. Theresia Augusta in Exequiis Solemnibus ad S. Stephani dictus. Viennae 1781. fol.

— — de Josepho II. Augusto. Viennae 1790. fol.

— — de Leopoldo II. Augusto. Viennae 1792. fol.

— — de Pio VI. P. M. pariter in solemnibus Exequiis ad S. Stephani dictus. Viennae 1800. 8.

Sermo in Jubilaeo Episcopali Em. Card. et Archiepiscopi Viennensis Christophori Comitis de Migazzi. Viennae 1801. 8.

Panegyris de S. Julio, Joanne Nepomuc. etc. etc.

Concionesin benedictione vexillorum civium. Viennae 1770 et 1783.

Concio in Beatificatione B. Michaelis a Sanctis, Trinitarii. Viennae 1780.

Concio in Jubilaeo Professionis M. Annae Emerentianae Bar. a Dilher e Soc. S. Ursulae. Viennae 1774. 4.

Concio in Introductione Instituti pauperum. Viennae 1783. 8.

Concio in Renovatione Ecclesiae Aulicae Patrum Augustinianorum. Viennae 1785. 8.

Conciones in precationibus publicis pro felicibus armis. Viennae 1778. 1794. 1796. 1799.

Conciones eucharisticae pro felici Reditu Imperatoris. Viennae 1785. et 1801. 8.

Conciones in anniversaria Solemnitate Insurrectionis. Viennae 1798. et 1800. 8.

Concio in Jubilaeo. Viennae 1795.

Concio in saeculari Festivitate Iconis Thaumaturgae B. V. Mariae Pötschensis, quae ad S. Stephani in Ara majori colitur. Viennae 1797. 8.

Concio in Primitiis Theyerianis. Viennae 1800. 8.

Concio in Consecratione Ecclesiae in Kalchspurg. Viennae 1801. 8.

Concio de diminutione Cleri. Viennae 1801. 8.

Exercitiorum spiritualium coram Nobilitate foeminei sexus habitorum, Tomi II. Viennae 1803. 8. Tertius in Msc. servatur in Curia Archiepiscopali.

SCHNIDERSCHIZ Georgius, Germanus, Labaci in Carniolia natus, et an. 1718. Societatem ingressus, cum Graecii Poesim

Digitized by Google

etRhetoricam biennio, Philosophiam triennalem Clagenfurti et Labaci docuisset, Venetias missus, ut ibidem Concionatorem et Operarium germanicum ageret, post paucos menses pie obiit 14. Nov. 1742.

Edidit latine:

Xaverius Oberburgensis Thaumaturgus, elegiaca Epistolarum decade a Styria vicino praeprimis orbi manifestatus. Graecii Widm. 1734. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

SCHODER Leopoldus, Germanus, Abstettae in Austria 5. Nov. 1676. natus, et aet. 18. Societati adnumeratus, Sacerdos Graecii Poesim ac Rhetoricam tradidit, et plurium Congregationum Praeses, Collegiorum Minister, et Judenburgensis Rector, pie obiit Jaurini 4. Junii 1746. aet. 70.

Edidit latine:

Duo Philosophiae Columina Boethius et Xaverius, ille fortunae, hic mundi victor. Graecii Widm. 1713. 8.

Laudis vectigal Eugenio bello et pace magno. Graecii id. 1714. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

SCHOENLEBEN Joannes Ludov., Germanus, Labaci in Carniolia natus, Consulis et Capitanei Labacensis filius, et in Provinciam Austriacam receptus, Poesim et Rhetoricam Graecii et Viennae, nondum Sacerdos, cum laude docuit. Dimissus e Societate anno 1654. Patavii creatus Doctor Theologiae, factus est Decanus Cathedralis Ecclesiae Labacensis, hac dignitate resignata Archipresbyter Reiffnitzensis et etiam hoc munere dimisso, obiit privatus Labaci 1681. inter eruditas elucubrationes, et apud Jesuitas, quibus Bibliothecam suam legavit, sepultus est. Quamdiu in Ordine fuit.

edidit latine:

Regis Palladia Daphnophoria, oblata Neobaccalaureis. Graecii 1643.

Thalassii Coronae, sive Applausus nuptialis Illustrissimis Conjugibus N. N. Lincii 1644.

Electrum Cleantheum Lyrae Apollineae conformatum sive Tyrrhi montis illuminator ad lyram cantatus auspicatissimae Inaugurationi Praepositi Ecclesiae collegiatae ad Tyrrhum montem. Lincii 1644.

Conatus Nymphae Hartensis ad Inaugurationem duorum Theologiae Doctorum. Viennae 1645. 4.

Triphyllon Nymphae Hartensis, oblatum tribus Theologiae Baccalaureis. Viennae 1648. 4.

Verna Theosophorum ad meridiantem sapientiam deambulatio, oblata sex Neo-Doctoribus Theologiae. Viennae 1648. fol.

Parentalia Reverendissimi Praepositi Cathedralis Ecclesiae Viennensis. Viennae 1648. 4.

Mars Austriacus. D. Leopoldus Austriae Marchio et Tutelaris Panegyrico laudatus. Viennae. 1648.

Lacrymae piis manibus Illustr. Adolescentis Jo. Mich. Adami Comitis ab Althan. Viennae 1648. 4.

Corona gemmea, Adgratulatio sex Neo-Doctoribus Theologiae ex Ordine Cisterciensium. Viennae 1649.

Arboris vitae S. Crucis fructus gemina infula Reverendissimi Abbatis Cisterc. Viennae 1649.

Philosophicum Nihil oblatum Neo-Magistris Philosophiae. Viennae 1649. 4.

Campus liliorum seu Album Austriaco Marianum exornatum Elogiis Austriacorum Deiparae Virgini peculiariter devotorum, oblatum sex Neo-Doctoribus Theologis Cisterciensibus, ubi ad finem Panegyricus Magnae Matri sine macula originali conceptae. Viennae 1649. 4.

Inferiae Austriacae Academicae piis manibus Fundatorum et Benefactorum Universitatis Viennensis 1653.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Valvasor Descriptio Carniolae. Jöcher.)

SCHOENWISNER Stephanus, Hungarus natus Sovarini prope Eperiesinum 15. Dec, 1738. et aet. 16. in Societatem receptus. absolutis Tyrnaviae severioribus studiis ibidem in Convictu et Viennae in Collegio Nobilium Theresiano Praefectum egit. Soluto Ordine Philosophiae Doctor creatus, et in Regia Budensi Universitate Bibliothecae Custos et antiquitatum et rei nummariae Professor, Abbas infulatus B.V. Mariae de Formosa et Canonicus cathedralis Magno-

Digitized by Google

Varadini, et Facultatis philosophicae Senior celebratis 1815. Secunditiis, ad quas Prof. Orgler cecinit, ejusdem anni 26. Sept. aet. 80. vir ut doctrina ita omnibus virtutibus viri apprime religiosi quam ornatissimus piissime decessit, in Exequiis ab Univ. Budensi 1820. celebratis panegyri a Martino Schwandtner Prof. Diplom. pro merito laudatus.

Opera ejus maximi in Hungaria Numismatici et Antiquarii, et quidem latina sunt: Biographia Lud. Mitterbacher, hujus rudimentis de Agricultura praemissa.

De Ruderibus Laconii Caldariique Romani et nonnullis aliis monumentis e solo Budensi, partim hoc primum anno 1778, repertis, partim nondum vulgatis. Cum tabulis aeneis. Budae 1778. fol. pag. 235.

In Romanorum iter per Pannoniae ripam a Tauruno in Gallias ad Leg. XXX. usque, ut illud in Antonini Itinerario, postremis Wesselingi curis edito, definitur, Commentarius geographicus occasione repertarum Columnellarum conatus Partes II. Budae. 1780. et 1781. 8. pag. 469.

Ode in laudem Balnei Sarisapiensis, Quadriburgine dicta. Budae 1783. 4.

Antiquitatum et Historiae Sabariensis ab origine usque ad praesens tempus Libri 8. c. fig. Pestini 1791. 4. p. 384.

Adventui Principum Josephi Archiducis et Regni Palatini et Alexandrae Paulownae M. Principis Caesareae. Budae. 1800.

Notitia Hungariae rei nummariae ab origine ad praesens tempus, cum tabulis aeneis. Budae 1801. 4. Praecipuum ejus opus.

Catalogus Nummorum Hungariae et Transylvaniae Instituti Nationalis Szecheniani. Pars I. continet Nummos Hungariae cum tabulis aeneis 79. Pestini 1807. 8. p. 492. Pars II. Nummos Transilvaniae. p. 399. Pars III. simul Specimen continet Dissertationis de praestantia et usu Numismatum Hungariae et Transilvaniae. Dein Recensionem Collectionum publicarum et privatarum ex Nummis Hung. et Transilv. factarum. Item Autorum, qui Numismaticam Hungariae illustrarunt; et Syllogen Constitutionum aliquot monetalium et metallicarum.

Compendium Antiquitatum Graecarum in usum publicum Gymnasiorum Regni Hungariae. Budae 1814. 8.

Compendium Antiquitatum Romanarum Ibd. 1815. 4.

Germanice:

Relatio de quibusdam ad pagum Promontorium non procul ab Aquineo inventis Romanis Columnellis milliariis, et Conjectura Philippi Caesaris uxorem Otaciliam sororem Alexandri Imp. fuisse. In Windisch. Hung. Magazin Tomo III. pag. 60—90.

Specimen solutionis quaestionis in eodem Promptuario propositae super Bulla aurea secundum iconem. Ibd. pag. 257—267.

Antiquitates quaedam Rauscherbaci in Comitatu Gömörensi existentes. Ibd. Tomo IV. pag. 224—236.

Diploma nobile Chapicum, c. fig. In nov. Hung. Magazin Tomo I. pag. 113—122.

Inter alia Msc. reliquit latine Historiam Universitatis Scientiarum Hungariae sub crepusculum vitae a se concinnatum.

(Gött. Gel. Ann. 1779—1783—1792. Cat. Bud. 1773. Heinsius. Sperger Bibl. Sacchem. et Tolch. Paintner.)

SCHOETTL Gregorius, Germanus, Styrae in Austria 14. Febr. 1732. natus, aet. 16. Societati aggregatus et 4 vota professus, cum Graecii humaniores classes triennio docuisset, Flumine biennio Philosophiam biennalem, et ab anno 1769. soluto etiam Ordine Physicam tradidit.

Sunt ejus Pagellae publicae hebdomadariae Ducatus Carnioliae 1775. et 1776. Labaci Eder 8. Primae hujus generis in Carniolia.

(Bibl. Carniol.)

SCHOETTL Joannes Baptista, Germanus, Styrae in Austria 23. Junii 1724. natus, et aet. 17. in Societatem receptus, ac 4 vota professus, Praefectus primum quadriennio in Collegio Theresiano, et cum altero quadriennio Mathesim Budae, Clagenfurti et Labaci annis 1760. et 1761. docuisset, in Collegio rursus Theresiano annis singulis Metaphysicae et Physicae Professor, tum anno uno Lincii, et Passavii ab anno 1665. Casus usque ad sublationem Ordinis docuit.

Sunt ejus Observationes Veneris 6. Jun.

Digitized by Google

1661. per discum Solis transeuntis factae Labaci, et insertae Ephemeridibus Viennensibus laudatae a celeberrimis Astronomis, ipsaque Academia Parisensi.

(Bibl. Carniol.)

SCHOLDAU Henricus, Germanus, Goldbergae in Austria 29 Martii 1656. natus, et aet. 15. Societati adjunctus 4 vota professus, a Mexicana missione, cujus jam adeundae veniam obtinuit, affecta valetudine impeditus, annis 12 diversis in locis magno cum fructu est concionatus, ac variis aliis muniis perfunctus, vir singularis pietatis obiit Cremsii 8. Dec. 1720. aet. 64.

Edidit latine:

Argumenta Psalmorum juxta explanationem Heseri carmine deducta. Styrae 1710. 8.

Eucharisticon in quarto Saeculo fodinarum salinarium Austriae Superioris. Lincii Redelmayr 1711. 4.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

SCHRANK Franciscus de Paula, Germanus Varnbachii in Bavaria 21. Aug. 1747. natus, et aet. 15. in provinciam Austriacam susceptus, soluto Ordine Presbyter saecularis, ac Viennae Theologiae Doctor creatus, in patriam rediit, ubi et Philosophiae Doctor factus, Professor primum Eloquentiae, dein Oeconomiae, Botanicae, Saltuariae et Metallurgicae Ingolstadii primum, tum Landshuti, Consiliarius Ecclesiasticus et Societatis scientiarum Burghusii Director virque ferreae industriae et vastae eruditionis.

Edidit latine:

Enumeratio Insectorum Austriae indigenorum. Augustae Vindel. 1781. 8.

Primitiae Florae Salisburgensis cum Dissertatione praevia de discrimine plantarum et animalium. Francofurti 1792. 8. c. fig.

Observationes Botanicae. In Römeri et Usteri Magaz. pro Botanica 1790.

Cogitationes de methodo Botanicam docendi. ib.

Observationes et animadversiones Botanicae. ib.

Observationum in fasciculos promtuarii Botanici Turicensis Continuatio. ib. 1791.

Animadversionum in quaedam hujus promtuarii loca Continuatio. ib. 1793.

Germanice:

Specimina Poetica. Augustae 1774. 12.

Collationes ad Historiam naturalem. Lipsiae et Aug. Vind. 1776. 8.

Cogitationes de Educatione juventutis agrestis. Burghusii 1779. 4. Sermo. Norimbergae 1780. 8.

Praelectio de methodo Historiae naturali studendi. Ratisbonae Montag 1780. 8.

Dissertatio de pabulo pecudis cornutae in stabulo. Burghusii 1780. 8.

Diss. de utilitate Theoriae Oeconomiae ruralis. Monachii 1781. 4. Norimbergae 1782. 4.

Succincta Historia praecipuorum Eruditorum Graeciae et Romae. Monachii 1781. 8.

Manuductio universalis studendi Historiae naturali Monachii 1783. 8. Ratisbonae 1784. 8.

Epistolae historiam naturalem tractantes Austriae, Salisburgi, Passavii et Berchtoldsgadi in societate Mollii. Tomi II. Salisburgi 1784. et Erlangae. Mayer. 1785. 8.

Elementa Botanicae. Monachii 1785. 8.

Mayeri Catechismus agriculturae, Bavariae accomodatus. Monachii 1785. 8.

Iter Boicum. Monachii Strobl 1786. 8. c. fig.

Elenchus notorum sat hactenus vermium in intestinis degentium, cum Dissertatione de eorum cognationibus. Monachii Strobl 1787. et 1788. 8.

Flora Boica, in qua omnes arbores, plantae, herbae Bavariae describuntur. Tomi II. Monachii Strobl 1789. et 1790. 8. Correctior Ratisbonae Montag. 1793. 8.

Principia Botanicae Monachii 1792.

De Somno Plantarum, aliisque earum proprietatibus. Dicatum neoelecto Abbati ad S. Emeranum, ante Professori historiae naturalis Ingolstadii Steiglehnero. Ingolstadii 1792. 8.

Dissertationes Societatis privatae Physicorum et Oeconomorum in Germania Superiore. Edidit et potissimam partem composuit. Monachii 1792. 8. c. fig. — Continuatio Collationum Germaniae Superioris ad Physicam et Oeconomiam, quarum et ipsi pars maxima fuit.

Iter versus montes meridionales Bavariae

Digitized by Google

relate ad objecta botanica, mineralogica et oeconomica, cum relationibus de moribus, vestitu et aliis memoratu dignis tum de incolis montium illorum. Monachii 1793. 8.

In Mortem Ludovici XVI. Galliarum Regis. 1793. 4.

Elementa Scientiae Metallurgicae. Ingolstadii 1793. 8.

De Vasibus lateralibus plantarum, et eorum utilitate. Hallae 1794. 8.

Josephi Thwingerts Media curantia et praeservativa in morbis ordinariis pecorum. Augustae 1794. 8.

Epistolae ad historiam naturalem et oeconomiam ita dicti Donaumoor attinentes. Manheimii 1795. 4.

Collectio conceptuum, historiam naturalem et physicam tractantium. Norimbergae Rosp. 1796. 8.

Relationes de rebus gestis et scriptis magnorum Eruditorum. Norimbergae 1797. 8.

Fauna Boica, seu Historia animalium Bavariae domesticorum et cicurum. Divisiones sex. Partes tres. Norimbergae et Ingolstadii Stein 1798. — 1803. 8.

Adumbratio Historiae universalis, naturalis et Zoologiae. Erlangae 1801. 8.

Epistolae ad historiam naturalem, physicam et oeconomiam spectantes ad Dominum Naucum Dissertationibus tribus praemissis ejusdem materiae. Erlangae Schubart 1802. 8.

Principes in luna. Landshuti 1809. 8.

Festa Domini, liber asceticus, in quo historia horum Festorum enarratur et declaratur et significatio Ceremoniarum Ecclesiae in illis usitatarum indicatur. Landshuti 1811. 8.

Potestne Religiosus Membrum Academiae Scientiarum esse? Monachii 1818. 8.— in defensionem Günthneri Benedictini celebris Historiographi Bavariae.

In diversis Collectionibus; et quidem:

In Scriptis Societatis Berolinensis Physicorum:

Collationes Entomologicae. T. I. 1780.

Descriptio Salmonis Alpini et quorundam Insectorum. T. II. 1791.

Parvae Observationes entomologicae. ibid.

Observationes Zoologicae. T. III.

Epitome Epistolae de Cirrhis. T. IV.

De Salmonibus Salvelinis. ib.

De singulari morbo pecorum. ib.

In Indagatore naturae: (Naturforscher.)

Observationes Botanicae. 1782.

Annotationes ad primos viginti articulos Indagatoris naturae.

Observationes Zoologicae.

Rapsodiae Botanicae. 1783.

Observationes entomologicae. 1789.

Collatio ad historiam naturalem Stratiomysii Chamaleonis. 1793.

Observationes microcosmicae.

In Dissertationibus novis philosophicis Academiae Monachiensis:

Relatio de quibusdam animalibus infusoriis chaoticis, et historia naturalis erucarum cunicularium, seu larvarum subcutanearum in foliis siringae. T. III. 1782.

In Actis Academiae Scientiarum Erfordensis:

Centuria Adnotationum Botanicarum ad Linnaei Species Plantarum. 1780. et 1781.

In Laboribus physicis concordium Amicorum Viennae:

De genere Scarabaei Melolanta. In Cursu annuo II. 1787.

In Tuesslys novo Promptuario (Magazin) pro amatoribus Entomologiae.

Revisio critica Elenchi Insectorum Austriacorum. T. I.

Relationes entomologicae J. C. Tuessly. T. II.

Elenchus Insectorum observatorum in Principatu Berchtolsgadensi. ib.

In Tabulario (Archiv) entomologico:

Collatio ad Historiam naturalem Tinearum, quae se saccis vestiunt.

In boico oeconomico Patrefamilias:

Prima delineatio elenchi systematici ovorum volucrium. T. III.

In Indicationibus (Anzeigen) Societatis oeconomicae Lipsiensis 1782.

De Educatione Anatum moschatarum.

In Promptuario (Magazin) Lipsiensi:

Observatio duarum albarum Aurorarum borealium, praeter Sensa Dni. Hell de ascensu et descensu Mercurii 1783.

Digitized by Google

In Hübneri Diurno(Tagebuch) physico:
Considerationes super singularibus phaenomenis in ovis 1784.
De Educatione Anatum moschatarum, auctum et emendatum. 1785.
De Utilitate Insectorum. ib.
Epistola de diversis Objectis physicis. 1796.
In Römeri et Usteri Promptuario (Magazin) pro Botanica:
Observationes Botanicae. 1790.
Cogitata de methodo Botanicam docendi.
Observationes et animadversiones botanicae.
In Usteri Annalibus Botanicae:
Observationum in fasciculos Promptuarii botanici Turicensis Continuatio. 1791.
Animadversionum in quaedam loca Promptuarii Turicensis Continuatio 1793.
De materia viridi Pristlei. 1794.
In Mollii Collationibus Germaniae Superioris ad Historiam naturalem:
De Nectaritis, seu conservatoriis melis in floribus. 1787.
Descriptio Serici aquatici.
Amoenitates microscopicae.
Descriptio Conservae rivularis.
De Nubibus montanis.
Relatio de parvo itinere Weltburgum.
In Scriptis Societatis Botanicae Ratisbonensis:
Observationes ad Plantas ab eadem collectas. T. I. 1792.
In Ephemeridibus litterariis Societatis Eruditorum. Ingolstadii 1800. 8.
Sunt ejus Tomi I. Fasciculus 1. 2. 3.
In Novis litterariis pro catholicis Religionis doctoribus Landshuti Nov. 1809.
Super tribus Mariis, Dominum ungentibus, quarum tres fuisse contendit.
De Parergis seu studiis horis subcisivis ab Ecclesiasticis ad recreandum utiliter suscipiendis. 1821. Augusto et Septembri.
De Miraculis. Rhapsodia ab F. P. v. Sch. Solida eorum defensio. 1822. Decembri. p. 390. — 406.

(Meusel. Gel. Teutschl. Ed. V. Götz. Gel. Aus. 1792. 1798, 1802. Heinsius. Bibl. Theres. Nova litter. pro cathol. Rel. doctoribus.)

SCHREIBER Franciscus Xaver., Germanus, Brunae in Moravia 21. Nov. 1706. natus, et aet. 16. Viennae Austriae in Societatem admissus, 4 vota professus, 24 annis Styrae, Cremsii, Posonii, ac potissimum Viennae cum laude est concionatus, ac pie obiit Cremsii 23. Nov. 1762. aet. 56.

Edidit germanice:
Panegyricus SS. Cyrillo et Methodio Moraviae Patronis, dum inclyta natio solemne eorum festum ageret. Viennae. Ghelen 1740. 4.
Item S. Kiliano, Franconiae Patrono eadem occasione. Viennae Kaliwoda 1740. 4.
Item S. Joanni Nepomuc. in Templo aulico, cum Consilium Bellicum Solemnitatem ejus celebraret. Viennae Schilgin 1744. 4.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

SCHREINER Ignatius, Germanus 11. Sept. 1703. natus, et aet. 16. Viennae in Societatem receptus, Sacerdos Graecii Poesim et Rhetoricam docuit, et 4 vota professus, Philosophiae ac Theologiae Doctor, utramque Graecii et Viennae decennio praelegit; Minister dein Lincii, et Seminarii Regens ab anno 1762. soluto Ordine Viennam concessit, ubi vir vere religiosus pie obiit.

Edidit latine:
Incrementa Inclyti Ducatus Styriae sub Domo Austriaca. Graecii Widm. 1737. 8.
Orationes de S. Joanne Francisco Regis. Graecii id. 1738. 8.
Tractatus de Animalibus subterraneis et insectis ex Operibus R. P. Athan. Kircheri S. J. excerptus, Graecii 1741. 12.
Magia physiognomica etc. ex Opere Gasp. Schotti S. J. Graecii 1742. 12.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Bibl. Theres.)

SCHRETTER Carolus, Hungarus, Cremnicii 14. Febr. 1644. natus, et aet. 18. in Societatem adoptatus, 4 vota professus, Philosophiae et Theologiae Doctor, illam Tyrnaviae et Viennae sexennio, Jus Pontificium pluribus annis Tyrnaviae docuit; Collegio Nobilium Tyrnaviensi, Collegio Jaurinensi et Domui Leutschoviensi praefuit, et in turbis Töckelianis multa, ipsas carceris aerumnas perpessus, demum pie obiit Jaurini 20. Julii 1718. aet. 74.

Edidit latine sine nomine:
Concordia Juris Hungarici cum Jure Civili

Digitized by Google

et Ecclesiastico in causis de Testamentis et Immunitate Ecclesiastica, desumta ex Libr. III. Decretalium Tit. 25. 26. et 49. Tyrnaviae 1698. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Aust. Bibl. Seeben.)

SCHREUER Michael, Germanus, Viennae Austriae 1652. natus, et aet. 16. Societati adscriptus, 4 vota professus, post diversa munia Judenburgi demum Praefectus spiritus pie obiit 1725. aet 73. et paravit typo:

Barclaji Argenis Libris V. metro latino heroico versibus 1660. exhibita. (Servatur in Msc. in Bibl. C. R. Vindobon. ex Recens. Schwandtner. T. II. n. 1150.)

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

SCHRONIZ Benedictus, Germanus, Graecii in Styria 11. Martii 1681. natus, et aet. 22. Societati adscriptus, absolutis studiis Poesim Graecii docuit, et 4 vota professus, cum 9 annis fervidum Dei Verbi praedicatorem egisset, viribus fractis, demum obiit piissime Leobii 11. Oct. 1742. aet. 61.

Edidit latine:

Cogitationes poeticae versu eligiaco. Graecii Widm. 1713. 12.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

SCHULISTA Wenceslaus, Germanus, Moravus Urbanoviensis 27. Sept. 1670 natus, et aet. 18. in provinciam Austriacam receptus, cum inferiores classes Szakolczae Neosolii, Posonii, Cassoviae docuisset, superato Viennae medio cursu theologico calida febri extinctus 6. Oct. 1700. aet. 30.

Edidit latine:

Quies hiberna a Castalio regimine in jugo heliconio irrito conatu quaesita, in sacro Calvariae territorio inventa. Carm. elegiaco. Leutsoviae 1697. 4.

Laurus anno proxime praeterito mirabili de Mahometanis prostratis victoria ad ripam Tibisci in triumphos Leopoldi Caesaris nata, nunc a Cassioviensium Calliope cantata. Carm. heroico. Leutsoviae 1698. 8.

(Paintner.)

SCHWANASI Joannes Bapt., Germanus, Viennae Austriae 1599. natus, et Brunae in tyrocinium receptus, 4 vota professus, et separata Bohemia ab Austria, in Austriaca Provincia superstes, linguam sacram et Mathesim pluribus annis docuit, Convictum Graecensem et Residentiam Millestadiensem rexit, et ad Congregationem Provincialem Viennam vocatus, cum ibi persisteret, Operi suo Mathematico, quo studio semper delectabatur, finem impositurus, quin eo pervenerit, ibidem pie obiit 29. Sept. 1658. aet. 59.

Reliquit praeclarum Opus Mathematicum, non penitus absolutum, typo a Superioribus destinatum.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

SCHWEIGER Andreas, Germanus, Labaci in Carniolia 30. Sept. 1648 natus, et aet. 16. in Societatem cooptatus, 4 vota professus et Philosophiae Doctor Rhetoricam et Ethicam Graecii, Philosophiam Clagenfurti docuit, Collegium Judenburgense rexit, Episcopo Labacensi Sigismundo ab Herberstein a S. Confessionibus fuit, et virtutibus omnibus ornatus ac meritorum plenus pie obiit Graecii 21. Sept. 1711. aet. 63.

Edidit latine:

B. Aloysius Gonzaga emeritus Romae Philosophus per varia Elogia celebratus. Graecii Widm. 1680. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

SCHWELMER Joannes Bapt., 1728. natus, et Neosolii aet. 16. in Societatem receptus, absolutis studiis Mathesim et Philosophiam reliquam Cassoviae et Tyrnaviae docuit et dein partim Posonii, partim Basinii salutem animarum procurans, soluto Ordine obiit.

Est ejus latine:

Laudatio panegyrica D. Ivoni dicta. Tyrnaviae. 1758. 4.

(Paintner.)

SCHWENDTNER Mathias, Germanus, Carinthus 12. Oct. 1712. natus, et aet. 16. Societati adscitus, per omnem paene vitam ad concionem germanicam per Hungariam Strigonii, Budae, Neosolii, Posonii etc. dixit, et pie obiit 29. Apr. 1769. aet. 57.

Digitized by Google

Est ejus latine:

Syncharmaticon in adventum Excell. Domini constituti novi per Transilvaniam Praesulis per Idyllia instructum. Claudiopoli 1742.

(Paintner.)

SCKHERL Jacobus, Germanus, Carniolius in Bischofflack natus, Concionator Labaci in Cathedrali et ad annum mortis 1673. Praeses Congregationis Agoniae

Edidit germanice:

Hortulus myrrhae Congregationis Agoniae.

(Valvassor. Descriptio Carniolae.)

SCOBEL Franciscus Xaver., Germanus, Frankensteinii in Carinthia 10. Febr. 1735 natus, et aet. 17. in Societatem susceptus, altioribus scientiis Viennae et Graecii excultus, ultimis Ordinis annis Praefectum in Collegio Nobilium Theresiano Viennae egit, eoque restituto ejusdem Subdirector, ac denique Confessarius Monialium a Visitatione Mariae, pie obiit Viennae.

Est ejus latine:

Oratio in laudem S. Catharinae V. et M. Viennae 1759.

Idyllion in Nuptias Leopoldi AA. et Ludovicae Hispanae. Graecii 1765.

SEEAU Honorius, Germanus, in Austria illustri loco 19. Nov. 1678. natus, et aet. 16. Societatem ingressus, 4 vota professus et Philosophiae Doctor, eandem quadriennio Viennae docuit; sed zelo animarum aestuans, in Hungaria et Transylvania pluribus annis indefessum Operarium egit, Schemnicensem, Budensem, Belgradensem domum rexit, ac demum paupertatis amantissimus felici fine Lincii quievit 4. Febr. 1730. aet. 52.

Edidit latine:

Mundus de continua in pejus ruina ex principiis physicis vindicatus. Viennae Andr. Heyinger 1711. 8.

Mundus de continua in pejus ruina ex principiis moralibus vindicatus. Viennae idem. 1712. 8.

SEERICS Paulus, Germanus, Scheibsii Austriae oppido 29. Junii 1694. natus, et aet. 15. Societati addictus, Sacerdos absolutis studiis Graecii Rhetoricam, Viennae et Lincii Philosophiam moralem docuit. Annuas scripsit biennio. Friderico Saxoniae Duci biennio praeceptor in studiis et conscientiae arbiter fuit. Redux Graecii Theologiam moralem, Budae Sacras Leges tradidit, ac ibidem Minister pie obiit 23. Julii 1740. aet. 46.

Edidit latine:

Spes Austriae ac metus super haerede. Graecii Widm. 1724. 12.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

SEITZ Franciscus, Germanus, Passavii 1. Aug. 1636 natus, et aet. 16. Viennae Societati renatus, 4 vota professus, et Philosophiae Doctor, Graecii Rhetoricam et Ethicam docuit; sed mox a profana ad Sacram Cathedram translatus, Lincii, Clagenfurti, Graecii et Viennae in Domo professa quinquennio Dominicis et in Quadragesima quinquies per hebdomadam ingenti efficacia et fructu ad populum dixit. Rexit mira suavitate Collegium Clagenfurti; et Viennae in Domo Professsa rursus concionator, cum in festo Apostolorum Petri et Pauli adhuc ad concionem ferventer dixisset, 1. Julii 1690. aet. 54. piissime obiit.

Edidit latine:

Lycaeum Sapientiae Martis Gymnasium. Graecii Widm. 1670. 8.

Discursus de vera Nobilis Juventutis laude, prosa et metro. Graecii id. 1670. 8.

Familia Kemeteriana ex Gentilitiis tesseris per Odas celebrata. Graecii id. 1671. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

SELLENITSCH Josephus, Germanus, Labaci in Carniolia 16. Febr. 1658. natus et aet. 15. Societatem ingressus, 4 vota professus, Philosophiae et Theologiae Doctor, Graecii Poesim et Rhetoricam, Viennae Ethicam, Graecii Philosophiam triennio tum Theologiam polemicam, moralem et Scripturam S. Viennae ac Graecii 9 annis exposuit. Praeses dein Congregationis Dominorum Viennae, Rector Flumine ac demum Praefectus altiorum scholarum Lincii, orationis et paupertatis amans, morte

Digitized by Google

subita, ut expetiit, non tamen improvisa, Sacramentis refectus pie obiit 11. Sept. 1712. aet. 54.

Edidit tacito nomine latine:

Septem Angliae Heroes e Soc. Jesu, carmine epico celebrati. Graecii Widm. 1682. 8.

Artium vere liberalium Neolaureata Hexas, publico Anglicanae carnificinae theatro defensa rite veritate, ad coelestem, ut speramus, lauream promota. Graecii id. 1682. 8. Carm. heroico.

Fortuna Austriaca Coelo artifice fabricata. Graecii Widm. 1687. 8.

Organum Aristotelis, seu Harmonia actionum humanarum super vitae contemtu Innocentii XI. P. M. Graecii id. 1692. 12.

Vindiciae honoris philosophici calamo satyrico paratae. Graecii id. 1693. 12.

Otto Augustus ludis nuptialibus Augusto Rom. et Hung. Regi Josepho I. sponso et Amaliae Hannoverianae sponsae consecratus. Viennae fol.

Oratio funebris Leopoldo S. R. E. Cardinali a Kollonicz Episcopo Viennensi dicta. Viennae Voigt. 1707. in fol.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. P. oppl. Bibl. Univ. Graec.)

SEMBLER Ambrosius, Italus, illustri genere Goritiae in Foro Julio 17. Martii 1644 ortus, aet. 16. Societatem in provincia Austriaca adiit, et 4 vota professus ac utriusque facultatis Doctor, triennalem Philosophiae cursum Goritiae, Graecii et Viennae absolvit, ibidem Theologiam moralem, et septennio dogmaticam Tyrnaviae et Graecii tradidit. Ob sinistram valetudinem Cathedram mittere coactus, Convictum Graecensem, Seminarium Fluminense et Collegium Goritiense bis ac demum Fluminense rexit, animi semper imperturbati adeo ut incendio orto preces suas continuaret, quos summo semper fervore ac genibus flexis persolvit. Demum pie obiit Goritiae 28. Oct. 1712. aet. 68.

Edidit latine:

Obeliscus honoris laureatae Palladi inaedificatus, per varias Odas et Poemata. Graecii Widm. 1679. 8.

Acroama Gualtero Comiti a Dietrichstein in prima Philosophiae laurea. Promotore P. Ambr. Sembler. Viennae 1682. 8.

Hungaria triumphans, sive S. Ladislaus Rex Hung. victoriosus in Basilica S. Stephani nomine inclytae Nationis Hung. panegyrice laudatus a Gabr. C. Esterházy, deferente Ambr. Sembler S. J. Viennae 1689. 4.

(Bibl. Sacrbes. Denis.)

SENNYEY Ladislaus, Hungarus, Tarkanii in provincia Zempliniensi 6. Maji 1632. ex illustri Baronum Familia ortus et non multo post Dei Matri prodigiis in Cellis Marianis clarae specie infantis fasciis constricti ex argento affabre elaborati a piissimis parentibus oblatus, integerrimis juvenis moribus, calcatis mundi opulentis spebus, aet. 15. pauperem Jesu Societatem Viennae auspicatus, 4 vota professus et utriusque Facultatis Doctor, Viennae Ethicam, Tyrnaviae Philosophiam triennio, Theologiam dogmaticam Tyrnaviae ac Graecii 12 annis mira eruditionis commendatione docuit, Cancellarius dein Universitatis Graecii et Tyrnaviae annis 6 fuit, Patres tertiae probationis Judenburgi biennio instruxit, Collegium Tyrnaviense terno triennio, (quo tempore simul Superior Missionum Dacicarum fuit) Graecense in quartum annum, Domum professam Viennae quinquennio, et Provinciam totam biennio gubernavit. Romam ter missus est, semel Procuratoris nomine, secundo ad Comitia generalia Elector, et tertio Provinciae Praesidis Vicarius. Vir fuit acri et vasto ingenio, prudentia singulari, et in utraque fortuna excelso et constanti animo. Ipse Leopoldus Imperator testatus est, se ei similes sibi et Societati optare. Romae et Viennae ad praecipuas Infulas incassum est postulatus; in Hungaria summa autoritate polluit, et summus ejus Antistes Szeleptsenius non alium sibi successorem expetiit. At vir demississimus detrectavit honores omnes. Non alios novit hostes nisi sectarios, licet eorum salutem ardenti zelo et desideravit et quaesivit. Effecit etiam, ut erat Leopoldo Caes. et Primoribus percarus, post saeculum, ut Societas Jesu publica Regni sanctione in Comitiis generalibus domicilio et jure regni in Hungaria donaretur. Extrem

Digitized by Google

morbi dolores summa patientia tulit, et SS. Sacramentis refectus piissime obiit Tyrnaviae 13. Jan. 1702. aet. 70. Societatis 54.

Edidit latine:

Examen quadripartitum Ordinandorum pro prima Tonsura et minoribus Ordinibus. Graecii 1686. 12. Recusum Tyrnaviae Coloniae, Venetiis aliisque locis quam saepissime.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

SEYBOLDT Jacobus, Germanus, Viennae Austriae 9. Oct. 1719. natus, aet. 17. Societatem amplexus, et 4 vota professus, Viennae Sacerdos Poesim et Rhetoricam docuit; tum ob insigne talentum ad S. Cathedram admotus, Posonii, Neostadii, Passavii, Labaci, Leobii, Clagenfurti, ac demum Viennae in Collegio et in Domo professa, maximo ubique et concursu et fructu annis 18 ad populum dixit, et abolito Ordine pie obiit.

Edidit latine:

Fastorum Ecclesiasticorum Liber IX. et X. Viennae Kaliwoda 1751. 8.

Germanice:

Panegyris S. Petro Forrerio ad ingressum Herulae in familiam Virginum de Nostra Domina, dicta et edita Posonii 1756.

Concio de S. Disma latrone poenitente coram nobili Societate dicta in Cathedrali Labacensi. Labaci Heptner 1761. 4.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Bibl. Carniol.)

SEYFRID Franciscus Xaver., Germanus Stropsae in Styria 4. Dec. 1680. natus, et act. 22. Societati adscriptus, ac 4 vota professus, Philosophiam aliquot annis docuit; at ob adversam valetudinem nonnisi leviora officia obire coactus, Viennae Monialium obsequiis mancipatus, in Domo Annaea pie obiit 10. Maji 1735. aet. 55.

Edidit germanice:

Tractatum asceticum de Quarto Praecepto omni statui optime explicato. Augustae Wolf 1729. 4.

Reliquit paratam Explicationem novem reliquorum Praeceptorum.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

SIESS Placidus, Germanus, Lambaci Austriae superioris celebri Benedictinorum Fano 8. Maji 1642. natus, aet. 17. Societatis tyrocinum Viennae ingressus, et sollemniter 4 vota professus, Oratorem sacrum 38 annis in provinciae praecipuis cathedris Posonii, Tyrnaviae, Jaurini, Viennae, et quidem 20 annis in Ecclesia metropolitana ad S. Stephani tanta eloquentiae fama dixit, ut intra 20 hos annos ad mille quingentos sectarios in Ecclesiae sinum reduxerit, tantumque fructum retulerit, ac si petitam in Indiam missionem obtinuisset. Zelo Dei plenus, et in voluntatem ejus usquequaque resignatus, ludibria et contumelias aequissimo animo tulit, et pauperum pater piissime obiit Viennae in Domo professa 21. Sept. 1710. aet. 68.

Edidit germanice:

Confessio Augustana et Anti-Augustana, cujus prima parte ejus Mutatio, secunda ab eadem Defectio ostenditur, praefixo nomine Illustr. ac Rev. D. Leopoldi Comitis a Kolonicz Episcopi Neostadiensis. Viennae Christoph. Cosmerovii 1681. 4.

De Conformitate nostrae Fidei Romanae ad omnes titulos sive Scripturae S. sive SS. Patrum sive Conciliorum, sive Juris civilis, sive ipsorum Centuriatorum et Lutheri editas confessiones.

Compendium biblicum. Tyrnaviae typ. Acad. 1687.

Ars consolandi infirmos et disponendi moribundos. Viennae id. 1699. 12.

Concio funebris in Exequiis Ernesti Com. a Trautson Episcopi Viennensis. Viennae 1702.

Liber de secessu modernorum Protestantium.

Parvum manuale pro novellis tironibus ad fidem conversis de conformitate fidei nostrae Romanae ad omnes titulos sive S. Scripturae sive SS. Patrum. Viennae.

Epilogus Concionum seu Concio ultima gratiarum actoria ad S. Stephani dicta.

Synopsis Concionum suarum.

Praxis Catechetica. latine. 16.

Plures Libri precatorii et pagellae.

Reliquit etiam XV Tomos Concionum ad S. Stephani dictarum in folio.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Propyl. Bibl. Un. Graec. Bibl. Steeben.)

Digitized by Google

SIGRAI Andreas, Hungarus, illustri progenie Posonii 6. Oct. 1681. natus, Grammaticae studens lethali morbo oppressus Societati Jesu se mancipare constituit, quam etiam aet. 16. Viennae adiit, et absolutis Tyrnaviae severioribus studiis, cum Neosolii Rhetoricam et Ethicam, Budae cursum philosophicum, Cassoviae Controversias tradidisset, Seminaria primum Tyrnaviae et Agriae, tum Collegium Cassoviense et Claudiopolitanum ac denique Pazmanianum Viennae rexit, quo in munere multis virtutibus illustris pie obiit 30. Nov. 1734. aet. 53.

Edidit latine:

Mater Gratiae, seu Augusta Virgo Deipara a labe originali sermone panegyrico vindicata. Tyrnaviae. 1707. 4.

Gaudia inter luctus, sive Hungariae novissimis pressae, non oppressae cladibus, oratoria descriptio. Tyrnaviae. 1711. 12.

(Paintner.)

SIGRAI Thomas, Hungarus, 20. Sept. 1648. natus, aet. 23. Societati aggregatus, et 4 vota professus, Philosophiae et Theologiae Doctor, illam Graecii, Controversias Fidei Cassoviae docuit, et pie obiit Tyrnaviae 19. Dec. 1704. aet. 56.

Edidit latine:

Austria gloriosa, seu Urbis Viennensis Propugnatorum Laudes. Graecii Widm. 1684. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

SIMEGHI (Symeghi) Joannes, Hungarus, anno 1713. Poesim Cassoviae et 1714. Claudiopoli Rhetoricam docuit, dein audita ibidem Theologia, 4 vota professus et Philosophiae Doctor, Tyrnaviae Ethicam et Philosophiam triennalem, tum Agriae et Jaurini Casus praelegit. Inde Jaurini triennio Regens Convictus nobilium et Tyrnaviae quinquennio Collegii generalis Clericorum, decennio Confessarius et Consiliarius Ecclesiasticus Episcopi Vaciensis, simulque Missionarius indefessus, Rector Collegii Posoniensis, Tyrnaviensis et Budensis in alterum annum, in munere hoc pie obiit 7. Maji 1753.

Est ejus latine:

Eucharisticon Magno S. J. Fundatori S. Ignatio Theologiae scholasticae et polemicae in orbe universo christiano Reparatori persolutum ab Universitatis Cassov. Facultate theologica post 40 et amplius annos restituta. Bartfae 1713. 4.

Maria Virgo Claudiopolitana seu genuina de lacrymosa Virgine relatio. Claudiopoli. 1714. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Paintner.)

SIMUNICH Joannes Bapt. Croata Insulanus 7. Junii 1723. natus, an. 1740. in Societatem admissus, 4 vota professus, et Theologiae Doctor, Zagrabiae Philosophiam primum, tum Controversias et Casus, dein Cassoviae Canones et Scripturam S. ac rursus Zagrabiae Theologiam dogmaticam docuit, et sublato Ordine, Parochus Stridonensis in Croatia, Archidiaconus Bexinensis et Canonicus Chasmensis obiit.

Edidit latine:

Tractatus de Incertitudine Scientiarum ex anglico, gallice, italice, et ex italico latinitate donatus in Academia Zagrabiensi, cum ibidem ex universa Philosophia defenderet Marcus Krajachich sub praesidio P. Jo. B. Simunich S. J. Zagrabiae 1759. 8.

Brevis notitia Schismatis Graeci et Controversiarum Orientalium. Zagrabiae 1764. 8.

De Orientalium et Occidentalium Consensione circa Processionem Spiritus S. Zagrabiae 1770. 8.

Diatriba de Ritu Graeco.

(Horanyi. Catal. Bibl. Acad. Vienn.)

SIPECK Ionnes, Hungarus, in Albo monte in Comitatu Nitriensi 15. Julii 1727. natus, Jaurini 1749. in Societatem cooptatus, 4 vota professus et Philosophiae ac Theologiae Doctor, Budae et Jaurini Philosophiam, Tyrnaviae Historiam sacram et profanam, ac Controversias, Jaurini Canones, Budae Scripturam S. ac rursus Jaurini Dogmaticam praelegit, et abolito Ordine in parochia Dadensi Comitatus Comarom. in tuguriolo prope Ecclesiam sibi extructo privatus vivens, pauperum ruricolarum saluti se impendit.

Scripsit latine eleganti carmine elegiaco:

Digitized by Google

Artis aucupandi Liber unicus. Tyrnaviae 1753. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

SISAK Michael, an. 1755. quo prima vice in Catalogo Provinciae occurrit, Tyrnaviae in secundum annum Theologiae auditor, Comaromii novennio Concionator et Operarius, dein Posonii Congregationis civicae Praeses, sublato Ordine Curator sacer Vigiliarum Coronae Posonii ibidem etiam obiit 1796.

Cujus germanice:

Sermo, cum Joanna Zurawsky e Societate S. Ursulae post 50 annos Professionem renovaret. Posonii 1777. 4.

(Bibl. Saechs.)

SISCIANUS Marcus, Dalmata, ab Antistite Jaurinensi Georgio Draskovits vocatus ad Synodum Sabariensem 2. Aug. 1579. habitam, orationem dixit ad Patres congregatos, quae cum Actis Concilii vulgata est primum Pragae, deinde cum controversiis Beregsarianis Basileae 1785. hoc titulo:

Oratio Marci Patris Jesuitae Sabariensis habita Sabariae praesente Episcopo et in frequenti consessu Pontificiorum.

(Kaprinai. Paintner.)

SISERUS Franciscus, Germanus, in Carinthia 12. Junii 1630. natus, et aet. 15. in Societatem admissus, 4 vota professus et utriusque facultatis Doctor, Viennae Poesim, altiores vero scientias Viennae atque aliis in locis plures per annos professus est. Rexit Collegium Leobiense, Clagenfurtense et Domum professam Viennae, ubi in magna domus penuria insperate prorsus primae Nobilitatis matrona gemmas septem florenorum millibus aestimatas submisit. Est etiam a Provincia ad Comitia Romam Procurator electus; virque continuae Orationis et rigidae mortificationis, et in S. Tribunali assiduus, mortem, quo praedixit tempore, piissime obiit Viennae 19. Martii 1718. aet. 68.

Edidit latine:

Flores epigrammatici, praesertim in Passionem Dominicam Viennae. 1662. et inter Analecta Kleinii P. I.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

SISERUS Sigismundus, Germanus, natus, in Carinthia 4 vota professus, et utriusque facultatis Doctor, Philosophiam Viennae, hanc et Theologiam Graecii docuit, ac ibidem Cancellarius fuit. Vir insignis virtutis, animarum zeli et mortificationis, et a doctrina non minus quam sanctitate adeo conspicuus, ut, cum in extremo morbo insignis Praesul eum inviseret cum voto dimiserit: Utinam vel sanguine meo vitam P. Sigismundi redimere possem! Obiit cum primo innocentiae flore, ut ipse cuidam familiarium suorum fassus est, Viennae 29. Dec. 1693.

Edidit latine:

Libellus repudii, quem Pallas Pseudo-Sapientibus dederat. Graecii typis haeredum Widm. 1667. 8.

Hyacinthus et Narcissus in horto Palladis inter lauros efflorescentes, cum Illustrissimi DD. Comites a Lamberg et Herberstein suprema Philosophiae laurea decorarentur. Viennae Matth. Cosmerovii 1673. 8.

Imago Nobilitatis. Viennae 1673. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

SKENDERLITS Petrus, Hungarus, 2. Mart. natus, et aet. 17. Posegae in Societatem receptus, Zagrabiae severiores litteras decennio docuit, Collegium et Seminarium Varasdini rexit et abolito Ordine obiit.

Est ejus latine:

Panegyricus Virgineae Matri Mariae adornatus. Tyrnaviae 1750. 4.

Panegyricus D. Ignatio dictus. Ib. 1751. 12.

(Paintner.)

SKODA (Scoda) Georgius, Germanus, Cremsiri in Moravia 26. Mart. 1679. natus, et aet. 17. in provinciam Austriacam receptus, 4 vota professus, et utriusque facultatis Doctor, Tyrnaviae Philosophiam Lincii Casus, Cassoviae Theologiam, Graecii SS. Litteras et Jus Pontificium Tyrnaviae

Digitized by Google

et Budae universim 27 annis docuit. Demum Soproniі ultimo novennio Casus explanavit compendiaria methodo, et senectute confectus ibidem pie obiit 29. Apr. 1756. aet. 77.

Edidit latine:

Satyrae Menippeae de quibusdam, quae faciunt in landem Sophiae et veri Stoici Philosophi. Cassoviae 1702. 12. Carm. her. et eleg.

Duo fulmina belli, i. e. S. Stephanus et Mathias Corvinus, victoriosi de hostibus triumphatores, laudibus insigniti. Cassoviae 1703. 12.

Philosophia morum in usum privati hominis accommodata. Partes II. Tyrnaviae 1715. et 1717. 12.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Paistner.)

SOBER (Schober) Joannes Evang., Hungarus, Posonii 4. Dec. 1741. natus, et Trenchinii in tyrocinium receptus, cum Tyrnaviae Philosophiam, Theologiam Graecii cum laude publice defendisset, Judenburgi tertio probatus, biennio ultimo Praefectum et Professorem linguae germanicae et gallicae in Convictu Nobilium Tyrnaviae egit. Sublato Ordine brevi Primati Hungariae Principi Bathyani notus, instituendae primum in palatio suo nobili juventuti, tum introducendae in Tibisco adsitis terris scholis nationalibus praefectus, mox Canonicus Ecclesiae Collegiatae Posoniensis, tum simul urbis Parochus, Capituli Praepositus a Leopoldo vero II. Abbas S. Aegidii de Simiglio ac denique a Carolo Archiduce Primate agente Episcopus Noviensis nominatus est. In omnibus his muneribus omnes officii sui partes affecta licet fere semper valetudine implevit, adeo ut Gallum etiam militem in hospitali adiret et ad consulendum saluti suae adhortaretur. Ob singularem vero prudentiam et in negotiis gerendis dexteritatem in Comitiis tum regiis tum provincialibus, Commissionibus etiam diversis et Deputationibus adhibitus est. Cum his omnibus vitam semper vere religiosam conjunxit, ac Gallis urbem oppugnantibus, quo tempore plurima adhuc Civitati ad sublevanda mala officia praestitit, piissime decessit 7. Junii 1809. aet. 68. Vitam ejus scripsit Canonicus Jordanszky in 4. ex qua insuper constat:

Manuscripta ejus plurima stilo soluto et ligato post mortem ejus, cum Praepositura, igne a Gallis injecto, conflagrasse, dolendam cumprimis musam latinam, qua emicuit. In hac vita referuntur quaedam ejus Epigrammata latina, et Denisii Elogia de sublata Societate versu germanico reddita.

Pars ejus non exigua in Collectione Scriptorum pro Catholicae Fidei propugnatione Augustae Vindel. edita fuit.

Denique in Msc. extant Analecta Comitiorum Regiorum anni 1790. quibus interfuit, e quibus integra eorum historia confici posset.

Edidit pro devotione nutrienda:

Fides, Spes, Charitas.

Devotio ad S. Josephum.

Devotio ad S. Aloysium.

Denique Poemation in Secunditias Emerici Roteri olim e S. J. 1799. latine.

SOCHER Albertus, Germanus, unus ex sex fratribus, qui omnes ad S. Hyppoliti in Austria nati, Societati se dedere, et quorum pater, et ipse aliquamdiu Jesuita, deserto Ordine dixisse fertur, se sui loco filios suos missurum. Nomina eorum Antonius senior, Josephus, Albertus, Ignatius, Theophilus et Franciscus Xaverius, qui junior omnium 1706. natus est. Celebres omnes in Societate, quatuor etiam scriptis editis claruere. Ignatius primus, Temesvarini Concionator, in obsequio peste infectorum decessit 1738. Theophilus fere per totam vitam Praeco S. an. 1767. ad laborum praemia evolavit. Albertus an. 1697. 14. Febr. natus, aet. 18. Societati insertus, ac 4 vota professus, Lincii Mathesim, Labaci Philosophiam triennalem ac Theologiam moralem docuit. Minister dein Lincii et in Collegio Nordico, Socius Magistri Novitiorum Viennae, Regens Seminarii Viennae et Clagenfurti, Styrae Rector, Clagenfurti demum pie obiit 15. Julii 1763. aet. 66.

Extat ejus germanice:

Panegyris SS. Cosmae et Damiani. Viennae Voigt. 1725. fol.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

Digitized by Google

SOCHER Antonius, praecedentis frater 5. Sept. 1695. natus et aet. 16. Societati adscitus, 4 vota professus et Philosophiae Doctor, cum Mathesim Graecii triennio docuisset, Historiographo Germaniae Sacrae primum Socius datus, Historiographus dein ipse provinciae Austriacae, ad S. Annae demum pie obiit 18. Martii 1771. aet. 77.

Edidit latine tacito nomine:

Panegyricus S. Catharinae. Viennae 4.

Item S. Joanni Evang. Viennae fol.

Omina Serenissimae Archiduci in Belgium ad ejus gubernationem concedenti, ab Academia Viennensi oblata. Viennae Voigt. 1735. fol.

Apposito nomine:

Historia Provinciae Austriae Societatis Jesu ab ejus exordio ad annum 1590. Tomus I. Viennae Greg. Kurzbeck 1740. fol. Germanice.

Panegyris funebris de Carolo VI. Rom. Imp. Viennae 1740. fol.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Vogel.)

SOCHER Franciscus Xaver., praecedentis frater, 17. Oct. 1706. natus, et aet. 16. Societati adjunctus, 4 vota professus, a tertia probatione Belgradi primum Poesim et Rhetoricam docuit, Cibinii, Strigonii, Cremsii, Labaci concionatus, ad S. Annae Socium Magistri Novitiorum et Ministrum egit, et provecta jam aetate, cum pro singulari abnegationis sui exemplo a Provinciae Praeside eo mitti petiisset, quo aliis omnibus disponi difficillimum accideret, Petrovoradinum, Germanorum sepulchrum dici solitum, missus, ibidem Curatorem loci quinquennio adjuvit, et soluto Ordine in Austriam redux, ad S. Virginem Lauretanam apud Patres Servitas in Hungaria pie obiit 30. Aug. 1781. aet. 75.

Continuavit germanice Stöckleinii Mercurium, seu Epistolas Indicas.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

SOCHER Josephus, praecedentium frater, 22. Febr. 1697. natus, et aet. 16. Societati adscriptus, 4 vota professus et Theologiae Doctor, Passavii Philosophiam, Clagenfurti et Viennae casus docuit, ibidem ad S. Annae et in Collegio est concionatus; Romae dein quinquennio Poenitentiarius, et A. R. P. Generali Francisco Retz pro Germania ab epistolis fuit. In provinciam reversus Collegium Passaviense, Nordicum Lincii, Neostadii Residentiam et Collegium, Cremsii Collegium et Seminarium rexit, ac demum pie obiit Neostadii 11. Martii 1771. aet. 74.

Edidit latine:

Physica particularis de quinque sensibus Passavii in defensione publica distributa et impressa Lincii Jo. Feichtinger 1731. Germanice:

Panegyris S. Ursulae. Viennae Schwendiman 1726. fol.

Item SS. Mauritio et Sociis MM. Viennae id. 1726. fol.

Item S. Ignatio. Viennae 1727.

Item SS. Cordi Jesu. Viennae in Templo S. Ursulae. Kaliwoda 1736. 4.

Item S. Leopoldo. Claustroneoburgi in Templo Canonicorum regul. S. Aug. dictus. Viennae Kurzbeck 1736. 4.

Item S. Joanni Nepomuceno. Viennae Kaliwoda 1739. 4. Utraque recusa Augustae Dom. Gruber 1741.

Funebris Carolo VI. Rom. Imp. Viennae et Ratisbonae. Bader 1741. fol.

Paravit pro typo Elogia eorum, qui in Provincia Austriae peste infectis se exposuere.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

SOLDNER Henricus,

cujus latine:

Aristoteles magnus orbis Philosophus. Viennae 1660. 12.

Seneca Philosophus, sub immani Neronis tyrannide mortem fortiter oppetens, tragico versu descriptus. Viennae 1661. 8.

(Wittmann.)

SOPRONIENSE COLLEGIUM, in Hungaria, 1636. a Civitate fundatum,

cujus latine:

Sermo eucharisticus ob liberationem Sopronii ab hostili oppugnatione, a Sac. S. J. Sopronii 1735. 4.

Sermo eucharisticus ob Nativitatem Principis Josephi a Sac. S. J. Sopronii 1741. 4.

Votaet Applausus Nobilium Convictus So-

Digitized by Google

pron. in faustum Nominis diem A. R. P. Mathiae Geiger S. J. Reg. Conv. Sopronii 1771. f.

(Paintner.)

SOUTTERMANS Mathias, Belga Antverpiae 4. Maji 1631. natus, et Viennae Austriae 1647. in Societatem receptus, ac 4 vota professus, tempore belli Missionarium in Hungaria egit, et plures pagos ad orthodoxam fidem reduxit. Dixit pro concione Graecii, Clagenfurti, Passavii et Viennae in Domo professa, ubi quinquennio Dominicis singulis et in verno jejunio quinquies per hebdomadam est concionatus. Rexit Collegium Goritiense et Passaviense. Ob singularem vero prudentiam et pietatem Caesareo ad Regem Catholicum Oratori Illustr. Comiti ab Harrach Madriti triennio, et anno uno Archiduci Austriae Mariae Antoniae Bavariae Duci Monachii a sacris confessionibus fuit. Ultimis 15 annis Viennae in Domo professa Congregationem Dominorum singulari zelo rexit, et tam purpurato Ecclesiae Viennensis Episcopo Kolloniczio quam summis Aulae proceribus in pretio fuit. In tradendis S. Patris Exercitiis singularis, integra Virginum Deo sacrarum claustra tranquillitati restituit, ac demum pie obiit Viennae 25. Julii 1799. aet. 68.

Edidit plura opuscula ascetica:

De Encomiis B. V. Mariae.

De Cultu S. Ignatii.

De arte moriendi.

De damnis amoris proprii et fallaciis mundi.

Vertit e belgico in germanicum eleganti stilo:

Cornelii Hazard S. J. Historia Ecclesiastica. Tomus I. Viennae Leop. Voigt 1678. fol. Recusus 1684. et 1694.—Tomus II. ib. 1684. et 1725. — Tomum III. coepit, sed morte praepeditus non absolvit.

Ex italico vertit in latinum:

Compendium Meditationum P. Pauli Segneri S. J. Viennae.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

SPADON Ignatius, Germanus, Graecii in Styria 1629. natus, aet. 15. Societati adscriptus, studia insigni cum laude absolvit; sed valetudinis tam infirmae, ut nulli omnino officio subeundo par esset, ut ingenio ita pietate singulari, in flore aetatis obiit Lincii 3. Sept. 1661. aet. 32.

Edidit latine:

Novem Leopoldi Austriae Heroes. Viennae Cosmerov. 1658. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

SPAENHOLZ Joannes, Hungarus, Tyrnaviae inter Coadjutores temporales in S. J. receptus Pharmacopaeae arte excelluit, pluraque elucubravit de re pharmaceutica ingenii monumenta, vulgata typo Viennae circa 1650.

(Hormyi. Mem. Hung. 1777.)

SPAITS Petrus, Hungarus, Körmendini 20. Maji 1734. natus, et aet. 17. Societati insertus, absolutis studiis in Convictu Nobilium Tyrnaviensi Praefectum et Architecturae civ. et milit. ac Geometriae practicae Professorem ab anno 1765. ad abolitum usque Ordinem egit, obiitque 1797. aet. 63.

Est ejus latine:

Oratio panegyrica D. Ivoni Facultatis juridicae patrono habita. Tyrnaviae. 1764. 12.

(Paintner.)

SPAITS Stephanus, Hungarus, Körmendiensis Budae Rhetor Trenchinii 1761. in Societatem adscriptus et dum tolleretur Ordo, Tyrnaviae in tertium annum Theologus, post Professor humaniorum Budae, Director eorundem Albae regiae

scripsit latine:

In obitum M. Theresiae Augustae, quum ei Regia Universitas Budensis parentaret. Budae 1781. 8.

(Bibl. Sacchen.)

SPANGAR Andreas, Hungarus, Neogradi 29. Jan. 1678. natus, et aet. 16. in Societatem aggregatus, Praeconem sacrum 25 annis per Hungariam egit, Collegium Ginsiense et Unguarinense rexit, ac demum pie obiit Rosnaviae 14. Mart. 1744. aet. 66.

Sunt ejus latine:

Bibliotheca SS. Patrum concionatoriae Synopsis, in qua pro singulis Dominicis et festis diebus indicantur Patres, qui pro

Digitized by Google

illis Sermones scriptos reliquerunt. Tyrnaviae 1721.

Concordantiae Marianae, sive quae ad laudem Dei Matris pertinent, adnotatis Autorum nominibus et operibus. Tyrnaviae 1721.

Libelli de Controversiis.

Concordantiae novae, universales tripartitae, sive Nomina et Vocabula communi mortalium usu recepta, resque iisdem significatae e praestantissimis Scriptoribus et Autoribus tum sacris tum profanis enucleatae, novaque methodo ordine alphabetico tripartitae, in virorum praesertim Apostolicorum usum et gratiam concinnatae. Tyrnaviae typ. Acad. 1721. 4.

Gregorii Petthö Chronicon vernacula conscriptum et ad annum 1626. perductum (editumque Viennae 1711. Tomis III. 4.) copiose auxit adjutus a Samuele Comite Kalnoczi et recudi curavit addendo tres novos Tomos. Cassoviae 1734. Tomi VI. 4.

Chronica hungarica cum variis Catalogis Cassoviae 1738. hungarice. In hac citat sequens opus a se confectum, quod tamen lucem non vidit:

Bibliotheca hungarica, quae chronico supplementi instar esset.

In Msc. reliquit:

Bibliotheca hungarica, complectens Scriptores hungaros cum recensione Operum eorundem, hungarice.

Splendores SS. Ordinum et Institutorum religiosorum utriusque sexus tam in communi quam particulari, in forma Concordantium propositi.

Concordantiae concionatoriae.

Societas Jesu Concordantiis illustrata, sive litteraria eorum Autorum et Scriptorum concordia, a quibus S. J. medulla et praerogativae exponuntur, Sanctorum et Beatorum Gloria praedicatur, filiorum ac sociorum functiones explanantur, amicorum et fautorum praeconia celebrantur, adversariorum et invidorum tela retunduntur, denique qui de ejusdem Societatis personis ac rebus quoquomodo scripsere.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Horanyi. Benkö. Feller. in Petthö. Bibl. Sacchen. Paintner.)

SPECKBACHER Antonius, Germanus, Passaviensis, e Provincia Austriaca, Missionarius in America Meridionali, ex infirmitatibus in molestissimo itinere contractis paulo post Adventum suum Panamae mortuus,

cujus:

Epistola ad P. Wolfgangum Reusner ejusdem Provinciae Sacerdotem e Portobello 5. Aug. 1685. de suo itinere et insulis Caribibus, a quarum incolis tres e Societate occisi. — germanice in Stöcklein Mercurio Parte I. n. 19.

SPILLHOFFER Maximilianus, Germanus, Labaci Carnioliae metropoli 12. Oct. 1683. natus, aet. 17. Societati se dedit, et 4 vota professus ac Philosophiae Doctor, Viennae Poesim, Philosophiam Lincii, Budae et Jaurini Theologiam moralem tradidit; dein Minister ibidem, Rector Varadini vir apprime religiosus et in regendis aliorum conscientiis dexter, Neostadii 2. Febr. 1755. aet. 72. piissime obiit, membris ante rigidis et nonnisi vi movendis post mortem asperrimo hyemis tempore in Sacello frigido mollibus et flexibilibus repertis.

Edidit latine:

Monumenta Virtutis Austriacae. Viennae Voigtin 1717. 8.

Miscellanea Poeticarum scenicis ludis exhibita. Viennae Voigt. 1717. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

SPINDLER Franciscus Xaver., Germanus, Graecii in Styria 30. Nov. 1726. natus et 1742. in Societatem receptus, Graecii Magister Poesim, et absolutis cum laude studiis Viennae in Collegio Nobilium Theresiano Rhetoricam biennio docuit. Subin Graecii 4 vota professus et Philosophiae Doctor creatus eandem biennio, dein Eloquentiam et Historiam docuit, ac pie obiit 1773. aet. 47.

Edidit latine:

Mercurii Supplicium in Barometro. Carmen. Graecii Widm. 1752. 8.

Oratio funebris ad Exequias Francisci I. Rom. Imp. Graecii 1765. fol.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

SPINDLER Josephus, Germanus, Augustae Vindelicorum in Austria ex illustri

Digitized by Google

Baronum familia 4. Martii 1674. natus, et Lincii in Provinciam Austriacam aet. 15. susceptus, 4 vota professus et Philosophiae Doctor, Graecii simul Concionator festivus Mathesim, et severiores alias disciplinas diversis in locis tradidit. Dein in Lusitaniam Socius Confessario Clarissimae Reginae est datus. Redux Collegium Labacense et Convictum Graecensem rexit. Tum Romae Procuratorem Germaniae quinquennio egit; ac rursus in provinciam reversus Collegium Passaviense rexit, et demum Procurator Inferioris Austriae pie obiit Graecii 21. Junii 1730. aet. 56.

Edidit germanice:

Triste amoris monumentum Deo et hominibus semper dilecti Leopoldi I. Aug. Rom. Imp. in Exequiis triduanis Universitatis et Collegii S. J. Graecensis prima die dictum. Graecii Widm. 1703. 4.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

SPIZIGH Emericus, Germanus, Marburgi in Styria 21. Nov. 1632. natus, et aet. 18. Societatem ingressus, 4 vota professus, disciplinas severiores 21 annis magna cum laude tradidit, et vir pius ac in se severus obiit Clagenfurti 5. Oct. 1699. aet. 67.

Edidit latine:

Album Austriacum Marianum Sodalitatis majoris latinae, seu Elogia Ferdinandi II. III. IV. et Leopoldi M. Sodalibus Clagenfurtensibus, cum Illustrissimus D. Georgius Gaisrugg ibidem defenderet 1671. Impressum Viennae, Cosmerovii 1671. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

SPLENYI L. B. de Mihaldy Josephus Hungarus, 23. Aug. 1709. natus, et act. 16. Societatem ingressus, 4 vota professus, Philosophiae et Theologiae Doctor, Cassoviae et Claudiopoli Poesim et Rhetoricam, Ethicam iisdem in locis ac Budae Philosophiam biennalem, Agriae, Cassoviae, Tyrnaviae, Jaurini Controversias, Canones et Scripturam S. tradidit, ac demum soluto Ordine obiit.

Edidit latine:

Affectus Musarum Cassoviensium occasione Martis Europam vexantis fusi. Carmen. Cassoviae typ. Acad. 1736. 12.

Initia Societatis Jesu Cassoviensis ab an. 1608. ad an. 1640.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

SPORENO Antonius, Italus, Utini in Ditione Veneta 5. Apr. 1683. natus, et Goritiae 1699. in Provinciam Austriacam receptus, 4 vota professus, et utrinsque facultatis Doctor, utramque scientiam Graecii et Viennae pluribus annis docuit, atque hic praefectum generalem studiorum, illic Academiae Cancellarium egit. Collegium Goritiense rexit, et Seminarii Tergesti in decimum annum Regens ibidem pie obiit 8. Julii 1750. aet. 67.

Edidit latine:

Lustrum primum, quartum et quintum Universitatis Graecensis. Graecii Widm. 1719. 12.

De Gloria Protectorum et Interitu Persecutorum Ecclesiae ex Lactantio, Orosio, aliisque antiquis Scriptoribus concinnata. Graecii 1726. 8.

De Gloria Protectorum et Interitu Persecutorum Ecclesiae Historia a Saeculo VIII. ad XVI. deducta. Graecii 1728. 12.

Recudi curavit: Joannis Gisbert, S. J. Vera idea Theologiae cum Historia ecclesiastica sociatae, seu Quaestiones juris et facti theologicae. Graecii 1731. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

STABER Franciscus Xaver., Germanus, Clagenfurti Carinthiae metropoli 30. Oct. 1704. natus, et aet. 17. inter tyrones receptus, ac 4 vota professus, Graecii Poesim docuit, et cum variis in locis severiores scientias tradidisset, Missione Indica non obtenta, in Dacia Coronae domicilii moderatorem et S. Curionem summo fervore egit, et orthodoxis aditum ad Senatum, ac ludum publicum pueris sumtibus M. Theresiae Aug. obtinuit, et demum viribus exhaustus hydrope ibidem piissime obiit 3. Martii 1753. aet. 49.

Edidit latine:

Divi Ferdinandi II. R. I. Virtutes Regiae, anno ejusdem obitus saeculari debitae pietatis ergo metro adumbratae. Graecii Widmanstad. 1737. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

Digitized by Google

STADLER Franciscus Xaver., Germanus, Viennae Austriae 22. Martii 1672. natus, aet. 18. Societati adscriptus, 4 vota professus, et utriusque facultatis Doctor, Graecii Magister Poesim, Sacerdos ibidem et Viennae Philosophiam et Theologiam dogmaticam magna claritatis et profundae scientiae fama exposuit. Collegio Lincensi, Convictui Viennensi praefuit; et Praefectus generalis studiorum ibidem in annum decimum, vir non minus religiosus, qui piis adversariis se ad mortem usque occupavit, eandem pie subiit Viennae in Collegio 1. Julii 1730. aet. 58.

Edidit latine:

Lustrum III. Regis Maximi Romanorum et Hungariae Josephi I. Carmen epicum Graecii Widm. 8.

Philosophus peregrinus perlustrata visibili mundi creatura ad Creatoris Dei cognitionem manuductus; in quo per 6 Capita e mundi sublunaris constitutione et concinnitate, ex coelestibus orbibus et 4 elementis, ex mixtis perfectis inanimatis et ex animatis vegetabilibus sensitivis Dei existentia ostenditur. Partes II. Graecii Widm. 1706. et 1707. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

STAINDL Franciscus, Germanus, Clagenfurti Carinthiae metropoli 5. Maji 1675. mundo, et 1691. Societati natus, 4 vota professus et utriusque facultatis laurea insignitus, Graecii Poesim, Rhetoricam et Philosophiam 6, Theologiam Viennae annis 8 professus; tum Convictus Viennensis Regens, Provinciae Praesidis Socius, Collegio Graecensi, domui professae, Collegio item Passaviensi, Labacensi, Clagenfurtensi praefuit; bis Romam ad Congregationem Procuratorum et Generalem XVI. qua Retzius electus, missus; ultimis 9 annis viribus fractis Clagenfurti quievit, et bis in anno Curiones S. Vallis Junoniae sacris S. Ignatii meditationibus exercuit; pieque ibidem obiit 13. Oct. 1750. aet. 75.

Sunt ejus latine:

Poetica Tristitiae cura tribus libris exposita. Graecii Widmanstadii 1701. 8. Carm. elegiaco.

Annus primus belli Italici Ser. Principe Eugenio Sabaudiae Duce ter secundus, suada panegyrica celebratus. Graecii Widmanst. 1702. 12.

Selectae quaedam e selectis Justi Lipsii Epistolis. Graecii 1710. 12.

Synopsis chronologica seu Ratio temporum et rerum succincta ab orbe condito ad annum 1711. exeuntem. Graecii id. 1711. 12.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

STAINDL Joachimus, Germanus, Clagenfurti in Carinthia 5. Dec. 1678. natus, Viennae 1694. Societatem ingressus, 1715. Philosophiae et Theologiae Doctor, illam Graecii, hujus diversas partes Graecii, Lincii, Passaviae annis 10 docuit, Rector dein Cremsii ac Styrae et ab anno 1734. Graecii 22 annis Procurator interioris Austriae ibidem pie obiit 27. Dec. 1756.

Edidit latine:

Mensis chronologicus, seu universa chronologia lustribus 30 perspicua facilique methodo comprehensa. Partes II. Graecii Widm. 1715. 1716. 12.

(Wittmann.)

STAINER Sebastianus, Germanus, 2. Julii 1680. natus, et aet. 16. Societatem ingressus, 4 vota professus et Philosophiae Doctor, Philosophiae ac Theologiae diversas partes Labaci, Graecii, Lincii, Clagenfurti, Tyrnaviae et Cassoviae annis 10 exposuit. Tum Minister, Superior plurium domiciliorum, demum pie decessit Graecii 12. Junii 1748. aet. 68.

Edidit latine:

Vaticinium sciatherico-geometricum, seu modus dies, annos et horas determinandi, quibus umbrarum proportiones quisque facile praecognoscat, et iis turrium, columnarum caeterorumque corporum ad horizontem perpendiculariter insistentium altitudinem metiatur. Lincii Jo. Leidenmayr 1713. fol.

Anathema astronomico-sciathericum Augustissimae Coelorum Reginae Mariae appensum honoribus et in disputatione physico-mathematica oblatum. Labaci J. G. Meyr 1716. fol.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Bibl. Carniol.)

STAININGER Josephus, Germanus, Viennae Austriae 12. Febr. 1700. natus,

Digitized by Google

aet. 15. Societatem amplexus, et emissis 4 votis Philosophiae ac Theologiae Doctor creatus, Mathesim Viennae, Philosophiam Graecii quinquennio docuit. Tum 7 annis Lincii et Viennae in Domo professa et Collegio est concionatus. Tyrnaviae Theologiam polemicam ac dogmaticam biennio tradidit, ac rursus biennio Viennae, in Domo professa ad populum dixit. Rexit dein Collegium Cremsense, Domum Traunkirchensem, Convictum Viennensem, ac demum in Domo Annaea Procurator et Socius Directoris Exercitiorum pie obiit 17. Oct. 1766. aet. 66.

Edidit germanice:

Oratio funebris Carolo VI. Rom. Imp. dicta. Viennae Kaliwoda 1741. fol.

Panegyris S. Bernardo ad S. Crucem Cisterciensium Monasterio in Austria dicta. Viennae 1742.

Item S. Floriano M. Viennae 1743. 4.

Item SS. Tyrolensibus, cum Natio eorum Festum celebraret. Viennae Heyinger 1746. 4.

Item S. Kiliano cum SS. Colomano et Totuano, Patronis Franconiae. Viennae Kurzbeck 1746. 4.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

STANKOVITS Joannes, Hungarus, Szakolczae 1591. natus, scientiis tam mansuetioribus quam severioribus egregie percultus, ac Olomucii Sacerdos initiatus, ob eximias virtutes in Collegium majorum Sacerdotum Ecclesiae metropolitanae Strigoniensis assumptus et sacer Curio Tyrnaviensibus datus, Summorum aeque ac infimorum animos ad se rapuit. Sed posthabitis omnibus, quos aut gessit aut sperare certo potuit, titulis, veniam a Petro Pazmano Cardinali et Archiepiscopo Strigoniensi petiit, in Societate Jesu Deo serviendi nec difficulter obtinuit. Tyrocinium ergo Leobii 1627. auspicatus, subinde expeditiones apostolicas in partibus turcicis 12 annis subiit, et ab anno 1652. pro concione hungarica ipsos 35 annos Tyrnaviae aliisque locis, pro slavonica sexennio Posonii dixit. Rexit demum domicilium Soproniense et expleto rara felicitate Sacerdotii Jubilaeo, ipsa nascentis Domini die meriterum plenus placidissime obiit 1673. aet. 92.

Extat ejus hungarice:

Purgatorium Lutheranorum et Calvinistarum. Laureti 1670. 8.

(Poistner.)

STARZER Henricus, Germanus, Viennae Austriae 26. Sept. 1657. natus, et aet. 19. Societati adnumeratus, 4 vota professus et Theologiae Doctor, Graecii et Viennae Rhetoricam triennio, Philosophiam Lincii, Theologiam moralem et polemicam Tyrnaviae et Graecii tradidit. Haec inter scholarum praefectus annis 12 ludum magnificum Viennae exhibuit Leopoldo Caesari valde probatum. Socius subin Magistri Novitiorum, Collegii Lincensis et Cremsensis Rector, et Domui professae Praepositus, demum Seminarii Cremsensis Regens, ac in Collegio ibidem fractis penitus viribus 16 annis quiescens pie demum obiit 6. Oct. 1730. aet. 73.

Edidit latine:

Manipulus laurearum. Graecii 1689.

Europa vindicata in debilitato Turcarum throno ac submisso laborantiImperio auxilio expressa. Graecii Widm. 1689. 8.

Poesis in Epigrammate adolescentium ingenia periclitans.

Problemata politica quinquaginta oratorie deducta et symbolis ornata. Viennae 1690. 12.

Exercitationes oratoriae.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

STAUDINGER Antonius, Germanus, Lincii Austriae supra Onasum metropoli 26. Jul. 1702. natus, et aet. 15. Societati insertus, finitis vix studiis et 4 vota professus, S. pulpito admotus, ab anno 1733. Concionatorem Lincii, Graecii, Viennae tum in Collegio tum in Domo professa ac demum ab anno 1746. sexennio in Ecclesia Metropolitana S. Stephani aequali ubique concursu et animorum motu egit, et viribus debilitatis in Domo professa demum 9. Sept. 1766. aet. 64. piissime obiit.

Sunt ejus germanice:

Panegyris S. Udalrico Sueviae Patrono. Viennae Heyinger 1737. 4.

Item S. Domitiano Carinthiae Patrono. Viennae Voigtin 1738. 4.

Digitized by Google

Funebris Carolo VI. Rom. Imp. Viennae Kaliwoda 1740. fol.

Panegyris SS. Pueris Andreae Rinn et Simoni Tridentino Tyrolis Patronis. Viennae 1743. 4.

Item S. Kiliano Franconiae Patrono. Viennae Kurzbeck 1747. 4.

Item S. Petro Regalato. Viennae 1747. 4.

Item S. Bernardo Neostadii ad Primitias Leopoldi Premlechner Ord. Cisterc. Viennae Heyinger 1749. 4.

Panegyris ad alteras Primitias S. R. E. Card. et Archiep. Vienn. Sigismundi Com. a Kolonicz. Viennae id. 1749. fol.

Funebris eidem dicta. Viennae. id. 1749. fol.

Panegyris B. Josepho a Cupertino in Solemnitate Beatificationis ejus apud Patres Conventuales S. Francisci. Viennae Ghelen 1753. 4.

Funebris Roberto S. Ord. Cist. ad S. Crucem in Austria Abbati. Viennae 1756. fol.

Funebris Em. S. R. E. Card. et Archiep. Vienn. Josepho Com. de Trautson. Viennae 1757. fol.

Sermo in Benedictione Vexillorum Regiminis Kollowrat.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

STEDER Carolus, Germanus, Oponavii in Suevia 1629. natus et aet. 18. in provinciam Austriacam receptus Viennae Poesim docuit 1655. et 12. Febr. 1687. Graecii pie obiit.

Edidit latine:

Actus honoris Sapientiae Viennensis Athenaei nova lauro inauguratae. Viennae Matth. Cosmerovii 1655. 8.

Symbolum novi veris, Augustissimis Auspiciis Leopoldi I. Imp. consecratum. Viennae Cosmerovii 1660. 12.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

STEIGMILLER Ernestus, e Provincia Austriaca, Missionarius in America Meridionali,

cujus:

Epistola ex S. Fide in novo Regno Granatensi 30. Sept. 1724. de nova Missione apud Llanos, populum recens detectum. — Germanice in Stöcklein Parte IX. n. 229.

Epistola ad R. P. Antonium Vanossi S. J. Viennam ex Sancta Fide in novo Regno 30. Sept. 1724. de diuturno morbo suo, itinere Carthagena eousque, et Missionibus in hac regione. — germanice ibid. P. XIV. n. 324.

Epistola ad R. P. Molindes Viennam 5. Febr. 1725. de Missione S. Theresiae apud Llanos, apud quos degit. — germ. ibid. n. 325.

Epistola ad R. P. Sigismundum Pusch S. J. Cancell. Univ. Graec. ex Pature 30. Oct. 1727. qua Llani et Caribes et diversae naturae dotes describuntur. — germ. ib. P. XVII. n. 391.

Epistola ad eundem, ex Patuta 30. Mart. 1731. de Tunebis conversis, defectione Quariborum et spe convertendi Salibas. — germ. ib. P. XXI. n. 447.

STEINDEL Franciscus Xaver., Croata Crisiensis 11. Nov. 1746. natus, 1763. in Societatem receptus, et sublato Ordine Philosophiae Doctor, Professsor Matheseos in Academia Magno-Varadinensi et Canonicus Zagrabiensis,

edidit latine:

Elementa Geometriae practicae in usum Academiarum. Budae 1779. et 1782. 8.

Elementa Matheseos purae. Budae 1782. 8.

Institutiones Arithmeticae. Partes III. Budae 1782. 8.

(Cat. Bud. 1799. Bibl. Teleky.)

STEINKELLNER Aloysius, sequentium duorum avunculus, Germanus ad S. Viti in Carinthia 21. Aug. 1707. natus, et aet. 16. Societati adjunctus, 4 vota professus et Philosophiae Doctor, Poesim et Rhetoricam Viennae biennio, tum easdem domesticos annis 11 Leobii docuit. Missionarius dein in Freistein et annis 9 vagus per Carinthiam; demum ab anno 1761. Clagenfurti mane ad concionem dixit et a meridie doctrinam christianam exposuit ad mortem usque, quam ibidem pie obiit 29. Oct. 1770. aet. 63.

Edidit latine:

Digitized by Google

Fastorum Ecclesiasticorum Liber I. et II. Carmen. Viennae Kaliwoda 1740. 8.
Eorundem Liber III. et IV. ib. id. 1741. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

STEINKELLNER Antonius, Germanus, Freystadii in Austria 11. Junii 1732. natus, 1748. Viennae Societatem ingressus, in eaque 4 vota professus, Praefectum primum et Catechistam in Collegio Nobilium Theresiano egit, tum Lincii Logicam et Metaphysicam quadriennio praelegit, ibidem abolito Ordine Seminario summo domus illius in pietate et studiis emolumento praefuit, ac demum pie obiit ibidem 1788. aet. 56.

Edidit latine:

Panegyricus S. Ignatio. Viennae Kaliwoda 1755. 12.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

STEINKELLNER Carolus, Germanus, Freystadii in Austria 17. Sept. 1720. natus, et aet. 18. Clagenfurti in Societatem receptus, 4 vota professus et Philosophiae Doctor, in Collegio Theresiano primum Rhetoricam tum in Collegio Viennensi Rhetoricam partim, partim Poesim quadriennio, dein ab anno 1759. ad abolitionem usque Ordinis Ethicam ibidem praelegit, ac strenuus simul Operarius usque ad mortem pie obiit Viennae 10. Mart. 1776. aet. 57.

Edidit latine:

Institutiones Philosophiae moralis in usum Auditorum Philosophiae. Tomi II. Viennae Trattnern 1758. et rursus 1769. 8.

STEINKELLNER Josephus, Germanus, Clagenfurti Rhetor 1745. in Societatem receptus, absoluta Viennae Philosophia et Theologia Graecii, vix tertio probatus, Clagenfurti biennio Missionarium catecheticum et ab anno 1763. Viennae in Domo professa Catechistam Templi, Praesidem Congregationis de doctrina christiana, curatorem scholarum trivialium et ultimo quadriennio simul Concionatorem matutinum festivalem et Instructorem Convertendorum ad abolitionem usque Ordinis et ultra egit, obiitque Viennae continuus Operarius in Parochia 88. Angelorum antea Domus professae 15. Sept. 1796.

Edidit germanice:

Vita omnium Sanctorum Apostolorum. Partes II. Viennae 1763. et 1764. 8.
Cultus pius Festorum Domini et Matris Domini, quae ab universa Ecclesia solenniter celebrantur. Viennae Jahnin 1769. 8.
Catechismus Catholicus Ceremoniarum. Viennae 1770. 8.
Catechismus Controversiarum. Viennae 1771. 8.
Vita et Cultus S. Stanislai Kostka. Viennae 1772. 8.
Vita S. Pulcheriae Virginis et Imperatricis Orientis. Viennae 8.

(Wittmann.)

STEIZINGER Antonius, Germanus, in Stainziensi Styriae fano 17. Mart. 1696. natus, aet. 15. Deo se in Societate consecravit, et 4 vota professus, ac Philosophiae et Theologiae Doctor, Poesim, Rhetoricam, Ethicam Graecii, Labaci Philosophiam tradidit, Cassoviae controversias fidei explanavit, et variis muneribus functus, piissimo obiit Passavii 12. Jan. 1759. aet. 63.

Edidit latine:

Felicitas Styriae in adventu utriusque Caesareae Majestatis. Carmen in 10 epistolis. Graecii Widm. 1729. 12.
Luctus Styriae in septem Excellentissimorum Procerum funeribus expositus. Graecii id. 1730. 12.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

STELZHAMMER Joannes Christophorus, Germanus, in oppido Weissenbach in Austria Superiore 25. Augusti 1750. natus, absoluta Lincii Philosophia aet. 18. Societatem amplexus est. Peracto Viennae ad S. Annae tyrocinio et repetitis Leobii Studiis humanioribus missus est Graecium ut se in Studio Matheseos perficeret et simul in Specula astronomica Operam navaret. Sublato Ordine per aliquod tempus Poesim et Rhetoricam Lincii docuit, dein Viennae absolutis Studiis Sacerdos et Theologiae Doctor factus est. Ab anno 1792. docuit Physicam Clagenfurti in Carinthia, quo in Galiciam abiit, ut Baronem Metzburg in de-

Digitized by Google

metienda hac parte Poloniae juvaret. Viennam vocatus in restituto Theresiano Nobilium Convictu primo Mineralogiam et Montanisticam docuit, tum data ei est Cathedra Physicae experimentalis una cum Directione C. R. Musaei physico-astronomici. Per longam annorum seriem vices gessit Directoris facultatis philosophicae et anno 1825. Rector Magnificus Universitatis Viennensis electus, Dignitate C. R. Consiliarii ornatus et Canonicus ad S. Stephani factus est. Vir erat eximiae eruditonis praesertim in rebus physicis, magnae charitatis et benevolentiae erga proximum plane singularis. Obiit Lincii 10. Oct. 1840. act. 90. occasione lapsus e lecto. Episcopus Lincensis Thomas Ziegler, antiqua amicitia illi familiaris posuit illi Epitaphium in Lincensi Ecclesia Cathedrali, in quo tamen nulla fit mentio, cum fuisse aliquando Societatis Jesu et quidem postremum omnium Jesuitarum, qui Abolitionem Ordinis supervixerit.

Edidit germanice:

Topographia Archi-Ducatus Austriae seu Expositio Ortus Urbium, Oppidorum, Pagorum, Castellorum, eorumque possessorum, nec non Originis Abbatiarum, Monasteriorum, Paroeciarum, Monumentorum etc. Vol. 18. Viennae Franc. Wimmer 1819. — 1840. 8.

Variae Dissertationes Ephemeridibus insertae.

(Linzer Monat-Blatt.)

STETTINGER Christophorus, Germanus, Claustro-Neoburgii in Austria 14. Aug. 1628. natus, et aet. 17. Societati aggregatus, 4 vota professus et utriusque facultatis laurea insignis, Philosophiam ac Theologiam tam moralem quam dogmaticam 14 annis tradidit. Rector dein Lincii, et 14 annis Leopoldi Caesaris conscientiae arbiter, simul Curionum Castrensium Antistes, religionis aeque ac justitiae tenax, ideoque a malevolis et improbis calumniis et insectationes crebro perpessus; sed Caesari vel ideo acceptior, vir magnae demissionis, et orationis etiam nocturnis horis studiosus, piissime obiit Viennae 15. Jan. 1691. aet. 73.

Edidit latine:

Laurus Sapientiae hieroglyphica Maximiliano Ernesto Com. ab Oettingen exhibita, cum prima Philosophiae laurea decoraretur. Graecii Widm. 1663. 8.

Nummus Boleslai illustrissima imitatione recusus, sive Icon Magni Patris M. filio Francisco Com. ab Altimis dedicatus. Graecii 1663. id. 8.

Vita Ven. P. Francisci Suarii S. J. Theologi per Elogia. Graecii id. 1673. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

STEURER Antonius, Germanus, Brauneciin Comitatu Tyrolensi 31. Aug. 1673. natus, aet. 16. Societatem in provincia Austriaca ingressus, ac 4 vota professus, vix sacerdos factus duabus Archiducibus filiabus Josephi I. Caesaris praeceptor et conscientiae arbiter est datus, et majorem natu Josepham Amaliam Saxoniae Ducem et Reginam Poloniae anno 1720. eo comitatus, eidem ad finem usque ejus vitae a S. confessionibus fuit, et religiosissimam Principem ad multas pias devotiones in Aula instituendas induxit. Ipse vero in eadem Aula piissime obiit 26. Apr. 1741. aet. 68.

Scripsit latine:

Commentarii pro Historia Alberti II. Ducis Austriae cognomento Sapientis scripti. Lipsiae 1725. fol. c. fig.

Vita et Doctrina Jesu Christi secundum quatuor sanctos Evangelistas. Ratisbonae Bader 1745. 4. germanice ib. eod. 1762. 4. Erfurti 1742. 4. Viennae Schulz Voll. IV. 1774. 8.

Laboravit etiam in Historia Domus Austriacae, et in Elogiis Principissarum Domus Austriacae, quae tamen non prodiere, et plures Tomos Collectaneorum reliquit, quae (ut habet Schlözer in Commercio litterarum Göttingae 1777. pag. 205.) Marquardo Herrgott ad aliquot dies inspiciendae concessit, qui ea celerrime describi curavit, et in Abbatia S. Blasii servantur. Originalia vero distracta partim Dresdae partim Pragae existunt.

Praeterea in Msc. in Bibl. Caes. Reg. Vindob. T. II. Recens. Schwandtner. n. 1583. servantur:

Syllabus Bullarum, Diplomatum, litterarum et aliorum documentorum. Tomi VI. fol.

Matricula Jurisdictionis Episcopatus Misnensis in Saxonia de anno 1346. Excerp-

Digitized by Google

ta ex Archivo Episcopatus. pag. 77. folio. ib. n. 1598.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Mem. Trev. 1725. Jour. des Sav. 1726. Walch.)

STIEFF Antonius, Germanus, Lincii Austriae Sup. metropoli 6. Jan. 1664. natus, et aet. 15. Societati adjunctus, 4 vota professus et Philosophiae ac Theologiae Doctor utramque Lincii, Zagrabiae ac Viennae pluribus annis docuit. Hinc in Aulam Lusitanicam evocatus Ser. Reginae Austriae Archiduci a sacris consiliis et confessionibus ad mortem usque fuit, quam piissime oppetiit Ulyssipone 27. Sept. 1729. aet. 65.

Edidit latine:

Oratio funebris in Exequiis Perillustris D. Antonii Adami Patatich.

Item Augustissimis Manibus Leopoldi I. Consilio et Industria Magni Panegyricus, cum ei Collegium S. J. et Universitas Graecensis parentaret. Cum Descriptione Castri doloris, et Emblematibus. Graecii Widm. 1705. 4.

Jus Asyli historico-juridico-canonicum. Viennae Voigtin 1707. 4.

Propemticon Serenissimae Archiduci Austriae in Lusitaniam abeunti chronostice praefixis litteris A. S. Viennae Voigtin 1708. fol.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Propyla um Bibl. Un. Graec.)

STOECKLEIN Josephus, Germanus, Ransacus Oettinganus 30. Julii 1676. natus, sacris et profanis litteris jam exculus Societati se an. 1700. in Provincia Austriaca adjunxit et Theologiae Doctor ac Philosophiae Baccalaureus, 4 vota professus in Hungaria septennio cum laude est concionatus, Rector dein Neostadii et per decennium Curio campestris undecim praeliis et non paucis obsidionibus in Imperio et Hungaria interfuit, et aegro aut vulnerato militi inter summa pericula intrepidus adstitit, quo sibi vel apud ipsos summos Duces Thunium, Eugenium, Stahrembergium aliosque etiam heterodoxos Principes maximum amorem et existimationem peperit. Certe Rex Angliae tanquam Dux Hanoveranus domum ei pro functionibus Societatis in Ducatu suo et in Anglia ipsa obtulit. Augustus Poloniae Rex in suam eum aulam petiit. Dux Würtembergensis et Marchio Badensis Concionatorem cum suum Aulicum voluere, Comes de Thurn et Taxis et Conradus Starhembergius pro eo certarunt. Sed et Provinciae Germaniae eum certatim expetiere. Et vero eloquentiae suae vi et agendi dexteritate Hagenoae, Rastadii, Badenis, Spirae, Philippoburgi, Taurini aliisque in locis plurimos ad Ecclesiam Catholicam reduxit, in Transylvania 25 sacros conventus instituit, in quibus ipse populum ad veram Fidem poenitentiam et christianam vitam hortatus est. Budae ter peste afflatis adstitit, et etsi ipse correptus, mox ut consanuit, eidem rursus periculo se exposuit. Sed et a coelo miris favoribus cumulatus, vexatum ab orci spiritu paucis verbis liberavit, et Neostadii Rector cum esset, a creditore pressus in arca prius bene excussa invocato Numine necessariam pecuniam non sine prodigio reperit. Postremos annos Graecii scribendo dicavit et accepto mortis nuntio fabrum lignarium vocavit, ut mensuram arcae, qua corpus suum conderetur, acciperet. Sic paratus piissime obiit Graecii 28. Dec. 1733. aet. 58. Elogium ejus in Continuatione Mercurii sui per P. Franciscum Keller S. J. P. XXIX. n. 572, quo brevis vitae ejus descriptio continetur pag. 141 — 154.

Edidit germanice:

Eucharisticon ob liberatam Budam. Viennae Cosmerovii 1712. fol.

Liber de Apocalypsi ex gallico Jacobi Bossueti Ep. Meld., additis declarationibus et observationibus. Augustae Vindel. et Graecii Veith. 1718.

Mercurius seu Novus Nuntius mundicum diversis Relationibus Missionariorum Societatis Jesu, seu diversae tam ad eruditionem quam ad spiritum fovendum Epistolae, Scripta et Itineraria, quae a Missionariis S. J. ex utrisque Indiis, aliisque trans mare sitis regionibus ab anno 1642. ad annum 1758. in Europam advenere, nunc primum partim ex Manuscriptis, partim ex aliis probatis relationibus diversarum linguarum congesta sunt a Josepho Stoecklein S. J. Tomi V, quorum quivis VIII Partes, ultimus tantum IV, universim XXXVIII continet, quarum priores XXIV ipse P. Stöcklein,

Digitized by Google

reliquas PP. Carolus Meyer, Petrus Probst et Franciscus Keller S. J. congessere. Augustae Vind. et Graecii. Veith. 1728. — 1758. fol.

Ex his speciatim totam partem XVI. explet Opus ab ipso P. Stoecklein elaboratum, sc.:

Comparatio Chronologiae Sinicae cum Epochis et Aeris aliarum nationum Mosaica, Syriaca, Aegyptiaca, Judaica, Graeca, Romana, tum in S. Scriptura tum in profanis autoribus contentis. Accedunt duae Chartae geographicae Paraquariae ab ipso confectae.

Partem vero XX. similiter explet Opus ab ipso confectum; sc.:

Exitus filiorum Israel ex Aegypto et iter per desertum usque in terram sanctam ex relationibus Patris Sicard S. J. Abbatis Gamingensis et Ven. P. Felicis Ulmensis Ord. Praed. 1485. et 1556. editis, cum 2 mappis.

Expolivit etiam et edidit Conciones P. Gerardi Pauli S.J. Aug. Vind.

Plures Libelli catechetici. Reliquit etiam Opus mseptum, quomodo Ariani e Dacia pelli queant.

(Gesta et S ripta prov. Austr. Georgi Lexic. et Suppl. I.)

STOEGER Joannes Nep., Germanus, Clagenfurti in Carinthia 5. Novembris 1792. natus, aet. 30. jam Sacerdos Societatem ingressus, 4 vota professus, variis muneribus perfunctus, modo Procuratorem Provinciae Austriae agit.

Edidit germanice:

Libellus de Amore Cordis Jesu. Graecii. Jos. Sirolla. 1836. — 1852. 8. septies recusus.

Jesu Cor tuum. Novenna. Graecii Ferstl. 1836. 12.

Jesu Cor tuum fidele. Novenna. Graecii Jos. Sirolla 1837. 12.

Mensis seraphicus Amoris. Graecii Kienreich 1837. 12.

Idem libellus sub titulo: Amor Dei ad usum Orationis mentalis. Augustae Vind. Jos. Kollmann 1840. et 1854. 12.

Parvulus Jesus, Amor cordis nostri. Pro festo Nativitatis Domini. Graecii Jos. Sirolla 1838. 1844. et 1853. 12.

Libellus Xaverianus ad exercendum zelum animarum. Lincii Fink et Eurich 1838. 1839. 1840. 12.

Libellus Aloysianus ad custodiendam innocentiam. Graecii Jos. Sirolla 1842. 1846. et 1852. 12.

Concio in Secunditiis R. P. Odilo, Sacerdotis jubil. Ord. S. Francisci Cap. Lincii Haslinger 1840. 12.

Instructio de Meditatione juxta methodum S. Ignatii. Graecii 1842. 1843. 1844. 12.

Thesaurus absconditus in Confessionibus excipiendis. Graecii 1842. 12. quater recusus.

Zelus pro salute animarum, ex libello Xaveriano. Graecii 1841. 1842. 1844. 12.

Felix vocatio ad Breviarium. Graecii Jos. Sirolla. 1844. 12.

Foedus pacis cum Deo. Libellus devotionis pro vita quotiduana et pro tempore Exercitiorum spiritualium. Oeniponte. Fel. Rauch. 1847. 12.

Idem libellus auctus et alio modo ordinatus omissis, quae ad Exercitia pertinent. Graecii Jos. Sirolla 1855. 12.

Porta ad vitam. Lectiones de bona morte, ex foedere pacis cum Deo. Graecii Jos. Sirolla 1853. 12.

Corona Coeli, finis altissimus Spei christianae. Parisiis et Ratisbonae. Jos. Manz 1850. 1851. 1854. 8. in italicum vertit R. D. Ferd. Mansi. Romae Battelli 1852. 8.

Maria in throno Coeli. Libellus ex Voto. Parisiis et Ratisbonae. Jos. Manz 1850. 12. in Bibl. ascet. 1852. 12. in Gallicum vertit Jos. Groulier et I. M. Daurignac. Parisiis et Lugduni Pélagaud 1855. 12.

Litteratura ascetica de Exercitiis Spiritualibus cum dissertatione de libello Exercitiorum S. P. Ignatii. Parisiis et Ratisbonae. Jos. Manz 1850. 8.

Historiographi Societatis Jesu. Monasterii et Ratisbonae Jos. Manz. 1851. 8. latine.

Fidelis Amicus. Libellus manualis tempore Exercitiorum Spiritualium. Tomulus I. Ratisbonae. Jos. Manz 1855. 12.

Vertit ex italico:

Jesus ad cor Juvenis. Graecii Ferstl. 1836.

Paradisus in terra P. Antonii Natalis. S. J.

Digitized by Google

Aug. Vind. Kollmann 1840. et 1844. 12.

Maximum Mysterium Divini Amoris. Novenna ad Cor Jesu P. Caroli Borgo S. J. Aug. Vind. Jo. Kollmann 1840. 1841. et 1843. 12.

ex gallico:

Manuductio ad vitam interiorem P. Surin S. J. 1840. et 1841. 12.

Correctiori stylo germanice recudi curavit:

Libellus Crucis. Opus P. Francisci Molindes S. J. Pietas quotidiana erga Jesum crucifixum ad impetrandam gratiam pie vivendi et sancte moriendi. Graecii Jos. Sirolla 1842. 12.

STOERGLER (Stägler) Petrus, Germanus, Lythopoli in Carniolia natus, et juvenis anno 1642. in Societate mortuus, Labaci Magister Poeseos

edidit latine:

Asma poeticum Lytaniarum Lauretanae Virginis. Lincii Joan. Paltauf 1636. 8. c. fig. Georgio Abbati Hilar. dicatum.

(Bibl. Carniol.)

STOPACHER Sebastianus, Germanus, Pollaviae Styriae fano 17. Junii 1671. natus, et aet. 17. Societatem ingressus, 4 vota professus, et Philosophiae Doctor, Poesim Viennae, Lincii Rhetoricam et Philosophiam tradidit, et 15 annis Seminarii Regens ibidem pie obiit 3. Febr. 1730. aet. 59.

Edidit latine:

Flores Mariani e diversis Viennensium Sodalium virtutibus collecti. Carmen. Viennae Schlegel 1710. 12.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

STORCHENAU Sigismundus, Germanus, Hollenburgi in Carinthia 17. Augusti 1731. natus, et aet. 16. Societatem ingressus, 4 vota professus et Philosophiae Doctor, vir, de quo non Societas modo sed et Germania tota tum ob profundam ejus eruditionem, tum ob sincerum pro tuenda vera Religione zelum merito gloriari potest, vix absolutis insigni cum laude studiis tertio probatus, Logicam et Metaphysicam in Universitate Vindobonensi docere coepit, consummataeque suae in hac scientia doctrinae testimonium locupletissimum liber est de ea editus, ultimisque annis auditoribus suis praelectus. Tenuit hanc cathedram annis decem, dum abolito Ordine Clagenfurtum se recepit, inque domo matris suae, eodemque cubicello, quod adolescens humanioribus litteris studens incoluit, ad mortem usque perseveravit, tempus omne inter studia et pietatis opera dividens, eo servato disciplinae diurno ordine, quem in Religione vivens ne minutissimis quidem violatis regulis tenuit. Absolvit tum celeberimum de Philosophia Religionis Opus, Viennae a se coeptum, et Conciones non minus egregias, quas coram Serenissima Archiduce Austriae Maria Anna Clagenfurti habuit, edidit. Demum continuis studiis totus enervatus eodem tempore, quo Galli Clagenfurtum ac ipsam ejus domum possedere, piissime obiit 13. Apr. 1797. aet. 66. in Parasceve sepultus.

Edidit latine:

Institutiones Logicae et Metaphysicae. Partes V. sc. Logica, Ontologia, Cosmologia, Psychologia et Theologia naturalis. Viennae Trattner 1769. — 1771. 8.

Recusae saepius Viennae, Venetiis 1775. et Budae. 1798.

Tractatus de Religione, appendix Theologiae naturalis. seorsim. Viennae Schulz 8.

Germanice:

Principia Logicae. Augustae Vindel. 1775. 1786. 8.

Philosophia Religionis. Tomi VII. Augustae Vindel. Veith 1772. — 1781. 8.

Additamenta ad Philosophiam Religionis Tomi V. Aug. Vind. id. 1785 — 1789. Omnes XII tomi recusi Augustae et Viennae Doll 1803. 8.

Documenta rara ex interiori Archivo Philosophiae Religionis. Aug. Vind. id. 1805. 8.

Fides christiana, prout esse debet; Opus philosophico-theologico-morale practicum. Aug. id. 1792. 8. — Gallice. Viennae 1805. 8.

Sermones spirituales in singulas Dominicas totius anni, dictae coram Maria Anna AA. apud Elisabethinas Clagenfurti. Tomi IV. Aug. id. 1784. 8. latine per Aug. Ortman. Posonii 1817. 8.

Digitized by Google

Doctrina moralis Christiana, prout esse debet, in sermonibus spiritualibus pro festis totius anni proposita. Tomi IV. Aug. id. 1794 — 1796. 8.

De Inertia materiae, in quantum potentiam cogitandi excludat. In Collectaneis ad diversas scientias Eruditorum Austriacorum. Viennae 1775. 8.

Praefatio ad L. C. Spittleri adumbrationem Historiae Ecclesiae Christianae. Aug. Vind. 1790. 8.

(Augsburg. Journal. 1797. Catal. Doll.)

STORCHMAN Franciscus, Germanus, Clagenfurti Carinthiae metropoli 3. Oct. 1669. natus, et aet. 15. Societatem ingressus, absolutis studiis Graecii Rhetoricam, Lincii Philosophiam docuit, et lenta tabe consumtus, octava ab absoluto Cursu die pie ibidem obiit 8. Maji 1703. aet. 34.

Edidit latine:

Labores Rhetorici in Palaestra Eloquentiae menstrua hactenus exercitatione propositi. Graecii Widm. 1694. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

STRAESSEL Ignatius, Germanus, in Bojaria 1. Aug. 1695. natus, et Philosophiae laurea ornatus Viennae aet. 22. in Societatem receptus, 4 vota professus, Concionatorem Lincii ac Viennae egit, ibidem Congregationi Coelibum praefuit, et curam permolestam carcerum habuit, ac sedulus Operarius pie obiit 23. Nov. 1738. aet. 43.

Edidit germanice;

Exercitia octiduana S. Ignatii in usum maxime sacrarum Deo personarum utriusque sexus. Viennae Heyinger 1737. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

STROBEL Joannes, Germanus, Labaci, Carnioliae metropoli 1592. natus, et aet. 23. in Societatem admissus, Labaci 14 annis lingua patria utilem Concionatorem egit, Seminarium triennio rexit, ac ibidem pie obiit 4. Apr. 1645. aet. 53.

Reliquit Conciones suas tomis 9 latino sermone nitide descriptas.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

STROBEL Mathias, Germanus, 1714. Viennae Austriae tyrocinium ingressus, vix Sacerdos factus, in Paraquariam concessit, ibique usque ad annum 1764. zelosus Missionarius fuit;

cujus:

Epistola ad Rectorem Prov. Austr. Hispali 15. Febr. 1727. quam ut et Andalusiam describit. — germanice in Stöcklein Parte XXIV. n. 509.

Epistola ad Patrem S. J. Viennae ex Bono aere in Paraquaria 15. Junii 1729. qua mores tum Christianorum tum ethnicorum regni hujus describit. — germ. ib. n. 510.

STRUSSICH (Strutsits) Marcus, Illyrus 24. Apr. 1659. natus, et aet. 16. Societatem in Provincia Austriaca amplexus, 4 vota professus, Tyrnaviae Rhetoricam docuit, et Posegae Praefectus domus, Concionator illyricus et Operarius indefessus pie obiit 22. Oct. 1703. aet. 44.

Edidit latine:

Fasciculus oratorius de B. V. Maria ex campo Eloquentiae. Tyrnaviae typ. Acad 1691. 12.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

STUERMER Ignatius, Germanus, Viennae Austriae 21. Aug. 1752. natus, aet. 16. Societatem ingressus, soluto post sexennium Ordine, absoluta in eo Philosophia, inter Alumnos Academiae Caes. Reg. Orientalis receptus, et post varia munia in Oriente gesta, Nuntius Caes. Reg. ad Portam Ottomanicam in numerum Liberorum Baronum receptus et Commendator Ordinis S. Stephani, Consiliarius status in Cancellaria Aulica de negotiis externis, et Referens in Causis Orientis pie tandem obiit Viennae.

Edidit:

Anthologia Persica. Viennae 1778. 4. persice et latine.

Colloboravit in Meninskii Lexico arabico, persico, turcico, secundis curis ab Academia Viennae 1781. fol. edito, inque ejus Tomo I. plurimam partem habet.

STUMPF Franciscus, Germanus, ad S. Viti in Carinthia 23. Febr. 1652. natus, et aet. 19. in Societatem receptus, Procuratoris Ministri munere pluribus annis functus, et ubique strenuus Operarius pie

Digitized by Google

obiit Traunkirchii 17. Dec. 1730. aet. 78.
Conscripsit plura opuscula elegantia vario carmine.
Reliquit etiam copiosa Scripta ascetica a se composita, prelo digna.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

STURM Andreas, Germanus, Gentifori Carinthiae oppido 1643. natus, et aet. 18. Societati adscriptus, Sacerdos Graecii Rhetoricam docuit, et Posonii, Lincii, Clagenfurti in quartum annum magno cum zelo concionatus, praematura morte sublatus est Clagenfurti 28. Apr. 1676. aet. 33.
Edidit latine:
Sapiens Nobilitas familiari disceptatione ab Eugene contra Diogenem vindicata. Graecii Widm. 1672. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

STYRENSE COLLEGIUM ad Confluentem Onasi et Styrae in Civitate celebri Austriae sup. situm, et ab Ignatio et Bernardo ex illustri Familia de Thonhausen, utroque Soc. Jesu Sacerdote fundatum, cujus latine:
Applausus poeticus P. Jacobo Marell S. J. ad secundas Primitias. Styrae Jos. Grünewald 1726. 4.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

SUMATINGER Fridericus, Germanus, Lincii Austriae Sup. metropoli 25. Jan. 1660. natus, et aet. 15. Societati adnexus, Philosophiam in Provincia, Theologiam Romae quadriennio excepit, et 4 vota professus ac Philosophiae Doctor, Viennae Rhetoricam, Philosophiam ac Theologiam diversis locis docuit, ac demum Praefectus spiritus Neostadii grassante peste, in quo exponi enixe petiit, malo correptus, victima charitatis obiit 25. Nov. 1713. aet. 53.
Edidit latine:
Graecae Linguae Summaria, Complexio ex majoribus Lexicis concinnata. Viennae 1709. Voigtin 8.
Passio Christi e 4 Evangelistis in unam Historiam collecta cum Iconibus, expositione textus et iconis in singulos anni dies doctrina morali. Recusa Herbipoli Kerz 1710. et 1716. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

SUMMATINGER Joachimus, Germanus, Viennae 14. Martii 1699. natus, ibidem 1717. in Societatem susceptus, 4 vota professus, Viennae Dialecticam, Tyrnaviae Casus et Canones, et diversas Philosophiae et Theologiae partes aliis in locis per plures annos docuit, pieque obiit Millestadii 12. Febr. 1763.
Ejus latine:
Panegyricus D. Ladislao Hung. Regi, dum Natio Hungarica annuos ei honores deferret. Viennae 1736. fol.

(Bibl. Saechen.)

SUMMERAUER Franciscus, Germanus, in Carinthia 5. Sept. 1672. natus, et aet. 17. in Societatem cooptatus, Sacerdos factus et Professorum gradum assecutus, vitam omnem in praedicando per Hungariam Verbo Dei ipsis 24 annis consumsit, et huic muneri est immortuus Varadini 13. Dec. 1734. aet. 72.
Extat ejus germanice:
Funebris Panegyris Josepho I. Imp. Graecii Widm. 1717. fol.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

SUSSNIK Franciscus, Croata, Zagrabiae 25. Nov. 1686. natus, et aet. 24. Societati adnumeratus, Concionatorem et Operarium Illyricum pluribus annis egit, ac pie decessit Zagrabiae 3. Maji 1739. aet. 53.
Edidit patrio sermone preces aliquas.
Reliquit imperfectum Lexicon 24 linguarum, opus insigne, si absolvisset. Fors idem, aut certe ex parte, quod elaboravit And. Jambrossich S. J.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

SYHN Franciscus Xaverius, Germanus, Graecii in Styria natus, Sacerdos Viennae Poesim biennio, et altero Rhetoricam docuit, quo in finem vergente pie obiit 15. Aug. 1683.
Edidit:
Genethliacon Leopoldo Leopoldi I. M. et Eleonorae Neoburgicae filio. Viennae Cosmerovii 1682. fol.
Solatia ex peste sedata Austriae. Viennae 1683. 12.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

Digitized by Google

SZABO David, Transylvanus, Barottensis, 10. Apr. 1739. natus, Udvarhelii Rhetor in Societatem 1758. Trenchinii receptus et absolutis studiis Sacerdos, tum Rhetoricae ac Poeseos in alterum annum Professor, cum tolleretur Ordo, in hoc munere per reliquam vitam usque ad annum 1798. Comaromii quadriennio tum Cassoviae summa cum laude versatus, senio demum confectus, Virthae ubi demum apud amicum privatus vixit, de lingua et poesi patria, quam ad omnia genera poematum peraptam ostendit, optime meritus pie obiit 22. Nov. 1819. aet. 80.

Edidit hungarice:

Prosodia hungarica, ter mutato semper titulo edita Cassoviae 1777. 8. et ibidem 1789. 4.

Ad novam mensuram revocati versus. Cassoviae 1777. 8.

Vanierii Praedium rusticum versu hexametro. Posonii et Cassoviae 1779. 4. Cassoviae 1794. 8.

Corona ex versibus. Cassoviae 1786. 8.

Dictionarium parvum variarum vocum hungaricarum. Cassoviae 1794. et 1792. 8.

Quis victor in Prosodia hungarica? Cassoviae 1787. 8.

Ad Hungaricum Equitatum Versus panegyrici occasione belli turcici. s. l. 1790. 8.

Versus in Festivitate Comitatus Sabolds. Cassoviae 1791. fol.

Orthographicae et grammaticales Adnotationes de Prosodia hungarica. Comaromii 1800. 8.

Flores linguae hungaricae cum parvo lexico. Comaromii 1803. 8.

Demum ejus sunt: hungaricis versibus redditus Virgilius totus et Milton.

(Bibl. Szechen. Observator Austriacus 1819. 16. Dec.)

SZABO Josephus, Hungarus, Jaurini an. 1761. in Societatem adsumtus, absoluta, cum tolleretur Ordo, theologia Sacerdos, et subin Parochus Neosoliensis, obiit 2. Apr. 1801.

Edidit:

Cultura Peponum. Tyrnaviae 1790. 8. latine. Elector Trevirensis, fructus hujus singulariter amans, feliciter tentata Cultura hac Autorem 50 aureis donavit.

Frumentum Vaciense. Vacii 1793. 8. hungarice. — germanice redditum per Lud. Mitterbacher. S. J. Viennae 1793. 8.

SZABO Stephanus, Hungarus, Agriae 28. Jul. 1695. natus et Cassoviae Philosophiae laurea ornatus, aet. 19. Societatem ingressus, Claudiopoli Poesim et Rhetoricam et 4 vota professus, Philosophiam Cassoviae quadriennio docuit. Sed zelo animarum aestuans, pluribus dein annis in Hungaria lingua patria tanta facundia dixit, ut praecipuis Oratoribus adnumeraretur. Rexit postea Collegium generale Clericorum Tyrnaviae, Collegia Sopronienſe et Quinque-Ecclesiense, ac demum Seminarii S. Adalberti Tyrnaviae Regens pie obiit 3. Mart. 1753. aet. 58.

Edidit latine:

Arbusculi majales ad Castalios Parnassi Claudiopolitani fontes ab incolis ejusdem Musis praefixae. Claudiopoli typ. Acad. 1720. 12. Carmine eleg.

Academicarum fulminalium stemma. Claudiopoli 1721. 12.

Vindiciae Mariani Conceptus. Tyrnaviae 1723. 4.

Cassovia vetus et nova. Ibd. 1732. 12.

Hungariae:

Oratio panegyrico-eucharistica M. Theresiae Augustae, Bavaris 1743. gloriose devictis. Sopronii 1743. fol.

Funebris dicta Elisabethae Mercze Joannis Revitzki Conjugi. Cassoviae 1730. 4.

Concio in Translatione Thaumaturgae Virginis Tyrnavianae ad Sacrarium erectum ab Emerico Eszterhàzy, Archiepiscopo Strigon. Tyrnaviae 1742. 4.

Funebris Josepho Festetits, Generali etc. Sopronii 1744. fol.

Concio in Funere Elisabethae Horvath nuptae Josepho Festetits Generali Caes. Reg. Sopronii 1744. fol.

Concio occasione solennis gratiarum actionis ob electum Imperatorem. Sopronii 1745. fol.

Oratio in laudem Francisci I. Rom. Imper. dum dignitatem Imperialem capesseret. Sopronii 1745. fol.

Concio panegyrica de S. Stephano, Rege Hung. ad Sodales Congregationis ejusdem. Posonii 1751.

Digitized by Google

Conciones quadragesimales. Sopronii 1743. fol.

Triennium Concionum Dominicalium. Tyrnaviae 1746. fol.

Lucubrationibus Concionum in dies festos est immortuus.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Bibl. Schmidtner et Szechen. Paintner.)

SZABOLOVICH Martinus, Croata Crisiensis Confiniarius 1. Nov. 1731. natus et absoluta Tyrnaviae Philosophia Viennae 1751. in tyrocinium receptus, Posegae et Zagrabiae Philosophiam biennalem, tum postremo loco Controversias ac Theologiam ipsam ultimo ante abolitionem Ordinis anno docuit, dein Exhortator Academicus Zagrabiensis,

edidit:

Applausus Catullianus honoribus Card. Josephi Com. Batthyani, Archiep. Strigon. cum a Josepho Aug. Purpuram solemniter acciperet. Vindobonae Trattner 1778. 4.

Ode Joanni Com. Erdödi, cum Regnorum Dalm. Croat. et Slav. Bani dignitatem adiret. Zagrabiae 1796. 8.

Ode, qua in funere Josephi Mikocz S. J. seipsum solabatur. Zagrabiae. 1800. 8.

(Bibl. Szechen. Paintner.)

SZABOLT Franciscus, Hungarus, Nagy-Tapolczae in Comitatu Nitriensi 2. Martii 1653. natus et act. 20. Societatem ingressus, Operarius indefessus, in reducendis haereticis et regendis tum exteris tum domesticis dexter pie obiit Tyrnaviae 5. Oct. 1709. aet. 56.

Edidit hungarice:

Actus Amoris Mariani, cum Vita et Cultu S. Annae. Tyrnaviae typ. Acad. 1608.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

SZAIKOVICH Stephanus, Hungarus, edidit latine:

Hercules Philosophus in palatio honoris. Graecii 1666. 12.

(Wittmann.)

SZALAI Josephus, Hungarus, Ginsii 23. Mart. 1704. natus et aet. 21. Societatem Philosophus ingressus, per omnem vitam parochum primum Cibinii et Rosnaviae, tum Missionarium in Pornom, demum annis plurimis Concionatorem germanicum in diversis per Hungariam locis egit, pieque obiit Szatmarini 13. Mart. 1760 aet. 56.

Est ejus latine:

Filius prodigus. Opusculum.

(Paintner.)

SZAMAROCZI Paulus, Hungarus, Szamaroczi nobili gentis suae oppido prope Trenchinium 14. Junii 1674. natus, et aet. 18. Societati insertus, Magister Claudiopoli juventutem alieno sub vestitu ob sectariorum infestationem imbuit; tum Cassoviae Rhetoricam docuit, et Sacerdos factus ac solemni professione emissa concionatus slavonice pluribus in locis, pluribus domibus praefuit, vir magni zeli et laboris omne superfluum tempus, ac praesertim postremos annos piis libellis conscribendis impendit, pieque et ipse obiit Solnae 1754. aet. 80. Soc. 62.

Edidit latine:

Academicum Soc. Jesu Collegium Cassoviense Divina ope et humana ex cineribus resurgens. Cassoviae 1702. 12. stilo lapidari et oratorio.

Vindiciae illibati Conceptus Mariani. Tyrnaviae 1705. 4.

Ascesis Ignatiana. slavice. Cassoviae 8.

(Gesta et Scripta Prov. Aust. Paintner.)

SZARCA Casparus, Hungarus, Lucafalvae in Comitatu Castri ferrei illustri genere 10. Aug. 1635. ortus, et reluctante diu patre, quem tandem fuga filii et Religionis timor a probis injectus post biennium vicit, aet. 18. Societatem Leobii ingressus, 4 vota professus, et utriusque facultatis Doctor, Missione transmarina nequidquam petita utramque Scientiam Tyrnaviae pluribus annis docuit, et Academiae Cancellarius simul Scripturam S. et Jus Pontificium exposuit, et ad populum mira permovendi vi dixit. Rector dein et Magister tyronum Trenchinii, Rector Collegii et Academiae Tyrnaviensis, ob vitam singulariter piam et austeram et singularem in adversis animi tranquillitatem ac constantiam non a domesticis modo sed et externis et praecipuis viris, Primate Strigoniensi, Prorege et Provinciae Praeside vir sanctus et doctus,

Digitized by Google

prima Regni infula dignus, Angelus appellatus. Hanc animi magnitudinem praecipue ostendit, cum an. 1683. a Tökelianis e lecto, cui depascens eum tabes affixit, in exilium raptaretur, Turcarum servituti tradendus, nec a Praeside Domicilii S. Francisci carceris et aerumnarum amore Jesu Christi avidus se liberari pateretur; quare curru rustico Szomolyanum devectus, tres dies et noctes a milite sub dio custoditus, hinc Temetvengiam et inde in castra Tökeliana raptatus est, quo in itinere comiti suo, divino afflatu omnia, quae futura essent, et etiam evenere, praedixit. Ipse vero in arcem Hrusso ductus, paucis post diebus tabe et aerumnis confectus piissime obiit 18. Oct. 1683. aet. 48.

Edidit:

Librum de vera Religione. Tyrnaviae 12.

Regulas Societatis Jesu hungarice transtulit. Tyrnaviae typ. Acad. 8.

In Msc. reliquit Soliloquia spiritualia, servata Viennae in Domo Annaea.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

SZDELLAR Franciscus, Croata 29. Sept. 1685. natus, et aet. 17. Societatem ingressus, 4 vota professus et utriusque facultatis Doctor, utramque scientiam Tyrnaviae, Graecii, Viennae annis 16 tradidit. Rector dein Zagrabiae, Cancellarius Tyrnaviae, et Praefectus altiorum scholarum Labaci pie obiit 9. Junii 1745. aet 60.

Edidit latine:

Itinerarium peregrini Philosophi Sinis, Japone, Cocincina, Canada, et Brasilia definitum. Tyrnaviae typ. Acad 1720. 12.

Itinerarium peregrini Philosophi Turcia (Graecia) definitum. Tyrnaviae id. 1721. 12.

Conclusiones Theologicae de Peccatis, Gratia et Merito. Tyrnaviae id. 1727. 8.

Colloquium super systemate Praedestinationis Divinae Thomistam inter et Scholarum Societatis sequacem. Tyrnaviae id. 1727. 8.

Quaestiones miscellaneae ex variis in unum collectae. Tyrnaviae 1728. 8.

Dissertationes selectae chronologico-biblicae super Vetus Testamentum. Graecii Widm. 1736. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Catal. Bibl. Acad. Vienn.)

SZEGEDI Georgius, Transilvanus, Mickszasziensis, 11. Nov. 1711. natus, et aet. 16. Societatem complexus, 4 vota professus et utriusque facultatis Doctor, Philosophiam Claudiopoli et Cassoviae annis 6 Theologiam polemicam Tyrnaviae, moralem Graecii ac demum Dogmaticam Cassoviae docuit, et Collegii Claudiopolitani, Cassoviensis ac rursus Claudiopolitani Rector, ibidem et Convictus et Seminarii Clericorum Regens, abolito Ordine obiit.

Edidit latine:

Pietas hungarica sive summus ejusdem gentis in Mariam affectus omni obsequiorum genere jam inde a S. Stephani temporibus testatus. Claudiopoli 1736. 12.

Secunda Deiparae Virginis laudum minuta post laudes lauretanas collecta. Carm. eleg. Claudiopoli 1736. 16.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Bibl. Saechen.)

SZEGEDI Joannes Bapt., Hungarus, ex nobili et perantiqua prosapia 4. Apr. 1699. in Comitatu Castri ferrei natus, et adolescens integerrimae vitae aet. 16. Societati adscriptus, optimam indolem virtute et litteris adeo perpolivit, ut 4 vota professus, utraque philosophica et theologica laurea donaretur. Etsi vero Missiones transmarinas Romae expeteret, Philosophiae primum partes omnes Tyrnaviae quadriennio docuit. Missionarius dein vagus anno uno, mox Tyrnaviam revocatus, Jus Pontificium primum triennio, dein Theologiam dogmaticam tam in hac quam Graecensi Universitate quadriennio praelegit. Rector postea Claudiopoli tantum gratia et autoritate in Dacia valuit, ut Socii sublata de excussione lege in civium numerum reciperentur. Jaurini quoque Rector rem familiarem mire promovit. Tum Viennae in Collegio Pazmaniano Clerum hungaricum saluberrime rexit. Budae vero altioribus scholis praefectus, simul Militiae Caes. Regiae per Hungariam Supremum Curatum egit, et ob singularem Jurisprudentiae peritiam in Tribunal Archiepiscopale adscitus, in rebus arduis paene solus decidit. Haec inter tam diversa et onerosa officia per omnem vitam brevi, quo licuit, tempore missiones summo fervore et fructu obivit, et editis magno numero utilibus pagellis fovit, et quod non mi-

Digitized by Google

nus mirum, tot eruditis de Jure praesertim patrio, in quo erat versatissimus Operibus scribendis otium invenit. Demum Seminarii Tyrnaviensis Regens repentino ventriculi fastidientis vomitu correptus, intra 24 horarum spatium summo et domesticorum et exterorum luctu piissime obiit 8. Dec. 1760. aet. 61.

Edidit latine:

Tripartitum Juris Hungarici Tyrocinium juxta ordinem titulorum Operis tripartiti complures Juris Canonici, Civilis et Hungarici decisiones combinans, et per aphorismos utilitati patriae juventutis accomodans. Partes III. Tyrnaviae typ. Acad. 1733. 1751. et 1767. 8. Zagrabiae 1736. 4.

Rubricae seu Synopses Titulorum, Capitum et Articulorum Universi Juris Hungarici nunc primum collectae, in tres partes distributae et in tyronum gratiam notis historico-chronologico-juridicis illustratae. Pars I. Rubricas vetustorum Hungariae Regum usque ad Ferdinandum I. Altera Ferdinandi I., Maximiliani et Rudolphi, Tertia Novellares a Mathia II. usque ad Carolum VI. nec non Rubricas Juris Tavernicalis et Regulas Juris Canonici et Civilis continet. Tyrnaviae 1734. 8.

Cerographia Hungariae seu Notitia de Insignibus et Sigillis Hungariae. Tyrnaviae 1734. 8. c. fig.

Respublica recte ordinata in Hungaria panegyrica Oratione celebrata, dum Facultas theologica Univ. Tyrnav. Festum S. Joanni Evang. recoleret. Tyrnaviae 1738. fol.

Decreta et Vitae Regum Hungariae, qui Transylvaniam possedere (usque ad Andream II.) cum notis et crisi moderni temporis tam juridica quam historica, in usum praecipue Jurisconsultorum Transylvaniae. Claudiopoli 1745. 8.

Decreta et Vitae Regum Hungariae usque ad Belam IV. Editio altera. Claudiopoli 1763. 8.

Cynosura bipartita universi Juris Hungarici a felicissimo Regimine S. Stephani ad moderna usque tempora ordine alphabetico decurrens. Jaurini 1749. 4.

Andreas II. Assertor libertatis Hungariae, Croatiae, Dalmatiae et Slavoniae, secundum Codicem Legum Hungariae et praecepta artis criticae calamo juridico et historico adumbratus. Jaurini 1750. 8.

Andreas II. dictus Hierosolymitanus, Rex Hungariae XIX. Saxonum in Transylvania libertatis assertor, secundum tenores priviligiorum ipsis concessorum, addita praxi et usu moderno eorundem calamo juridico, historico-critico adumbratus. Jaurini 1751. 8.

Vita Belae IV. Regis Hungariae. 4.

Werbötzius illustratus, sive Decretum tripartitum Juris Consuetudinarii inclyti Regni Hungariae in paragraphos distinctum et notis ac observationibus in usum praesertim tyronum illustratum. Tyrnaviae 1753. 8.

Opusculum de Hierarchia Ecclesiastica et de Primatu S. Petri ejusque Successorum Rom. Pontificum. Agriae 1756. 8.

Manuale Jurisperitorum Hungariae. Jaurini 1760.

Auxit etiam Notis juridicis et eruditis observationibus Corpus Juris Hungarici, seu Decretum generale inclyti Regni Hungariae.

Hungarice:

Aquila magnarum alarum, Concio in funere Excell. D. Comitis Adami Erdödi Episcopi Nitriensis Cancellarii aulici Nitriae dicta. Tyrnaviae 1736. 4.

Concio in Exequiis Celsissimi S. R. I. Principis Csacky, Archiepiscopi Strigoniensis.

Multae pagellae catecheticae.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Hornyi. Benkö. Feller. Bibl. Saechen. Teleh. Jeniach. Paintner.)

SZEGEDI Michael, Hungarus, Synagherii Provinciae Castriferri 23. Oct. 1706. natus, et aet. 15. in Societatem assumtus, 4 vota professus et utriusque facultatis Doctor Tyrnaviae primum Rhetoricam docuit, tum Cassoviae ac rursus Tyrnaviae triennalem Cursum philosophicum persolvit, ac Tyrnaviae haerens, Controversias primum et Casus, dein Cassoviae et Jaurini Theologiam dogmaticam ac iterum Tyrnaviae S. Scripturam tradidit, et demum Gyöngyösini Superior summo omnium luctu pie obiit 23. Jan. 1752. aet. 46.

Digitized by Google

Edidit latine:

De Institutione Juventutis Hungaricae Dialogus. Tyrnaviae typ. Acad. 1735. 8.

Palatium Regni Hungariae, Palatinos ad annos 1315. complectens. Cassoviae 1740.

Res gestae in Hungaria anno 1667. et 5 sequentibus, Conjurationem Vesselianam et Religionis incrementa complectentes. Cassoviae 1740. 8. ib. 1746. 8.

Res gestae in Hungaria ab anno Christi 673. ad annum 1618. Tyrnaviae. 1642. 8.

Primatus Romani Pontificis adversus Cl. Joannem Banmassen, Lutheranum Theologum Hallensem, iterum adsertus. Tyrnaviae 1748. 4.

Hungarice:

Homo sanctus in Sapientia seu Oratio funebris Stephano Hunyadi dicta. Tyrnaviae 1743.

De intaminato Virginis sanctissimae Conceptu. Posonii 1750. 4.

Concio de magno Patrocinio D. Josephi occasione Colossi eidem Tyrnaviae dicati. Ibidem.

Concio panegyrica ad Sodales Congregationis S. Stephani Regis. Hung. Posonii habita. Tyrnaviae.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Hornayi. Sacchen. Paintner.)

SZEGEDI Paulus, Hungarus, Ginsii 16. Jul. 1735. natus, et aet. 17. Viennae in Provinciam Austriacam receptus, absolutis studiis in Collegio Nobilium Theresiano Viennae linguae hungaricae Professor, et ultimis annis in patria Concionator, soluto Ordine Canonicus et Praepositus major Albae regiae ac Episcopus titularis fuit.

Ejus hungarice est:

Oratio funebris in laudem Jo. Szily primi Episcopi Sabariensis. Sabariae 1799. fol.

(Bibl. Sacchen.)

SZEKELI Franciscus, Hungarus, Gyarmartini 14. Maji 1658. natus, et aet. 16. Societati adscitus, 4 vota professus et Philosophiae ac Theologiae Doctor, Tyrnaviae Rhetoricam, ibidem et Cassoviae Philosophiam, Agriae et Tyrnaviae Theologiam moralem tradidit annis pluribus, aliquibus ad populum dixit, Collegium Ginsiense ac plures alias Domos rexit, et pie decessit Unguarini 22. Sept. 1715. aet. 57.

Edidit latine:

Trias virorum illustrium de Collegio Academico S. J. Tyrnaviae bene meritorum Rudolphi II., Petri Pazmani et Nic. Eszterhàzy, stilo historico interpositis carminibus lyricis. Tyrnaviae 1688. 8.

Inflicta a Divina Nemesi vindicta in scelerato Anastasii capite adumbrata 1680. 8. Tragoedia jambica.

Gloriosa Belgradi libertas. Carm. heroic. et eleg. Ibd. 1689. 8.

Hexas lusuum poeticorum. Cassoviae 1691. 8.

Aquilae in Petra gaudium, seu Philosophiae Cassoviensis de bis primo cliente triumphus, honori Sigismundi Palugyai de eadem. Carm. eleg. Cassoviae 1692.

Elogia poetica Viris gloriosis decantata. Tyrnaviae 1644. 8. Carm. eleg. et stilo lapidari.

Canon sinuum, tangentium et secantium ad partes radii 100000 Problematibus trigonometricis amplificatus. Tyrnaviae typ. Acad. 1694. 8.

Tacitus philosophicus seu vita Aristotelis discursibus politicis illustrata. Tyrnaviae 1695. 12.

SZEKELI Stephanus, Hungarus, Aprili 1669. natus, et aet. 18. Societati aggregatus, absoluta Philosophia Tyrnaviae Poesim et Rhetoricam docuit, et Graecii in tertium annum Theologiae studens pie obiit 1700. aet. 31.

Edidit latine:

Lessi sacri Sanctorum e limbo Patrum amorosis querelis mixti. Tyrnaviae typ. Acad. 1696. 8.

Triumphus Innocentiae, seu Abagarus Rex Osroenorum post plurimos adversae fortunae casus in paternum thronum repositus. Tragoedia. Tyrnaviae 1697. id.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

SZENDREI Andreas, Hungarus, Vedradiensis 28. Nov. 1680. natus, et 4 vota professus, 1713. Neosolii tertio probatus, cum humaniores litteras diversis in locis docuisset, in diversis quoque ad populum dixisset, et Collegium Jaurinense ac

Digitized by Google

diversa domicilia rexisset, pie obiit Leutsoviae 6. Febr. 1733. aet. 53.

Edidit latine:

Dena ad Sapientiam tendentibus obstacula ex decem Rhetoricae positionibus deducta, et totidem Ulyssis casibus eum ab Ithaca remorantibus, adumbrata, Cassoviae oblata, edita Bartphae. 1708. 12.

Acumina poetica in tricolli Hungariae enata a Parnasso Cassoviensi. Cassoviae 1716. 8.

(Bibl. Szechenyi. Paintner.)

SZENDREI Josephus, Hungarus, Acsalaghiensis in Comitatu Soproniensi 23. Febr. 1719. nobili loco natus, Ginsii 1740. in Societatem adlectus, et 4 vota in ea professus, Claudiopoli Rhetoricam docuit; Felsöbanii dein Concionator, Missionarius, Superior, Claudiopoli Regens Seminarii, Agriae Instructor Patrum tertiae probationis, Magno-Varadini Superior, Claudiopoli Rector, sublato Ordine obiit.

Edidit latine:

Octo orationes in idola orbis terrarum. Claudiopoli typ. Acad. 1749. 12.

(Grota et Scripta Prov. Austr.)

SZENTIVANY Martinus, Hungarus, in paternae ditionis villa Szentivany 20. Oct. 1633. illustri sanguine ortus et aet. 20. Societati insertus, 4 vota professus, et utriusque facultatis Doctor, S. Linguam Viennae et Tyrnaviae quinquennio, Philosophiam et Mathesim novennio, Controversias fidei, Jus Pontificium et Theologiam dogmaticam septennio docuit, et Cancellarius Academiae Tyrnaviensis 12 annis fuit. Collegium quoque Pazmanianum Cleri Hungarici Viennae et Academicum Tyrnaviense octennio rexit, et ubique specimina illustria tum profundae scientiae tum prudentiae et pietatis singularis dedit. Ultimis aetatis jam decrepitae annis opuscula adhuc 20 polemica pro firmanda fide orthodoxa edidit, quibus multi heterodoxi conversi. Ideo Joannes Christophorus Princeps Elvacensis ei numisma majus effigie sua signatum misit; at nuntio accepto, Principem Franciscum Ragotzi ob vindicias Societatis a se vulgatas vincula ei et carceres minari, magno animo reposuit, ferrea haec se vincula prae torquibus aureis electurum. Denique vir in Philosophia, Theologia et Historia aeque versatus et primis Hungariae viris facile adnumerandus 5. Mart. 1705. aet. 72. Tyrnaviae piissime decessit, ab omnibus praecipue pauperibus deploratus.

Opera ejus latina omnia sunt:

Curiosa et selectiora variarum Scientiarum Miscellanea. Decades tres in Partes totidem subdivisae. Tyrnaviae typ. acad. Decas I. 1689. II. 1691. III. 1702. 4. Et quidem:

Decadis I. Pars I. continet Dissertationes X Cosmographicam, Astronomicam, Astrologicam, Physico-divinatoriam, Elementarem, Meteorologicam, de Cometis, Hydrographicam, Polemicam seu Bellicam et Chronologicam.

— Pars II. Ephemerides X. Biblicas, Marianas, Ave Marianas, Ecclesiasticas, Asceticas, Historico-ecclesiasticas, Sanctorum, Astronomicas, Oeconomicas, Rusticas, et observationum curiosarum, maxime oeconomicarum Centurias decem.

— Pars III. Synopses X. chronologicas tam sacras quam profanas ab origine mundi usque ad nostra tempora.

Decadis II. Pars I. continet Dissertationes X, in quibus Geographia universalis et particularis, Historiae naturalis diversae partes, Historia Hungariae, Optica etc. tractantur.

— Pars II. continet rursus Ephemerides X, Asceticas, Monasticas, Heroum, Adagiorum, Christiano-Mahometanas, Hungaricas, Austriacas et observationum curiosarum ut de Sympathia et Antipathia, de S. Scripturae antilogiis etc. Centurias X.

— Pars III. Synopses Chronologicas, residuas V ecclesiasticas et V hungaricas continet.

Decadis III. Pars I. continet Dissertationes X et quidem duas paralipomenas de Hungaria, tum de Plantis, Feris, Avibus, Piscibus, animalibus alodialibus et noxiis, denique de Reformatione Novi Calendarii Gregoriani et de Statu futurae vitae.

Digitized by Google

— Pars II. continet Dissertationes X de Scientiis seu de brevi modo omnes humanas facile acquirendi; et quidem primo in genere tum de Logica, Physica, Medica, Metaphysica, Ethica et Politica, Theologia speculativa seu scholastica, et morali, Juridica et in specie Canonica, Theologia polemica, positiva et ascetica cum Appendice de Mathesi.

— Pars III. continet Dissertationes X de corpore humano, homine, passionibus animae in corpore, de memorabilibus physicis, curiosis physicis, barbis et capillis, et Florum Regum Hungariae.

Reliqua opera, quorum tamen quaedam jam in his Miscellaneis, sed tamen alibi edita, partim philosophica partim theologica, partim historica sunt.

Philosophica:

Ephemerides ab anno 1675. usque ad annum 1703. Hungariae et vicinis Provinciis accommodatae. Tyrnaviae. Viennae et alibi, tacito nomine.

Discursus de Memorabilibus mundi. Tyrnaviae 1700. 4.

Centuria curiosarum Observationum circa exoticos et prorsus admirandos naturae effectus. Tyrnaviae 1700. 4.

Alodiatura philosophica, seu Dissertatio physica de Alodiaturae rebus. Tyrnaviae 1700. 4.

Dissertatio physico-logica-astrologica de prognosibus seu praedictionibus futurorum. Tyrnaviae 1700. 4.

Dissertatio physico-ethica de Passionibus seu Affectionibus in corpore humano constitutis. Tyrnaviae 1700. 4.

Dissertatio physica de variis Corporis humani affectionibus. 1700. 4.

Oeconomia philosophica ex tribus ejus Miscellaneorum Tomis collecta et in V libros divisa, addito indice titulorum et materiarum. Tyrnaviae typ. Acad. 1746. 1754. et 1782. 8. Claudiopoli 1748. 8.

Theologica:

Dissertatio de Statu futurae vitae, seu de Statu animae rationalis post separationem a suo corpore. Tyrnaviae 1799. 4.

Responsa non Responsa ad 15 Dilemmata Dominis Acatholicis pro xenio novi anni 1699. affectuosissime oblata, autoritate Em. Card. Leopoldi a Kollonicz Archiep. Strigon. Tyrnaviae 1700. 4.

De ortu et occasu haeresum Saeculi VII. 1700.

Viginti quatuor dubia pro xenio novi anni Pastoribus Aug. et Helv. confessionis oblata. 4.

Dissertatio haeresiologico-polemica de Haeresiarchis et Haeresibus ab anno 1600. ad annum 1700. noviter exortis et suscitatis aut resuscitatis. Tyrnaviae 1701. 12. — germanice per Jo. Lüdl S. J. Tyrn. 1703. 8.

Solutiones Catholicae seu praecipuorum Fidei dubiorum Acatholicorum contra veritatem Fidei Romano-Catholicae. Tyrnaviae 1701 et 16. 12.

Hungaria in Immaculatam Conceptionem B. V. Mariae Magnae suae Dominae credens et jurans praeeunte Sacramentum Paulo Principe Estoras Palatino Decano Mart. Szentivani S. J. Sermo sacer. Tyrnaviae 1701. 4.

Lutheranicum Nunquam et Nuspiam, seu intricatissima et insolubilis quaestio, an, ubi et quando extiterit lutherana Ecclesia ante Martinum Lutherum seu ante annum 1517. Tyrnaviae 1702. et 1717. 12.

Quatuor primi breves libelli de Controversiis Fidei transtulit hungarice. Tyrnaviae 1702. 12.

Solutiones non solutiones sex praecipuorum Fidei dubiorum Acatholicorum contra veritatem Fidei Romano-Catholicae. Tyrnaviae 1703. 4.

Solutiones non solutiones Pastoris Augustani 24 dubiorum catholicorum refutatae. Tyrnaviae 1703. et 1716. 12.

Quinquaginta rationes et motiva, quare tot inter Religiones et Fidei confessiones, quae de facto inter Christianos vigent, Catholica praeferenda et eligenda sit, Acatholicis in rubrum ovum oblatae. Tyrnaviae 1702. 10. Cum nonnullis additionibus et appendice de cruce Graecorum. Agriae 1736. 8. — germanice ibid. 1702. 12.

Dissertatio chronologico-polemica de initio, progressu et decremento Graeci Schismatis, et de exoptata magno desiderio reunione Graecorum cum Romana Eccle-

Digitized by Google

sia in gratiam Valachorum, Ruthenorum et Rascianorum sub Corona Hungariae, conscripta autoritate et jussu Leopoldi de Kolonicz. Tyrnaviae 1702. 12. — germanice sub titulo: Tempus et Certamen. Viennae 1704. 12.

Analysis seu Resolutio 12 praecipuorum erroneorum dogmatum in fide modernorum Acatholicorum. Tyrnaviae 1703. 1745. et 1753. 8. Coloniae 1716. 12.

Lutheranum nihil ad rem, nihil ad propositum, seu Ludicrae Responsiones cujusdam Lutherani Regiomontani Academici ad 15 Catholicorum dilemmata refutatae. Tyrnaviae 1703. 4. — Germanice ibid. 1704. 8.

Cavillationes modernorum Acatholicorum contra Romanae Ecclesiae Unitatem expositae. Tyrnaviae 1703. et 1709. 12.

Dissertationes criticae de doctrinis haereticorum. Tyrnaviae 1703. 8.

Magnum chaos inter Confessionem Augustanam et Confessionem Augustinianam, sive Discrimen ac disconvenientia in doctrina Fidei Confessionis Augustanae ac S. Augustini doctrina. Tyrnaviae 1704. 12.

Privata et amica disceptatio zelosissimi Catholici cum quibusdam Acatholicis de Societate Jesu in Regno Hungariae retinenda. Tyrnaviae 1704. 12. — Germanice Viennae 12.

Castigatio illusoriae Concionis infamis apostatae Memolphi Wiarti Warbans. Tyrnaviae 1704. 12.

Consultatio saluberrima de reducenda stabili ac constanti tranquillitate et pace in Hungaria per ejusdem adductionem in unitatem Fidei ac Religionis, inclytis 4 Statibus Hungariae, nempe Ecclesiastico, Magnatum, Nobilium et Liberarum Regiarumque Civitatum praesentata. Tyrnaviae 1704. 4.

Veritas toti mundo declarata. Tyrnaviae 1706. 12.

Turris Babel seu Confusio doctrinae fidei inter modernos Acatholicos. Opus posthumum. Tyrnaviae 1707 et 1731. 8.

Forum scrutatorium antiquarum haeresum, ex quibus nostri temporis haereses inconcinne et distortissime concinnatae sunt. Tyrnaviae 1707. 4. Opus posthumum.

Viator dubius nunc in patria pie quiescens seu Controversiae quaedam de vera Religione Evangelica resolutae (per Mart. Szentivany) cuidam Augustanae Confessionis olim asseclae, dein Romano-Catholice in Domino defuncto (Georgio Vrablanszky) luci datae, studio ejus filii. Tyrnaviae 1722. 8.

Rectus modus interpretandi S. Scripturam. Venetiis 1740. 8.

Convictio erroris Lutherani Praedicantis Biert, ante P. Basilidis. Tyrnaviae 1740. germ.

Theologia polemica; sub quo nomine omnia haec aliaque Opuscula 22 Tomis edita sumtibus Cels. et Rev. Principis et Dni. Elvacensis recusa sunt. Volumina II. Tyrnaviae 1718. 4.

Appendix seu Dubia alicujus evangelici hominis in sua fide scrupulosissimi.

Doctrina Fidei Christianae Ecclesiae primorum quinque Saeculorum, seu Examen, quaenam ex tot et tam variis Religionibus modernis sit vera Christi Ecclesia. Tyrnaviae 1708. et 1717. 12.

Anagrammata ex Verbis Ave Maria etc. in singulos anni dies.

Historica:

Summarium Chronologiae Hungaricae ad nostra usque tempora. Extractum ex Parte II. Decadis III. cum Assertionibus prooemialibus de ratione, objecto et necessitate Logicae. Tyrnaviae 1697. 4. Viennae 1750. 4.

Dissertatio paralipomenica rerum memorabilium Hungariae ex Parte I. Decadis III. ab ipso extracta. Tyrnaviae 1699. 4.

Continuatio Dissertationis Paralipomenicae rerum memorabilium Hungariae. Ex Parte I. Dec. III. Tyrnaviae 1700.

Dissertatio chronologica de ortu, incremento, decremento, mutationibus ac moderno statu S. Romani Imperii. Tyrnaviae 1700. 4.

Dissertatio de Calendarii Reformatione. Tyrnaviae 1700. 4.

Curiosum pacificum Colloquium, an Jesuitae ex Hungaria relegandi, an Jus Indigenatus Societati in Hungaria conservandum. — germanice Viennae 1706. 12.

Privata et amica disceptatio de Societate

Digitized by Google

Jesu in Hungaria retinenda. Tyrnaviae 1704. 3.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Propyl. Bibl. Ub. Graec. Horanyi. Jöcher. Walch. Feller. Cat. Bibl. Ub. Vienn. et Szaszb. Bibl. Szechen. et Teleki. Paintner)

SZENTIVANYI Stephanus, Hungarus, in paterno municipio ejusdem nominis 9. Jul. 1725. natus et act. 16. in Societatem susceptus, 4 vota professus et utriusque facultatis Doctor, Rhetoricam Cassoviae, linguam Graecam Tyrnaviae, Ethicam et Philosophiam reliquam Janrini, Eloquentiam S. Tyrnaviae et Cassoviae Jus Pontificium tradidit, et ultimo biennio Superior ad S. Nicolai in Liptovia, abolito Ordine pie decessit.

Est ejus latine:

Carmen heroicum honoribus L. B. Comitis Illeshàzy, dum in supremum Comitem Liptoviensem inaugurarctur. Cassoviae. 1761. fol.

(Paintner.)

SZENTMARTONYI Ignatius, Croata in Kotiri dioecesis Zagrabiensis 28. Oct. 1718. natus et Viennae 1735. in Societatem adsumtus, Graecii Philosophiam, Viennae repetita biennio Mathesi, Theologiam excepit, et Graecii Mathesim docuit. Quum vero 1749. Ioannes V. Lusitaniae Rex a Francisco Retz Praeposito Generali Mathematicos quosdam peteret, qui operam suam constituendis in America terminis regionum Hispanicae et Lusitanae Coronae locarent, missus ex Provincia Austriaca Szentmartonius, et accepto prius Decreto regio, se peracto labore in Provinciam suam remissum iri, eo profectus cum aliis per decennium fere sub Astronomi regii nomine omnes officii sui partes exacte implevit, quum anno 1760. agente Pombalio in Europam revocatus frustra ostenso, quin ei ablato Decreto cum aliis Missionariis in carceribus Ulyssiponensibus inter summas miserias ipsis 17 annis detentus est, dum intercedente M. Theresia Augusta 1769. remissus est. Vindobonae ut advenit optimae Principi omnem aerumnarum suarum seriem enarrare jussus est, ac demum obiit in Croatia 1793. aet. 79.

Etsi vero nihil scriptum reliquit, ob insignem tamen in Mathematicis peritiam et susceptos labores merito collectioni huic inserendum putavi.

(Paintner.)

SZERDAHELY Gabriel, Hungarus, Mungatsii arce munitissima 20. Sept. 1660. natus, et aet. 20. Societati insertus, 4 vota professus et utriusque facultatis laurea donatus, scientias altiores omnes non minori doctrinae laude quam discipulorum fructu Graecii, Tyrnaviae et Cassoviae docuit, et in his duabus Academiis etiam Cancellarius multis annis, Cassoviae insuper Collegii Rector fuit, virque egregiae virtutis ad ardua quaeque ferenda paratus, et ob raram in Principem suum fidem in custodiam datus, aliaque vice de vita periclitatus, piissime obiit Cassoviae 24. Jan. 1726. aet. 66.

Edidit latine:

Problemata polemica. Viennae 1690.

Laureatae lacrymae seu Triumphus Augustissimi Romanorum Imperatoris Leopoldi I. per lacrymantem Deiparam anno 1697. de Ottomano reportatus, symbolis et carminibus illustratus. Graecii Widmanstadii 1698. 4.

Epitome Conclusionum ex universa Philosophia selectarum. Graecii id. 1699. 8.

Spectaculum honoris ad lauream processuro a Pallade instructum. Graecii 1699. 8.

Fax chronologica ad omnigenam Historiam ab origine mundi ad annum 1699. Graecii 1699. fol. — Producta ad annum 1702.

Meteorologia philosophico-politica in duodecim Dissertationibus per quaestiones meteorologicas et conclusiones politicas divisa appositisque symbolis illustrata. Tyrnaviae 1702. fol.

Poenitentia gloriosa. Tyrnaviae typ. Acad. 1701.

Antidotum contra venena a D. Jo. Georgio Schreiber civitatis Modor Consule Lutherano omnibus propinata, dum in Librum, cui titulus: Descriptio Lib. et Reg. Civitatis Modor, graves errores tum contra orthodoxam Fidem, tum contra veritatem historicam dolose intrusisset. Tyrnaviae 1721. 12.

Idem sub titulo sequenti:

Colloquium Theologi cum Neophyto Catholico etc. Theologi personam agente P. Gabriele Mercuriano. Tyrnaviae 1721. 12.

Sam. Timon S. J. Celebriorum Hungariae Urbium et oppidorum Topographia Par-

Digitized by Google

te I. veterem II. novam Panoniam complectens. Tyrnaviae 1701. et 1702. aucta Cassoviae 1722. 1732. 8. et cum notis 1770. 4.

Religio salvifica cum thesibus polemicis de triumphante Ecclesia. Viennae Voigtin 1708. Tyrnaviae et Cassoviae 1722. 8. Accessit:

Flores Fidei Salvificae. Tyrnaviae 1709. 12.

Demonstratio turpissimorum errorum a. D. Joanne Tretsi Calvinista, Scholarum Patakini Rectore ac Professore in Oratione sua, ut vocat, saeculari 1720. edita commissorum. Cassoviae 1722. 8.

Collyrium ad curandos quorundam Acatholicorum circa Cultum Sanctorum, SS. Imaginum et Reliquiarum nec non Calicis Christi caecutientes oculos. Cassoviae 1724. 8. — hungarice per Gabr. Horvath S. J. Nagybaniae 1725. 12.

Mercurius contra Luthericolam quendam scriptus, quo B. V. Mariae et Sanctorum Cultus vindicatur. Cassoviae typ. Acad. 1724.

Tractatus theologicus de Deo uno et trino. Cassoviae 1726. 4.

Reliquit paratum alterum Tractatum theologicum de Actibus humanis.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Horanyi. Benkö. Szechen. Paintner.)

SZERDAHELY Georgius Aloysius, Hungarus, Vathensis in Comitatu Castri ferrei 29. Sept. 1740. natus, et aet. 16. in Societatem receptus, Philosophia Viennae, Tyrnaviae Theologia excultus, tertio probatus, Posonii Rhetoricam docuit, et soluto Ordine Philosophiae Doctor in Universitate Budensi Aesthetices Professor, Assessor in generali studiorum Commissione, Abbas intulatus S. Mauritii de Botth et Canonicus Vuciensis, Consiliarius Regius et Eques S. Stephani.

Edidit latine juxta Elenchum ipsius manu confectum:

Oratio de immaculata Conceptione. Tyrnaviae 1768. 4. s. n.

Oratio de Sodalitate Mariana. Posonii 1744. 4.

Oda dithyrambos Sacerdoti quinquagenario Franc. Com. Zichy Ep. Jaurin. 1774. 8.

Tentamen ex aesthetica seu theoria boni gustus. Tyrnaviae 1776. 8.

Aesthetica seu Doctrina boni gustus ex Philosophia pulchri deducta in scientias et artes amoeniores. Partes II. Budae 1778. Viennae 1779. Tyrnaviae 1788. 8.

Imago Aesthetices seu Doctrina boni gustus breviter delineata et considerationi exposita. Budae 1780. 8.

Apologia Jesuitarum Hungaricorum. In Ephemeridibus Helmstadiensibus. Jaurini 1782.

Memoria Francisci Handerla (Hung. Tyrnav.) in Univ. Bud. Philosophiae Professoris, habita in solemnibus Exequiis. Budae 1783. 8.

Memoria Augustini Pupikofer (Hung. Sopron.) in Univ. Bud. Repetentium humaniores litteras Professoris, habita in solemnibus Exequiis. Budae 1783. 8.

S. Ivo Jurisconsultorum Patronus sermone panegyrico iterum iterumque celebratus a Facultate Juridica in Univ. Bud. Sermones tres. Budae 1784. 8.

Ars poetica generalis ad Aestheticam conformata. Budae 1784. 8.

Poesis narrativa ad Aestheticam conformata. Budae 1784. 8.

Poesis drammatica ad Aestheticam conformata. Budae 1784. 8.

Programma, dum Regia Scientiarum Universitas annum scholasticum et incolatum Budensem terminavit. Budae 1784. 8.

Memoria Francisci Weiss S. J. Astronomi celeberrimi. Budae 1785. 8.

Lis Astronomorum de nomine, quo Planeta recens 1781. ab Herschel detectus compellandus sit. Carmen insertum Ephemeridibus Viennensibus 1787.

Historia Uraniae Musae, quam inter deos deasque planetarias recens detexit Herschelius. Carmen. Viennae 1787. 8. et in iisdem Ephemeridibus 1788.

Elegia epidectica, per quam demonstratur, primum hominem Adamum fuisse primum et maximum Astronomum seu Musam Uraniam esse omnium Musarum primogenitam Urani. Viennae 1789. 8. et in iisdem 1789.

Sylva Parnassi Panonii, dedicata Maximiliano Hell Astronomo Caesareo Viennensi. Vindobonae Schmidt 1788. 8. Au-

Digitized by Google

gustae Vind. Doll. 1788. 8. Budae 1803. 8. correcta et aucta.

Elegia de Funere Com. Georgii Fekete Judicis Curiae. Budae 1788. 8.

Memoria Josephi Mitterpacher S. J. in Univ. Bud. Matheseos Professoris, habita in solemnibus Exequiis. Budae 1788. 8.

Musa Nuptialis Conjugibus Porphyrogenitis Josepho AA. Hung. Palatino et Alexandrae M. Principi Russiae Budam venientibus devota per G. A. S. Budae 1800. 4.

Ladislao Com. Kolonicz Archiep. Coloc. in Officio Regio locum capienti. Budae 1800. 4.

Carolo AA. Germaniae Vindici. Budae 1801. 4.

Eidem Vindici et Pacificatori. Budae 1801. 4.

Josepho AA. Hung. Palatino, Budam ex Provinciis Italicis redeunti. Budae 1801. fol.

Ferdinando AA. Budam insperato venienti. Budae 1801. 4.

Josepho Idzencky Status Consiliario. Budae 1801. 4.

Josepho de Bernhoffen Archiatro Aulae Regiae Budensis. Budae 1801. 4.

Poeta ad Pictorem, dum Ludovicum Boros Cons. Aul. Ordini S. Stephani adlectum audiit. 1801. 4.

Restitutio Ordinis Religiosi Benedictinorum, Cisterciensium et Praemonstratensium decreta, 1801. fol.

Honoribus Francisci Comitis Szechenyi, dum Bibliothecam Hungaricam patriae dedicavit. Budae 1802. 4.

Adplausus, dum Ser. Carolus AA. Budam venit. Budae 1803. 3.

Diploma graecum S. Stephani, Monialibus Coenobii Vespremiensis B. V. Mariae datum, a Colomnano Rege renovatum, ex autographo integre editum. Budae 1804. 8.

Onomasticon Josepho AA. Palatino. Budae 1805. 4.

Stephano Tarrody super obitu filiae 8. Contra eum prodiit:

Apologia ad Virum Cl. Georgium Szerdahely pro Lingua latina. Budae 1790. 8.

(Jour. des Sav. 1790. Gött. Gel. Anz. 1779. Denis BK. Cat. Bud. 1799. Heinz. Bibl. Szechen. Teleki. Theres. Preml. Paintner.)

SZEREDAI Dominicus, Claudiopoli 1758. in Societatem receptus, et 1773. Professor humaniorum scholarum in Residentia Nagy-Banyensi, post Canonicus Alba-Carolinensis et Archidiaconus in Transylvania, edidit latine:

Ode honoribus Comitis Andreae ab Hadik supremi armorum Caesereorum Praefecti Transilvaniae Praesidis etc. Claudiopoli 1767. 4.

Series Episcoporum Transylvaniae. Albae Carolinae 1790. 4.

Charitas initialis, affectiva super omnia Sacramentalis et virtualis, sive De Amore Dei ad Sacramentum Poenitentiae et ad omnium virtutum et actionum humanarum finem pernecessario a menstruis decisionibus Cleri Transylvaniae aliisque fontibus jussu Episcopi Transylvaniae Com. a Bathyan collecta. Albae Carolinae 1792. fol.

(Bibl. Schmittner. Paintner.)

SZIDECK Casparus, Hungarus, Rejezii 28. Dec. 1718. natus, et. aet. 18. Societati adscriptus, Professorum gradum et Philosophiae lauream consecutus, Cassoviae magister Poesim et Rhetoricam docuit, Tyrnaviae et Cassoviae S. linguam tradidit, simulque hic Concionator slavicus praematura licet, at pia morte febri, ut optavit, ab infirmo contracta sublatus est 23. Febr. 1759. aet. 41.

Edidit latine:

Fides laureata Martyrum Cassoviensium. Carmen eleg. Cassoviae 1745. 12.

Bellici Cassoviae et Superioris Hungariae Praetores seu Generales sub Austriacis Regibus Saeculo XVI. Pars I. Cassoviae typ. Acad. 1745. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

SZILAGYI Joannes Bapt., Hungarus, Eperiesini 13. Febr. 1732. natus, et aet. 18. in Societatem adlectus, absolutis studiis Turotzii primum tum Schemnitzii ab anno 1767. usque ad abolitionem Ordinis Concionatorem slavonicum et Operarium zelosum egit, obiitque 1802. aet. 70.

Edidit idiomate slavico Librum controversas Fidei quaestiones explicantem. Tyrnaviae 1768. 8.

(Paintner.)

Digitized by Google

SZILATSEK Paulus, Hungarus, Szakolczae 14. Jan. 1706. natus et act. 16. Societati aggregatus, multis annis Concionatorem et Operarium strenuum per Hungariam egit, Collegium Szakolczense et Leutschoviense rexit, et sublato Ordine obiit.

Edidit Magister Rhetoricam docens, latine:

Dacica Siculia brevi compendio exhibita. Claudiopoli 1731. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Benkö.)

SZIPSKI Daniel, Germanus, Ledeci in Bohemia 1. Sept. 1655. natus, et 1672. Societati insertus, 4 vota professus e bohemica in Austriacam Provinciam est translatus 16 annis strenuum Operarium per Hungariam egit, ac S. Xaverii praecipuus Cultor pie obiit Szakolczae 4. Aug. 1704. aet. 49.

Edidit slavonice libellum, in quo praecipuae quaestiones in fide controversae dilucide exponuntur.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

SZKLENAR Georgius, Cassoviae 1764. absoluta Philosophia in Societatem susceptus, dum tolleretur Ordo, in alterum annum Theologus, dein Philosophiae Doctor et in Archigymnasio Posoniensi Professor artium humaniorum ibidem hydrope apud FF. Misericordiae pie obiit 30. Jan. 1790.

Edidit latine:

Synchronisticon Josepho e Comitibus Bathyany S.R.I. Principi et Primati Hungariae. Posonii 1776.

Onomasticon honoribus M. Theresiae Aug. Hung. Reginae. Posonii 1777. 8. Ode.

Oratio inauguralis occasione instauratarum Posonii litterarum. Ibd. 1776.

Oratio inauguralis in Regio Posoniensi Gymnasio habita 1777. (ob Scientias in Hungaria instauratas novumque systema introductum.) Posonii 1777. 8.

Odae in Adventum Clementis AA. et Electoris Trevirensis. — In Reditum Josephi II. Parisiis. — In Reditum Com. Francisci Balassa e Commissione regia.

Origo et Genealogia illustris Bathyanorum gentis. Posonii 1778. 8. Carmen.

Oratio, quam pro die 13. Maji 1780. dum sub Praesidio Comitis Balassa Reg. Tallosiense Orphanotrophium Szemptzini collocaretur adornavit. Posonii 1780. 8.

Rariora naturae monumenta in Hungaria occurrentia. Posonii 1780. 8.

Laudatio funebris in Exequiis Antonii Mancini Professoris Posoniensis. Ibid. 1783. 8.

Vetustissimus magnae Moraviae situs et primus in eam Hungarorum ingressus et incursus, geographice, historice, critice descriptus. Posonii Landerer 1784. 8. Pestini Doll. 1788. 8. — Hypercriton Exam. vetustissimi magnae Moraviae situs. (St. Katona) Posonii 1788. Viennae Doll 1789. 8.

Georgii Papanek compendiata historia Gentis slavae, per Georgium Fandly cum notis Georgii Szklenar. Tyrnaviae 1793, 8.

(Jen. AB. Litt. Zeit. 1789. Heissius. Bibl. Szechen. Tolok. et Apponi. Paintner.)

SZLATKOVITS Mathias, Zagrabiae Rhetor 1771. in Societatem receptus, et ea sublata Presbyter saecularis et Parochus Zamboriensis,

cujus latine:

Sermo occasione Solemnitatis Comitatuum Bacs et Bodrogh ob assumtum a Francisco II. haereditarii Austriae Imperatoris titulum in Ecclesia Parochiali dictus. Neoplantae 1804. 4.

(Bibl. Szechen.)

SZLUHA Joannes Nepomuc., Hungarus, Gyallensis in Comitatu Comaromiensi e Baronum familia 23. Aug. 1723. natus, Budae Rhetor 1739. Viennae in Societatem receptus, absoluta Graecii Theologia 1752. in Americam discessit, et ad Maragnon usque ad annum 1760. Missionarium egit. Redux e Brasilia in carcere Azeitonaensi in Lusitania ad annum usque 1764. haesit, quo reversus in Provinciam Austriacam aliquot annis Missionarius Castrensis, ac ultimo triennio Rector Jaurinensis, soluto Ordine, Sopronium primum, dein in Abbatiam S. Crucis in Austriam, ac demum Graecium se recepit.

Confecit partim Ulyssipone partim in Brasilia mappam provinciae Maragnan, quam P. Antonio Reviezki ex Brasilia transmisit, a cujus tamen morte, quae Budae

Digitized by Google

1791. contigit, illa deperdita videtur esse, cum nusquam eam reperire sit. (Murr in Relationibus de diversis regionibus Americae Hispanicae. Hallae. 1809. Praefatione pag. IV.)

SZOELOESY Benedictus, Hungarus, Tyrnaviae 1609. natus, et aet. 21. in Societatem susceptus, humanioribus litteris tradendis plures annos, praecipuam vero vitae partem sacris per Hungariam missionibus impendit, et integras familias, imo plures pagos verae Religioni asseruit. Morbis dein diu a Deo exercitus puram animam 15. Dec. 1656. aet. 47. coelo transmisit.

Vulgavit Cantus hungarico-latinos et latino-slavonicos.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

SZOERENY Alexander, Hungarus, Nitriae clarissima domo 24. Febr. 1664. natus, et aet. 16. in Societatem cooptatus 4 vota professus, Philosophiae et Theologiae Doctor, eandem Cassoviae et Graecii, Casus et Jus Pontificium Tyrnaviae docuit. Rexit Collegium Leutschoviense, Pazmanianum Viennae, et Seminarium Tyrnaviense annis multis, ibidemque Praefectus spiritus pie obiit 16. Sept. 1719. aet. 55.

Edidit latine:

Philippicae sacrae seu Orationes Doctissimorum aeque ac Sacratissimorum Ecclesiae Procerum nomine in Coronatos orthodoxae Religionis aut Pietatis hostes vibratae. Tyrnaviae 1693. et 1695. typ. Acad. 8. Recognitae ab autore, et post Editionem IV. Tyrnaviae 1729. et 1762. 12. Herbipoli Engmann 1743. 12.

Propylaeum Bibliothecae Academicae Graecensis, quo Scriptores hic quondam seu discentes seu docentes eorumque Opera recensentur. Graecii Widm. 1703. 12.

Nova Series Pontificum Romanorum et Archiepiscoporum Strigoniensium ab anno 1000. ad annum 1717. Tyrnaviae 1717. 8.

Regulae S. J. in Graecum translatae.

Concinnavit Hungariam catholicam seu Historiam ecclesiasticam Episcoporum Hungariae tribus jam Tomis conscriptis, ut et Hungariam eruditam seu Scriptores Hungaros, sed utrumque conatum viri patriae studiosissimi mors intercepit.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Paintner.)

SZOLTERER Josephus, Hungarus, Ginsii praenobili genere 1. Jan. 1723. natus, et 1738. in Societatem admissus, cum Philosophiam cum laude defendisset, Theologiae operam dans, pie obiit Tyrnaviae 5. Julii 1749.

Edidit Magister Poesim docens latine:

Epistolae Heroum sub Augustis M. Theresiae Auspiciis anno superiore in Italia militantium. Carm. eleg. Tyrnaviae typ. Acad. 1747. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

SZOMALOVICH Paulus, Hungarus, 1717. Quinque-Ecclesiis Superior ibidem 16. Oct. 1718. obiit.

Est ejus latine:

Quies metaphysica totius cursus et discursus philosophici. Tyrnaviae 1704. 12.

(Paintner.)

SZOMOLANYI Franciscus Salesius, Hungarus ex Comitatu Posoniensi oriundus, sed in Dacico oppido Szillari 1. Jan. 1724. natus, Societatem adiit 1742. et Cassoviae Poesim, Tyrnaviae Rhetoricam docuit, Sacerdos factus ac 4 vota professus Praefectus primum in Convictu Tyrnaviensi, tum Unguarini triennio et Strigonii septennio Concionator, ibidem pie obiit 4. Febr. 1771. aet. 47.

Edidit latine:

Gula castigata. Cassoviae 1752. Carm. eleg.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

SZORANI Georgius, Germanus, Sorae in Silesia 18. Apr. 1655. natus, et aet. 20. Societati adscriptus in Provincia Austriaca, Concionator slavonicus per Hungariam annis 18. et impiger Operarius pie obiit Posonii 15. Nov. 1707. aet. 52.

Edidit latine:

Hebdomas sancta pii Sacerdotis. Tyrnaviae 16.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

SZORSA Michael, Croata, Szamborae 15. Aug. 1634. natus. et aet. 20. Zagra-

Digitized by Google

biae in Societatem susceptus ferventem Ecclesiasten Varasdini et Flumine 9 annis egit, et a Polensi Praesule Dioecesim lustranti socius assumtus, pedestri fere semper itinere viarum molestias exhausit, et bis etiam atque ter per diem ad populum dixit. Procursione autem de venia Praesidum Zagrabiam suscepta, ibidem morbo correptus piissime obiit 6. Oct. 1680. aet. 46.

Sunt ejus:

Officiosa pietatis exercitia. Viennae 24. recusa Tyrnaviae.

(Propylaeum. Bibl. Univ. Graec. Gesta et Scripta. prov. Austr. Paintner.)

SZTAICKOVICS Stephanus, Croata, Planiensis 4 vota professus et utriusque facultatis Doctor, utramque scientiam ac Theologiam quidem dogmaticam Graecii et Tyrnaviae tradidit, Collegium Zagrabiense rexit, virque insignis demissionis animi et tenerrimi erga Societatem amoris pie obiit Zagrabiae 4. Apr. 1694.

Edidit latine:

Tiara Theologica seu Tripartita gratiarum corona ex triplici Doctorum classe, qua ab anno Salutis 1586. confirmatae a Sixto V. P. M. et Rudolpho II. Imp. Aug. Graecensis S. J. Universitatis primo gradu theologico solemniter donati sunt, ad annum usque 1682. Graecii Widm. 1682. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

SZTANKAI Paulus, Hungarus, Eperiesini in Comitatu Sarosiensi 22. Jan. 1697. nobili loco natus, et aet. 19. Societati adnumeratus, Cassoviae Magister Poesim et Rhetoricam docuit, et absolutis studiis tertio probatus, et 4 vota professus, Procurator primum Trenchinii, tum Rector Leutschoviae, Szakolczae, Ginsii, demum pie obiit Posonii 30. Apr. 1754. aet. 47.

Edidit latine:

Sacra Parnassi fragmenta. Carmine elegiaco. Cossoviae 1723. 12.

Magna Hungarorum Domina, summo Regum, Principum populique studio in Hungaria semper culta. Cassoviae typ. Acad. 1724. 12. — Recusa sub titulo:

Pietas hungarica, sive summus ejusdem gentis in Mariam effectus, omni obsequiorum genere jam inde a S. Stephani temporibus testatus. Claudiopoli 1736. 12.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Paintner.)

SZTANSAK Joannes, Cassoviae Philosophus absolutus 1734. in Societatem susceptus, 4 vota professus, Philosophiae et Theologiae Doctor, cum biennio Concionatorem et Missionarium Slavonicum egisset, Philosophiae partes omnes quadriennio Cassoviae tum ibidem, Budae et Tyrnaviae, Controversias, Casus et Canones docuit; dein Regens Seminarii S. Adalberti, Generalis Clericorum Tyrnaviae, Convictus Leutschoviae annis pluribus, ibidem demum Minister pie obiit 6. Martii 1764.

Edidit latine:

Natalis Regnaut S. J. Dialogi physici ex opere gallico excerpti et in latinum traducti. Cassoviae 1749. 8.

SZUHANYI Franciscus Xaver., Hungarus Agriae 29. Nov. 1742. natus, et 1759. in Societatem receptus, eaque soluta Theologus absolutus, Doctor Theologiae creatus et Director Academiae Cassoviensis, ac Abbas infulatus,

edidit latine:

Notitia orbis. Cassoviae 1788. 4.

Dialogi, quibus Naturalistarum seu fortium spirituum opiniones variis de rebus, iisque oppositae sententiae referuntur. Cassoviae 1789. 8

Thomas Morus, olim Angliae Cancellarius, juvenem Principem docet, quid facto opus sit, ut Sceptro admovendus sibi gloriam, salutem regno, subditis felicitatem pariat. Cassoviae 1790. 8.

Origo et progressus ruinae regnorum. Cassoviae 1792. 8.

Considerationes probi et sinceri patriae civis super causis, quae juvenum mores corrumpunt, eosque communi Societati noxios reddunt. Cassoviae 1793. 8.

(Bibl. Szechen. Cat. Bed.)

SZUNERITS Martinus, Ginsii Rhetor 1761. in Societatem receptus, et 1773. Theologiae Tyrnaviae in tertium annum auditor, sublato Ordine Professor Matheseos ac dein Director humaniorum Budae, cui defuncto

Digitized by Google

factus latine:

Lessus extemporaneus piis Manibus Martini Szunerits, Phil. Doct. Commiss. Stud. Assess. e Referend. Directoris localis a Regio Archigymnasio Budensi dicatus. Budae 1805. 4. lat. et hung.

(Bibl. Szechen.)

SZUNYOG Franciscus de Budetgin, Hungarus, avito gentis suae loco in provincia Trenchiniensi 4. Oct. 1669. natus, et aet. 15. e Collegio Pazmaniano in Societatem Viennae receptus, absolutis cum laude studiis, 4 vota professus, Philosophiam Claudiopoli triennio docuit. Dein Collegium Ginsiense rexit. Tum pluribus annis Theologum Episcopi Valachorum quorum linguam addidicit, egit, et in eis ad unionem reducendis multam et utilem operam collocavit, ad gentis autem illius Episcopatum postulatus modeste repugnavit. Reliquum tempus saluti animarum lingua hungarica, slavica et valachica Coronae et Carolinae impendit, quo postremo loco pie obiit 8. Dec. 1726. aet. 57.

Edidit:

Catechismus Valachicus major Romano-Catholicus idiomate Valachico. Tyrnaviae 1696. et 1726. Cibinii typo latino 1709. 12.

Syllogismus, quo ostenditur Deum ex principiis Calvini debere esse impium, mendacem, crudelem etc. quod opusculum subinde suppressum est.

(Paintner.)

TACH Isaacus, Germanus, Salisburgi natus 1596. et e mercatore in Provincia Austriaca in Societatem receptus, tantum et in spiritu et in litteris etiam severioribus profecit, ut ad 4 votorum professionem admitteretur. Zelum suum cumprimis Styrae exercuit, ubi e collectis eleemoynis tres pauperibus domos erexit, quorum verus pater cum communi nomine Sancti ibidem obiit 26. Martii 1668. aet. 62.

Vertit in linguam vulgarem:

Insigne opusculum Nicolai Lancicii.

Scripsit etiam plura opuscula pia in usum pauperum.

(Patriganai.)

TAFFERNER Paulus, Germanus, Clagenfurti in Carinthia 1608. natus, et aet. 18. Societati adjunctus, 4 vota professus et Philosophiae Doctor, praefuit Collegio Styrensi, et Legatum Caesareum Constantinopolim comitatus, maximas inter molestias et vitae pericula captivis Christianis ibidem adstitit, et 40 eorum redemit; ac demum pie obiit Viennae 18. Aug. 1677. aet. 69.

Edidit latine:

Caesarea Legatio Waltheri Com. de Leslie ad Portam Ottomanicam per P. T. S. J. Viennae Matth. Cosmerovii 1668. 8. — germanice per B. Z. v. W. Wratislaviae 1680. 12. et addita Legatione Comitis Oettingen Lipsiae 1770. 8.

(Sotvell. Saxius. Propylaeum. Gesta et Scripta Prov. Austr. Bibl. Szechen.)

TAKATS Martinus, Hungarus, Gyöngyösini 22. Nov. 1732. natus et Cassoviae aet. 18. Societati adnumeratus, et Tyrnaviae severioribus scientiis excultus, 4 vota professus et Theologiae Doctor, Budae Physicam et Canones Tyrnaviae, Mathesim et Theologiam morum praelegit, et abolito Ordine pie obiit.

Sunt ejus latine:

Oratio de intemerato SS. Virginis Conceptu. Tyrnaviae 1763. 4.

Panegyres Divis Ignatio et Francisco Xav. dictae. Ibd. 1762. et 1764. 12.

(Paintner.)

TALLAT Joannes, Germanus, ad S. Viti in Carinthia 1618. natus, aet. 21. Societati adscriptus et 4 vota professus, Rhetoricam Graecii, Philosophiam et Theologiae diversas partes Clagenfurti, Tyrnaviae, Graecii, Zagrabiae, Labaci 20 annis docuit, et vir demissus et regularum observantissimus pie obiit Clagenfurti 15. Sept. 1689. aet. 71.

Edidit latine:

Digitized by Google

M. Tullius Cicero libera vinctaque oratione celebratus. Graecii Widm. 1653. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

TALLIAN Nicolaus, Hungarus, 6. Mart. 1666. natus, et aet. 22. Societatem amplexus, 4 vota professus, vitam omnem concionando, operando ac diversas per Hungariam regendo domus impendit, et septuagenarius adhuc S. Cathedram conscendit, pieque obiit Tyrnaviae 23. Nov. 1738. aet. 72.

Assiduus in legendo S. Augustino, quem totum pervolvit, plures ex eo Tomulos compendiavit.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

TALLIAN Petrus, Hungarus, in Pinye ditionis paternae vico 7. Sept. 1689. natus et Jaurini aet. 16. in Societatem cooptatus, decursa et propugnata Tyrnaviae Theologia pie obiit 3. Sept. 1779. aet. 30.

Ibidem docens edidit latine:

Rea Innocentia in foro academico absoluta, sive Maria Virgo Dei Mater ab originali labe oratoria dictione defensa. Tyrnaviae 1717. 4.

(Paintner.)

TALMAN Josephus, Germanus, Tyrolensis 1689. natus et in provinciam Austriacam receptus, Jaurini primus neoerectam Philosophiam docuit, Bibliothecae catecheticae ad S. Annae pluribus annis praefuit pieque obiit Clagenfurti 3. Aug. 1738. aet. 49.

Bibliothecam praedictam pluribus lectissimis doctrinae et pietatis libellis auxit.

(Wittmann.)

TAMASI Nicolaus, Hungarus, audita Tyrnaviae Philosophia et Theologia per 20 annos Leopoldopoli Concionator slavonicus ibidem pie obiit 1737.

Est ejus latine:

Vindiciae illibati Conceptus Mariani. Tyrnaviae 1709. 4.

(Paintner.)

TAPOLTSANI Laurentius, Hungarus in Valle rosarum Provinciae Posoniensis 26. Jul. 1669. natus, e Collegio Pazmaniano Philosophus Societatem ingressus est Viennae aet. 21. atque 4 vota professus et utriusque facultatis Doctor Philosophiam primum quadriennio tum Casus, Jus Pontificium et Dogmaticam 12 annis Tyrnaviae docuit. Rector dein Collegii ibidem, Cancellarius, Regens Convictus nobilium et Rubrorum pluribus annis fuit. In omni vero doctrina ac praecipue in Jure sacro adeo excelluit, ut in causis perplexis communiter consuleretur, et ab ipso Archiepiscopo Strigoniensiin sanctiorem senatum vocaretur. Inter haec demissionis animi tantae fuit, ut ad januam infimae sortis hominibus consilio suo adjuvandis semper paratus esset. Demum annum integrum cum morbis conflictatus pie obiit Tyrnaviae 30. Sept. 1729. aet. 60.

Edidit latine:

Academicus de ente naturali disputans. Tyrnaviae 1706. 8. Revisus et auctus. Ib. 1726. 8.

Duodena Conclusionum Animasticarum quaestionibus curiosis illustrata. Tyrnaviae 1706. 12.

Axiomata christiano-practica. Tyrnaviae 1706. 12.

Quinquagena Casuum de Sacramento Poenitentiae resolutorum. Tyrnaviae. 1716. 12.

Theses theologicae de Deo Uno et Trino ex ejus Paelectionibus elucidatae. Tyrnaviae 1727. 8.

Theses theologicae de Peccatis, Gratia et Merito. Eodem loco et anno.

Centuria Casuum Conscientiae ex ejus praelectionibus qua decretalibus, qua theologicis, cum Appendice in utramque Quinquagenam. Tyrnaviae et Viennae. 1728. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.; Bibl. Szechen. Paintner.)

TARNOCZI Melchior, Hungarus, 24. Febr. 1704 natus, et aet. 18. ad Societatem admissus, Cassoviae Poesim et Rhetoricam docuit, et 4 vota professus vitam fere omnem concionando, operando et Missiones per Hungariam obeundo transegit, et soluto Ordine obiit.

Edidit latine:

Horologium Sapientis, duodecim diei actio-

Digitized by Google

nes horarias indicans. Cassoviae 1714. 12.

Lustra Pannoniae tricennis Saeculi VIII. annis definita. Carmen elegiacum. Cassoviae typ. Acad. 1730. 8.

Christianum Suadae Cassoviensis Somnium. Cassoviae 1731. 8.

Hungarice:

Speculum morum humanorum ac Divinae Justitiae. Jaurini 1740. 8. Recusum Cassoviae 4.

Gabr. Hevenesi S. J. Quadragesima sancta. Tyrnaviae 1739. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Paintner.)

TARNOCZI Stephanus, Hungarus, Nitriensis natus mundo 10. Aug. 1626. Societati Tyrnaviae 1647. Praelectiones philosophicas et theologicas Graecii excepit, et 4 vota professus, in utraque Facultate Doctor creatus, Cassoviae Philosophiam, Tyrnaviae Theologiam moralem sexennio, Controversias quadriennio, sacros Canones biennio, Scripturam S. triennio explicuit. Rexit dein plures Convictus et Collegium Jauriuense, ubi vir ad Dei et Superiorum nutum semper compositus 1689. aet. 63. pie obiit.

Edidit latine:

Synopsis Philosophiae stilo lapidari Francisco Rakoczio Transylvaniae Principi dicata. Cassoviae.

Idea coronata seu Vita S. Stephani Regis Hungariae tenui calamo adumbrata. Viennae 1680. 8.

Rex admirabilis seu Vita S. Ladislai Regis Hungariae historico-politica, ad christianam eruditionem elogiis theopoliticis illustrata. Viennae 1681. et 1683. 8. c. fig.

Princeps Angelicus seu Vita S. Emerici Ducis Hungariae paucis elogiis adumbrata. Viennae 1682. 8.

Hungaricae Sanctitatis Indicia, seu Brevis LV. Sanctorum et Beatorum, qui a D. Stephani temporibus in Hungaria viventes in Divorum censum venerunt, memoria iconibus expressa. Accesit Appendix ordine alphabetico 200 aliorum ad Hungariam vel nativitate vel commoratione spectantium. Tyrnaviae 1692. 1695. et 1737. in 12. et 8.

Hungarice:

De Conformitate voluntatis humanae cum Divina. Viennae 1685. 12.

De Praesentia Dei. Viennae 1685. 12.

Amicitia usque ad mortem seu Methodus adjuvandi in periculo mortis constitutos. Viennae 12. Claudiopoli 1669. 12.

In Hungaricum vertit:

Card. Bellarmini Ars bene moriendi. Tyrnaviae 1683. Viennae 12.

Card. Bona Manuductio ad Coelum. Viennae 12.

(Propyl. Bibl. Us. Graec. Gesta et Scripta Prov. Austr. Bibl. Stecher.)

TASCHEL Joannes, Germanus, Coadjutor temporalis, hilaris semper, laboriosus, disciplinae amans, et Sanctorum praecipuus Cultor, obiit Leobii 16. Dec. 1729.

Edidit:

Exercitia spiritualia S. Ignatii versu germanico concinnata. Graecii Widm. 1707. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

TATTAY Stephanus, Hungarus.

cujus latine:

Sapientia pernix pomo damasceno remorata. Tyrnaviae 1655. 12.

(Wittman.)

TAUCHER Franciscus, Claudiopoli in Transylvania natus, Quinque-Ecclesiis Rhetor 1754. Trenchinii in tyrocinium receptus, absolutis studiis Socius Praefecti Speculae Astronomicae Tyrnaviae, Claudiopoli Ethicae, Tyrnaviae Controversiarum Professor, soluto Ordine post celebrem Franciscum Weiss Budae Astronomus, tum Praefectus spiritus in Seminario Generali, privatim dein vixit Budae et Canonicus Quinque-Ecclesiensis obiit.

Ejus:

Observationes in Ephemeridibus Viennensibus.

TAUFERER Innocentius, Germanus, Carniolus e Baronum Familia Weixelbaci 19. Jan. 1722. natus, et aet. 16. Labaci in Societatem receptus, in Collegio Theresiano primum aliquot annis humaniores litteras, tum Labaci Philosophiam biennalem, Theologiam vero morum pluribus annis do-

Digitized by Google

cuit, ac ibidem usque ad annum 1773. haesit; sublato vero Ordine Archidiaconus Goritiensis per Superiorem Carnioliam fuit, ac demum ibidem obiit Januario 1794. aet. 72.

Edidit tacito nomine:

Compendium Ritualis Labacensis latine, carniolice et germanice cum Assistentia moribundorum. Labaci 1772. 12.

(Bibl. Carniol.)

TAUSCH Christophorus, Germanus, Oeniponti in Comitatu Tyrolensi 25. Dec. 1673. natus, Pictor et discipulus celeberrimi Andreae Pozzi, Viennae aet. 22. in numerum Coadjutorum temporalium adoptatus pinxit cum Magistro suo Viennae in templo Collegii S. J., Romae, Trenchinii, Vratislaviae, Nissae, ibidemque obiit.

(Wittmann.)

TAUSCH Franciscus Borgia, Germanus, Clagenfurti Carinthiae metropoli 10. Oct. 1701 natus, et aet. 16. ad Societatem admissus, 4 vota professus, Orator egregius Linciipimum, tum Graecii, Viennae in Collegio et Domo professa annis 13 dixit, unde in Aulam Caesaream 1746. accitus S. Cathedram 16 annis secunda semper fama possedit; ac demum fractis viribus ab anno 1763. elucubrans conciones suas, in Domo professa usque ad abolitionem Ordinis haesit, pieque obiit apud P. P. Barnabitas Viennae 10. Mart. 1775. aet. 74.

Edidit germanice:

Sermo sacer ad Primitias secundas Rev. et Perill. D. Leopoldi C. a Galler, Can. Reg. in Stainz, Professi jubilati, dictus Graecii in Collegio S. J. et impressus ib. Widm. 1738. 4.

Funebris Carolo VI. Rom. Imp. Graecii id. 1741. fol.

Sermo in Festo 7 Dolorum B. V. Mariae. Graecii 1743.

Panegyris S. Romedio Patrono Tyrolensium. Viennae 1745. 4.

Funebris Augustissimae Elisabethae Imperatrici Viduae. Viennae Trattner 1751. fol.

Jesus Christus Filius Dei Intercessor noster apud Patrem. Sermo in Parasceve. Viennae. 1760. 4.

Admonitiones christianae super Evangelia Dominicalia, liber domesticus pro cive, agricola etc. Tomi IV. Viennae 1765. 1773. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

TAXONI Joannes, Hungarus, jam 1715. Professor casuum et controversiarum Claudiopoli dein Concionator Dominicalis et Quadragesimalis Jaurini, Tyrnaviae, Nagybanii, Ungvarini, Comaromii, Szatmarini, Rosnaviae, Comaromii, Ginsii, denique Magno-Varadini Praef. spirit. obiit 4. Jun. 1747.

Scripsit hungarice varia Opera ascetica et vertit in hungaricum:

Gabr. Hevenesi S. J. Quadragesima sancta. 1739. 8.

(Koprioni in Eloq. S. Paintner.)

TEIXELBERGER (Ördögvari) Franciscus, Hungarus, Comaromii 27. Oct. 1705. natus et aet. 15. in Societatem susceptus pluribus Hungariae locis ac demum Szatmarini est concionatus, ubi peste infectis inserviens victima charitatis cecidit 12. Oct. 1742. aet. 37. Quod nomen ejus germanicum Calviniani non ferrent, Ördögvari se nominavit.

Est ejus latine:

Virtus coronata Regum Hungariae. Carm. eleg. Tyrnaviae 1730. 12.

(Paintner.)

TEMERDECK Franciscus, Hungarus, Posonii 22. Febr. 1662. natus, et aet. 18. Societati adnumeratus, 4 vota professus, vitam omnem curae animarum concionando, operando, et Curionem S. in castris agendo impendit; quin et in turbis illis hungaricis, periculis et minis superior, de Paroecia sua non cessit, dum ab ea pelleretur; ac denique meritorum coronam consecutus est Soponii 18. Sept. 1708. aet. 46.

Reliquit in omnes fere Dominicas et festa hungarice digestos tomulos aliquos propria manu conscriptos.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

TEMPELMANN Joannes, Germanus, Pragae Bohemiae metropoli 2. Jan. 1657. natus, et aet. 15. in Provincicam Austria-

Digitized by Google

cam admissus, 4 vota professus, an 1691. in Transylvaniam missus, Stationem Cibiniensem solus, et post annos 75 primus in veste Ordinis inter mille incommoda et pericula, omnibus omnia factus, excoluit, pluresque haereticorum centurias ad orthodoxam fidem reduxit. Stabilita vero hic Societati Sede Coronam excurrit, semenque sparsit a Sociis dein ad maturitatem perductam. Demum febri ab aegroto contracta piissime obiit Cibinii 30. Julii 1696. aet. 39.

Edidit germanice libellum precatorium perutilem typis Cibiniensibus.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

TEPSER Joannes Bapt. Germanus, Viennae Austriae natus, 4 vota professus, animabus piacularibus flammis purgatis singulariter addictus, et ipse septem hebdomadum gravissimis doloribus purgatus piissime obiit Lincii 23. Apr. 1690.

Edidit latine:

Humanitas Viennensis seu Declamationes Poeticae. Viennae Cosmerovii Vid. 1687. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

TERSTZYANSZKI Joannes Bapt. Hungarus, 29. Nov. 1706. natus. Societatem ingressus 1722. Poesim et Rhetoricam Cassoviae et Claudiopoli, et 4 vota professus ac in utraque Facultate Doctor, Philosophiam, Theologiam morum et Jus Pontificium Cassoviae et Tyrnaviae docuit, Budae causas domiciliorum Societatis ad Excelsam Curiam Regiam egit annis 11. dein Praefectus spiritus Unguarini et Patakini, Szakolczae decisor casuum, soluto Ordine obiit.

Edidit latine:

Laureata Virginitas e connubio, sive illustria Virgineorum Conjugum exempla. Carm. eleg. Cassoviae 1731. 12.

Cassovia vetus et nova chronologice proposita. Cassoviae 1732. 8.

Immaculati Conceptus Mariani argumentum dictione panegyrica propositum. Tyrnaviae 1734. 4.

Ortus et progressus almae Sodalitatis B. V. Mariae gloriosae in coelos assumtae, apostolica autoritate in gymnasio Albaregalensi erectae et confirmatae. Budae 1737. 4.

Oratio funebris Carolo VI. Imp. Claudiopoli. 1741.

Topographia magni Regni Hungariae, olim a quodam S. J. Sacerdote (Mich. Bombardi) conscripta, nunc studio cujusdam ex eadem Societate Sacerdotis (Jo. B. Terstzyanszki) emendata et aucta. Viennae Austriae Kaliwoda 1750 fol.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Denis B. G. Paintner.)

THALHEIMB Michael, Germanus, Clagenfurti in Carinthia 28. Sept. 1683. natus, et aet. 16. Societati adscriptus, 4 vota professus et Philosophiae ac Theologiae Doctor, illam Graecii, Polemicam, Moralem ac Dogmaticam Theologiam Graecii et Viennae annis 14 docuit. Hinc abdicatis omnibus honorificis muneribus vitam omnino absconditam egit, ac demum Schurzii Operarius indefessus virtutum omnium ac praecipue demissionis singularis thesauro ornatus piissime decessit 22. Martii 1746. aet. 63.

Edidit latine:

Dictamina politica, exquisitis regulis christiano-philosophicis comprehensa. Graecii Widm. 1718. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

THAUER Joannes, Hungarus, Graecii in Societatem admissus 1708. Professorum gradu et philosophico pallio ornatus, Claudiopoli Poesim et Rhetoricam, hanc etiam Tyrnaviae, tum Cassoviae et Claudiopoli Philosophiam docuit, ac domum Gyöngyösini pie obiit 28. Sept. 1730.

Edidit latine:

Diluculum Religionis in Transylvania sub Caroli VI. Augusti Austriaca pietate reflorescentis. Claudiopoli 1716. 8.

Idea invicti Austriaci Martis, seu Princeps Eugenius panegyrica dictione celebratus. Claudiopoli. 1717. 8.

Sacrum Orientis Columen S. Athanasius adversus Arianam perfidiam pro Domo Dei strenue decertans. Tyrnaviae typ. Acad. 1724. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Paintner.)

THEISS Josephus, Germanus, in Carinthia 30. Sept. 1673 natus, et aet. 18.

Digitized by Google

Societatem ingressus 4 vota professus et Philosophiae Doctor eandem ac Theologiae diversas partes diversis in locis per plures annos docuit, ac denique Viennae pie obiit 4. Junii 1745. aet. 72.

Edidit latine:

Instructio practica Sodalis Parthenii. Lincii Jo. Leidenmayr 1716. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

THEODATI Franciscus, Hungarus Cassoviae 15. Aug. 1643. natus, aet. 17. Societati se dedit et 23 annis in scholis humanioribus tradendis consumtis, aliquot etiam annis concionatus, solatii plenus obiit Jaurini 19. febr. 1708. aet. 65.

Edidit latine:

Corona stellarum 12, seu Orationes 12 de Magistra Sapientiae. Tyrnaviae typ. Acad. 1682. 12.

Certamen ante coronam. Orationes. Leutschoviae. 1675.

Corona Apostolico-Basilica, seu 8. Stephanus primus Apostolus et Rex Hungariae. Prosa. Cassoviae 1679. 12.

Hexas lusuum poeticorum. Cassoviae 1681. 12.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Paintner.)

THONHAUSER Ignatius, Germanus, Viennae Austriae 19. Nov. 1743. natus et 1759. in Societatem receptus, soluto Ordine Sacerdos saecularis factus et Curatus Ecclesiae metropolitanae Viennae pie obiit.

Edidit germanice:

Instructio catholica de Confessione auriculari contra Eibelium. Augustae 1784. 8. sub nomine J. Th. Onhauser.

Vera documenta Antiquitatis Christianae de Confessione auriculari contra eundem. Ib. 1784. 8.

Vertit e gallico in germanicum Epistolam pastoralem Archiepiscopi Parisiensis. Viennae. 1782. 8.

THONHAUSER Theophilus, Germanus, Viennae Austriae metropoli 21. Aug. 1690. natus, et aet. 15. in Societatem cooptatus, 4 vota professus et utriusque facultatis pallio ornatus, Philosophiam Graecii et Viennae septennio, Theologiam hic 11 annis docuit. Rexit dein Collegium Lincense bis, Passaviense, Viennense bis, ac Provinciam totam, ac disciplinae religiosae in se et aliis strenuus exactor, pie obiit Viennae in Collegio 5. Sept. 1757. aet. 67.

Edidit latine:

Lustrum sextum, septimum et octavum Universitatis Graecensis. Graecii Widm. 1723. 12.

Item nonum, decimum, undecimum. ib. 1724. 12.

Dissertatio physico-meteorologica de fluviis et ventis Olympi montis verticem, ut fama fert, non infestantibus, P. Paulo Casato S. J. autore italice scripta et in dialogos singulos divisa, nunc latinitate donata. Viennae 1776. 12.

Dissertatio physico-ethica de Hominis Physiognomia Francisci Bayle Tolosani. Recudi curavit. Viennae 1727. 12.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Wittmann.)

THULLNER Joannes Bapt., Germanus Tozembaci in Austria 17. Junii 1668. natus, et aet. 19. Societati adjunctus, 4 vota professus et utriusque facultatis Doctor, Viennae Poesim et Rhetoricam, Philosophiam quoque ac Theologiam moralem Labaci, Lincii, Goritiae, Graecii ac Viennae 14 annis exposuit. Collegii dein Passaviensis, ac Viennensis ter Rector, Socius Praesidis Provinciae ac Praeses ipse, Cremsii demum Rector piissime obiit 21. Aug. 1747. aet. 79.

Edidit latine:

Vienna gloriosa, seu Rerum in ea memorabilium descriptio, prosa et metro. Viennae Cosmarovii Vid. 1700. 4.

Vienna coronata, seu in coronatis Verticibus gloriosa, per virtutes nempe Principum Austriacorum. Viennae id. 1701. 8.

Geometria extemporanea. Viennae And. Heyinger. 1711. 12.

Memorabilia Orbis et Urbis Goritiensis, in Saecula XXXII. Lustra IV. et integram fere Olympiadem ab anno Mundi 2635 usque post Christum natum 1704. Labaci 1704. 4.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Bibl. Carniol. ex Thalberg. Epitome.)

Digitized by Google

TILMEZ Fridericus, Germanus, Lincii Austriae supra Onasum metropoli 24. Febr. 1691. natus, et aet. 15. Societati adjunctus, 4 vota professus et Philosophiae Doctor, Rhetoricam Viennae, Philosophiam Lincii et Labaci, Theologiam moralem Zagrabiae et Clagenfurti docuit, pieque obiit Cremsii 20. Oct. 1730. aet. 39.

Edidit latine libellos duos multum aestimatos, sc:

Memorabilia de Templo ac turri S. Stephani. Viennae Heyinger 1725. 8. Editio auctior ibidem 1722. et rursus 1740. 8.

Conspectus Historiae Universitatis Viennensis ex Actis veteribusque documentis erutus, atque ab ejus initio ad annum 1465. deductus. Pars I. Viennae 1722. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

TIMON Samuel, Hungarus, Thurae in Comitatu Trentsiniensi 20. Julii 1675. natus, et aet. 18. Societati aggregatus, 4 vota professus, Philosophiae ac Theologiae Doctor, post Rhetoricam Tyrnaviae utramque octennio, Theologiam etiam Cassoviae quinquennio docuit. Functionibus dein laboriosis Missionarii in patria se devovere volens, sed sinistra valetudine impeditus, Seminaria primum diversa rexit, tum cubiculo penitus affixus Historiae patriae elucidandae se dedit, quam primus ad Criticam exegit, toto orbe litterato merito aestimatus, pieque obiit Cassoviae 7. Apr. 1736. aet. 61.

Edidit latine:

Celebriorum Urbium et Oppidorum Hungariae Chorographia Tyrnaviae typ. Acad. 1702. 4. — Aucta a Gabr. Szerdahelyi S. J. Cassoviae 1722. Tyrnaviae 1770. 4.

Dies peripateticus, hoc est philosophicus et deambulatorius. Tyrnaviae 1708. 12.

Synopsis nova chronologica Regnorum Hungariae, Croatiae, Dalmatiae etc. a Nativitate S. Stephani inchoata. Tyrnaviae 1714. et 1715. 12.

Purpura Pannonica seu Vita et res gestae S. R. E. Cardinalium, qui aut in ditionibus S. Coronae Hungariae, aut Regibus sanguine conjuncti, aut Episcopi Regni fuere. Tyrnaviae 1715. fol. — Cum additamentis Cassoviae 1745. Aucta et emendata Claudiopoli 1746. 8. — Tribuitur etiam Georgio Skoda S. J.

Imago antiquae Hungariae, repraesentans terras, adventum et res gestas Hunnicae gentis. Cassoviae 1733. 8.

Imago novae Hungariae, repraesentans Regna, Provincias, Banatus et Comitatus ditionis Hungaricae. Cassoviae 1734. 8.

Utraque Tyrnaviae 1735. 8. Cum Additamentis Viennae 1762. 1754. et 4.

Descriptio Tibisci et Vagi, fluviorum Hungariae. Cassoviae 1735. et 1761. 8.

Epitome chronologica Regnorum Hungariae, Dalmatiae et Croatiae a D. Stephano ad annum 1576. dein per alium S. J. (Thomam Rost) ad 1736. producta, revisa, correcta, aucta. Cassoviae 1736. fol. 1764. 4.

Historia Regni Hungariae. Opus posthumum. 1738.

Tribuitur ei etiam:

Opusculum theologicum, in quo quaeritur, an et qualiter possit Princeps Catholicus in ditione sua retinere haereticos, vel contra poenis eos aut exilio ad Fidem Catholicam amplectendam cogere. Sumtibus Gabrielis Erdödy Ep. Agr. editum et particulari Commissioni in negotio Religionis oblatum. Tyrnaviae 1721. 4. (ab aliis Szerdahelio tribuitur.)

In Msc. reliquit:

Annales Regni Hungariae. Continuatio Historiae Hungariae per Isthvanfi editae, usque ad annum 1662. quo Msc. usi sunt Franc. Kazi et Steph. Kaprinai.

Extollitur a Godefrido Schwarzio in Diss. hist. critica de initiis Religionis christ. in Hungaria, et in Actis Eruditorum Lipsiensibus Martio 1742.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Feller. Bibl Szechen. et Teleh. Palatiner.)

TIRNBERGER Carolus, Germanus, Pettovii in Styria 27. Oct. 1731. natus, Societatem amplexus Graecii 1749. 4 vota professus et Philosophiae Doctor, Socius primum, dein ipse Praefectus speculae astronomicae et Musaei physici Graecii ab anno 1764. et anno 1772. Professor Me-

Digitized by Google

chanicae et Hydraulicae Schemnizii in Hungaria, sublato Ordine in Styriam prope Schottwien se recepit, ubi Dnus Pfaller metalli fodinam orsus est.

Edidit germanice:

Summarium observationum meteorologicarum in Specula Graecensi factarum ab anno 1765. ad 1769. Graecii 1770. 8.

(Bibl. Theres.)

TOERCECK Franciscus Xaverius, Transylvanus, Kaditsfalvensis 3. Dec. 1781. natus, et aet. 20. Societatem ingressus, 4 vota professus et Philosophiae ac Theologiae Doctor illam Cassoviae et Claudiopoli, Canones Budae, Dogmaticam vero Cassoviae anno, quo sublatus Ordo, docuit.

Est ejus latine:

D. Ivo oratione panegyrica celebratus. Tyrnaviae. 1761. 4.

(Paintner.)

TOETH Wolfgangus, Hungarus, natus Quinque-Ecclesiis, et Trenchinii 1763. in Societatem receptus, et dum solveretur Ordo, in primum annum Theologiae studens, sublato Ordine Presbyter factus, in Monte Pannoniae Benedictinis restituto Repetentium Professor.

Edidit hungarice:

Ultimus Coronae hungaricae in patriam reditus. Carmen 8.

Allocutio Hungarorum ad reducem Palatinum. Carmen. Budae 4.

Non est consuetum Reges Hungariae aggredi. Carmen. Posonii 1796. 8.

Sermo, quum Sigismundus Lowasz Supremus Comes Bekes. induceretur. Carmen fol.

Trenk homo abominabilis. Carmen 1790. 8.

(Bibl. Szechen.)

TOLVAI Emericus, Hungarus, Holitsii 8. Oct. 1694. ex illustri prosapia ortus, et aet. 15. Societati adscriptus, 4 vota professus et Philosophiae Doctor, Rhetoricam primum tum Philosophiam Tyrnaviae et Controversias Fidei Claudiopoli docuit. Romae dein ad D. Petri octennio Poenitentiarius hungaricus, et redux Collegii Budensis, Pazmaniani Viennae et Claudiopolitani Rector, Jaurini Regens Convictus, ac demum Tyrnaviae Praefectus typographiae ad abolitionem usque Ordinis fuit, et obiit Tyrnaviae 1775. aet. 81.

Edidit latine:

Laureatum in Heroibus Hungariae Saeculum post Christum natum XVII. Carm. heroico. Tyrnaviae. 1718. 8.

Ortus et progressus Almae Archiepiscopalis S. J. Universitatis Tyrnaviensis a primis illius initiis ad annum usque 1660. Tyrnaviae. 1725. 12.

Imago Hungariae cum suis Regibus compendio data. Tyrnaviae 1729. 8.

Orationes duae panegyricae D. Ladislao dictae Viennae.

Athanasii Kircheri S. J. Iter ecstaticum coeleste. Partes II. Tyrnaviae. 1729. 12. cum Praefatione.

Progressus Almae Universitatis Tyrnaviensis ab anno 1661. ad 1700. Tyrnaviae typ. Acad. 1728. 8.

Epistola de morte Valentini Keri S. J. Collegii Acad. et Universitatis Tyrnav. Rectoris. Tyrnaviae 1764. 6.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Bibl. Szechen. Paintner.)

TOMSCHIZ Josephus, Germanus, Labaci Carnioliae metropoli Febr. 1696. natus, et aet. 17. in Societatem transscriptus, 4 vota professus et Philosophiae Doctor, Poesim et Rhetoricam Graecii, Philosophiae ac Theologiae diversas partes diversis in locis 10 annis docuit; et Graecium missus ut Jus Pontificium exponeret, hausto a milite veneno, quorum obsequio se in arce exposuit, pie obiit 15. Martii 1742. aet. 43.

Edidit latine:

Gesta Primorum Ducum Styriae. Carmine. Graecii Widm. 1730. 12.

Gesta Ducum Styriae ab Alberto II. ad Ernestum Ferreum. Carmine. Graecii id. 1731. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

TOPFF Joannes, Germanus, Kitzpichliii Comitatu Tyrolensi 1619. natus, et in Provinciam Austriacam assumtus, 4 vota professus et utriusque facultatis laurea insignis, Graecii Poesim, Viennae Poe-

Digitized by Google

simet Rhetoricam, Philosophiam tribus annis docuit. Dein Styrae Rector, et Magister tyronum Viennae in Domo Annaea; pater pauperum, quibus etiam tempore pestis inserviit, vir singularis pietatis, abstinentiae et mortificationis; Scharzii in seditione bohemica subditos a rebellione continuit, pieque ibidem obiit 6. Apr. 1689.

Edidit latine:

Poesis lyrica. Viennae 1655. 12.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

TOPOS Franciscus, Hungarus, in provincia Trenchiniensi 7. Apr. 1613. natus et aet. 16. Societatem ingressus, 4 vota professus, Philosophiae et Theologiae Doctor, utramque sexennio Tyrnaviae fere docuit, ibidem et Cassoviae Cancellarium 14 annis egit, Collegio Posoniensi et Cassoviensi, Tyrnaviae Convictui nobilium, et Seminario S. Adalberti 11 annis praefuit, unde a militibus Tockelianis cum reliquis sociis abstractus et in arcem Jöni retrusus, paucis post diebus senio et aerumnis captivitatis confectus pie obiit, 14. Aug. 1683. aet. 70. Tyrnaviae primus condita Universitate Rhetoricam docens,

edidit latine:

Algamation Aparymaticon. Posonii. 1637. fol.

(Palatner.)

TOSCH Carolus, Germanus, Rudolfswerdae in Carniolia 28. Nov. 1687. natus, et aet, 16. Societatem ingressus, 4 vota professus et Philosophiae Doctor, cum 4 annis missiones in patria obiisset restitutis viribus Philosophiam ac praecipue Mathesim, in qua excelluit, nec non Theologiam moralem Clagenfurti, Budae, Labaci, Graecii, Tyrnaviae pluribus annis docuit, indefessus simul continuo Operarius, ac demum piissime obiit Labaci 26. Jan. 1737. aet. 50.

Edidit latine:

Synopsis Euclidis applicati, seu Elementa Geometriae ad 20 Theoremata contracta. Graecii Widm. 1730. 8.

Calendarium in usum anni 1731. ad Urbis Graecensis et Austriae interioris Meridianos aptatum. Graecii. 1730.

Arbor Consanguinitatis Graduum fusior pro meliori captu discentium.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

TRABER Zacharias, Germanus, Styrus Marti-Fluensis, natus 24. Aug. 1611. et Graecii in Societatem acceptus, Mathesim tum Viennae tum aliis in locis 15 annis docuit. Rexit Seminarium Viennense, et 4 vota professus ac Philosophiae Doctor peste occubuit Viennae 5. Apr. 1679. aet. 68. Mitterdorfer in Conspectu Hist. Univ. Vienn. eum ab editis in lucem libris clarum vocat.

Est ejus latine:

Tubus seu Nervus opticus: seu Tractatus theoricus in tres libros, Opticam, Catoptricam et Diopticam distributos cum figuris aeri incisis. Viennae Jo. Cosmerovii 1675. fol.

(Hist. Schier Spec. Styr. lit. — Propyl. Bibl. Univ. Graec. — Gesta et Scripta Prov. Austr. Prey. Scheibel.)

TRAUTT Christophorus, Germanus, Armstorfii in Bavaria 16. Oct. 1623. natus, et aet. 17. in provinciam Austriacam adscriptus, 4 vota professus, vix Theologia Graecii absoluta S. Cathedrae admotus, tria millia et amplius sacrarum dictionum in praecipuis provinciae locis ad populum habuit; ut vero Paulinae ejus eloquentiae fama ad aures Leopoldi Caesaris venit, in aulicum adscitus suggestum annis omnino viginti incredibili animorum proventu et rarae facundiae applausu sustinuit, autoritate insuper tanta, ut tametsi veritatis amore nulli parceret, nec delicta celaret palatina, Principibus tamen omnibus, ac imprimis Imperatori ipsi mire probaretur. Solitus haud raro Caesar post dimissam concionem sacram dictionem chartae mandatam ab eo repetere, ut sententias et argumentorum pondus lectione firmius memoriae imprimeret. Verum si quando alias, tunc certe pientissimi Principis in Patrem Christophorum favor emicuit, cum pro eo graviter decumbente Augustissimus ardentes ad Deum preces fudit. Et quidni vota audiret benignissimum Numen cum Sanctum pro Sancto vidit supplicem? Certe orationi ejus prolongata in biennium vita tribuebatur. Autor ei fuit Imperator, ne

Digitized by Google

thesauros suos (Conciones habitas intellexit) occuleret, neve posteros tanto fructu, qui in iis non vane expectari posset, fraudaret. At vilitatem earum ac indignitatem obtendit tamdiu, dum ab Obedientia jussus manum operi adhiberet, cui tamen aetate et meritis gravis brevi succubuit, piissime mortuus Viennae 24. Julii 1689. aet. 66.

Edidit germanice:

Conciones duae funebres annexae Concionibus Mich. Staudacher. Aug. Vien. 1656. 4.

Concio Funebris Ferdinando III. Rom. Imper. Viennae 1657. 4.

Concio Funebris Margarithae Mariae Rom. Imp. Viennae 1673. 4.

Concio Funebris Claudiae Felici Rom. Imp. Leopoldi Conjugi secundae. Viennae 1676. 4.

Concio Funebris Franc. Philippo e Comitibus de Breuner Episcopo Viennensi habita. Viennae 1669.

Spiritus pacis in Comitiis Hungariae Sopronienses a Leopoldo M. Caesare celebratis pro Concione commendatus. Tyrnaviae typ. Acad. 1681. 4.

Oratio honori Emin. S. R. E. Card. Leopoldi a Colonicz Archiep. Strigon. cum Galerum purpureum Roma missum Viennae ab Aug. Imp. Leopoldo acciperet. Vienae 1686. 4. lat.

Oratio gratulatoria, cum Ser. Marchio Durlacensis Abbas Fuldensis Biretum Cardinalitium in templo aulico a Caesare reciperet. Viennae.

Aula Sancti Sanctorum seu Conciones super Mysteria, Acta et Dicta Jesu Christi per Dominicas anni propositae coram Aug. Imp. Leopoldo et ejus aulae Proceribus. Bambergae 1683. et ib. Frevett 1662. 4. — 1700. 4.

Conciones de Sanctis per annum propositae coram eodem Augustissimo. Bambergae id. 1692. 4.

(Propyl. Bibl. Univ. Graec. Gesta et Scripta Prov. Austr. Bibl. Saechen.)

TRAXLER Franciscus, Hungarus, Agriae 19. febr. 1713. natus, et aet. 19. tyrocinium ingressus, Cassoviae Magister Poesim et Rhetoricam tradidit, et 4 vota professus, ac aliquot annis cum fructu concionatus, pie obiit Agriae 30. Jan. 1756. aet. 43.

Edidit latine:

Illustria Virtutum Exempla S. Joannis Francisci Regis a Clemente XI. in Sanctorum Catologum 1737. relati, prosa et metro, Claudiopoli typ. Acad. 1738. 8.

Telemachum Fenelonii a C. Ladislao Haller hungarice redditum limavit et edidit. Cassoviae 1755. 4.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Paintner.)

TREBERER Josephus, Germanus, Ambstadii in Austria 13. Martii 1677. natus, et aet. 15. Societati adjunctus, strenuus per omnem vitam Concionator et indefessus Operarius germanicus per Hungariam, pie obiit Cassoviae in Festo S. Xaverii, quem singulariter coluit, contracta ab aegro milite infirmitate 3. Dec. 1716. aet. 39.

Edidit germanice:

Panegyris ad Inaugurationem Caroli VI. in Regem Hungariae Posonii habita. Tyrnaviae typ. Acad. 1712. fol.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

TREFFLINGER, Paulus, Germanus, provincia Austriaca,

cujus latine:

Laureati labores pro conservanda Vienna impensi. Graecii. Widm. 1684. Carm. her. et eleg.

Aquila vindex barbari Promethei in Victoria Viennensi adumbrata. Viennae. Cosmerov. 1685. 8. Carm. heroico.

(Wittmann.)

TREMELIUS Georgius, Germanus, e Societate rursus dimissus, cum in ea Poesim doceret,

edidit latine:

Austria Victoriosa seu Elogia praecipuorum Ducum cum variis Odis. Viennae Matth. Cosmerov. 1653. 12.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

TREYER Joannes, Coadjutor Temporalis e Provincia Austriaca

cujus:

Epistola ad Fratrem alium Viennam e Pa-

Digitized by Google

ra Brasiliae metropoli 16. Mart. 1705. de ruditate hujus populi. — germanice in Stöcklein P. XIV. n. 322.

TRIESNECKER Franciscus de Paula, Germanus, Kirchbergae ad Wagram in Austria 2. Apr. 1745. natus, et aet. 16. Societatem ingressus, soluto Ordine Presbyter saecularis factus, et Philosophiae Doctor, ab anno 1780. Adjunctus Maximiliano Hell in specula Astronomica Viennensi, eidem post mortem ejus anno 1793. successit, et e primis sui aevi Astronomis, Membrum Regiae Societatis litterariae Göttingensis, Pragensis, Vratislaviensis, Monacensis, et ob labores in dimensione et mappatione Galiciae Orientalis susceptos Eques Ordinis Leopoldini munere suo fere solus et ad ultimas usque dies quam exactissime perfunctus, quo tempore etiam dimensionem Austriae inferioris cum Antonio Pilgram coeptam et mappam ejus topographicam confecit, vir apprime religiosus, qui Missam in publico quotidie templo et Horas Canonicas dicere nunquam intermisit, ob integritatem morum, candorem animi et liberalem agendi modum omnibus charus, diuturno morbo consumtus, perceptis summa cum devotione morientium sacramentis piissime decessit 29. Jan. 1817. aetatis 72.

Opera ejus latina sunt:

In Ephemeridibus primum cum Hellio, dein ab ipso, adjuncto ei Bierkio, editis annexa ejus calamo sunt:

Pro anno 1787. Dissertatio Lalandi de novo Planeta latine reddita.

Pro 1788. Tabulae Mercurii juxta Mayeri Göttingensis Elementa.

Pro 1789. Tabulae Martis novae ex propriis Elementis constructae.

Pro 1790. Novae Veneris Tabulae ex propriis Elementis constructae.

Pro 1791. Methodus figuram telluris ex Eclipsibus Solis deducendi.

Pro 1792. De proprio Motu Stellarum fixarum in Rectascensionem et Declinationem.

Pro 1793. Tabulae Solares novae ex observationibus deductae et ad Meridianum Parisiensem constructae. — De Diminutione Obliquitatis eclipticae saeculari Commentarius.

Pro 1794. De massa Veneris.

Pro 1795. De usu Aberrationis luminis in tectione Stellarum fixarum per Lunam.

Pro 1796. Diameter apparens solis, lunae et planetarum cum micrometro objectivo observatus.

Pro 1797. Differentiae Satellitum Jovis ope micrometri objectivi Dolandini observatae.

Pro 1798. Catalogus fixarum Caillianus, novis observationibus restauratus.

Pro 1799. Longitudines Geographicae variorum locorum e Solis Eclipsibus et fixarum deductae.

Pro 1800. Item Longitudines geographicae.

Pro 1801. Longitudines geographicae variorum tum Europae tum Americae locorum.

Pro 1802. Determinationes Longitudinis geographicae diversorum locorum ex Eclipsibus solis et occultationibus fixarum per lunam deductae.

Pro 1803. Defensio valoris Tabularum suarum lunarium ex plurium pluribus in locis institutis observationibus.

Pro 1804. 1. Longitudines et latitudines fixarum ad annum 1800. cum praecessione. 2. De Stella duplici, quae media in cauda ursae majoris.

Pro 1805. 1. Novae Martis Tabulae cum perturbationibus. 2. Elevatio Poli Vindobonensis Liesganigiana vindicata. 3. Elevatio Poli Vindobonensis ope sextantis Anglicani 10 pollicum explorata.

Pro 1806. 1. Novae Mercurii Tabulae. 2. Longitudines locorum geographicae ex occultationibus fixarum Solisque Eclipsibus. 3. Longitudines geographicae littorum, quae Cookius decursu circumvectionis maritimae adiit, ex observationibus astronomicis stabilitae.

Cum ab hoc anno Ephemerides Vindobonenses desierint, quotannis Collectionem Observationum Astronomicarum, accedentibus Elucubrationibus argumenti partim astronomici partim geographici edidit in Actis Societatis Pragensis.

Praeterea vulgavit germanice:

Collatio ad determinationem Longitudinis geographicae Pragae. Differentia inter

Digitized by Google

Viennam et Pragam. (In Dissertationibus Societatis Bohemicae. 1787.)

Pars Epistolae ad D. Küstnerum 8. Jul. 1794. de quatuor Satellitibus Jovis. (In Götting. Gel. Anz. 1794. p. 1657.)

Pars alterius Epistolae 24. Oct. 1794. ad eundem de eadem materia. (Ibidem.)

Collatio ad determinationes Longitudinum geographicarum ex occultationibus Stellarum et Eclipsibus Solis pro 45 locis ex 153 observationibus computatorum. (In Zachii universalibus Ephemeridibus geographicis 1798. Jan. Febr. Mart.)

Primum ad easdem Supplementum. (Ibid. Apr.)

Plures ejusmodi Determinationes aliaeque Observationes astronomicae. (Ibid. T. 1. 2. 4.)

Observationes Eclipsis Solis annis 1802. et 1803. (Ib. T. 4.)

Super Dimensione graduum hollandica per Snellium. (Ib. T. 11.)

De geographica Longitudine Madriti. (In ejusdem Commercio menstruo litterarum 1800. Febr. Mart.)

Super Incertitudine quorundam punctorum fixorum astronomicorum in adumbratione mappae geographicae Persiae et Turciae Asiaticae. Pragae 1804. 8.

Aequationes Longitudinis Lunae ex occultationibus fixarum castigatae. (In Götting. Gel. Anz. 1801.)

Aequationes Latitudinis Lunae ex occultationibus fixarum castigatae. (Ibid. 1802.)

Fata varia trium memoratu dignarum determinationum Longitudinis Pekini, Amstelodami et Augustae Vindelicorum ex certissimis observationibus. Pragae 1805.

Interfuit dimensioni Poloniae alteri, seu Galiciae Occidentalis a Mezburgio directae, chartamque geographicam ab eo coeptam perfecit, ut et alteram Austriae inferioris Liesganigii apparatu usus.

TRINKELLIUS Zacharias Ignatius, ex germanis parentibus Posonii in Hungaria 1602. natus, aet. 15. Deo se in Societate dicavit, et 4 vota professus, vir magnis naturae et gratiae donis excellens, Ethicam, Philosophiam ac Theologiam in Universitate Graecensi cum laude docuit. Rexit dein Collegium Graecense, Tyrnaviense, Domum professam Viennensem, ac denique Provinciam Austriacam totam; Patres quoque tertiae probationis quinquennio magno emolumento spirituali instruxit, et bis a Provincia Romam ad Congregationem generalem IX. et X. est missus. Etsi vero ob singularem prudentiam et doctrinam consultus a primariis viris, sibi soli minimus fuit, et tradita Graecii Philosophia per repetitas preces a Superioribus extorsit, ut ad infimam Grammatices classem ibidem docendam disponeretur. A podagra licet et stomachi infirmitate 30 fere annis non parum perpessus, spontaneas tamen corporis afflictationes quotidie ferme adjecit, et cum litare non posset, S. Epulo quotidie se refecit. B. V. Mariae cultor singularis Immaculatae ejus Conceptionis celebritatem apud Ferdinandum III. Imperatorem multum promovit effecitque, ut ipse et tota Universitas Viennensis ad eam asservandam voto sese obstringeret; demum pie obiit Posonii 18. Sept. 1665. aet. 63. Optimatibus ipsoque Archiepiscopo Strigoniensi, cujus conscientiae arbiter fuit, funeri ejus parentantibus.

Edidit latine:

Major Dei Gloria, Finis unicus Societati Jesu per Exercitia spiritualia S. P. Ignatii propositus. Viennae Austriae Matthaei Cosmerovii 1656. 4. Editio II. auctior et anno saeculari seu centesimo Societatis in Regnum Hungariae Tyrnaviam inductae Archiepiscopo Strigoniensi Georgio Lippay dicata. Viennae Joan. Jac. Kürner 1660. fol. et iterum 1663. fol. in titulo Societati Jesu Viris Apostolicis substitutis.

Historia Erectionis et Dedicationis Statuae B. V. Mariae immaculate conceptae in foro Aulico. Viennae 1667.

Divinatorium Viae et Vitae aeternae, seu Methodus spiritualis proposita per Exercitia S. Ignatii in 4 hebdomadas distributa. — Recollectio annua octiduana. — Auctuarium pro Renovatione Votorum in S. J. Viennae 1673. fol.

(Sotwell. Georgi. Vogel. Bibl. Francisc.)

TROST Casparus, Germanus, Auffrodi in Bavaria Junio 1715. natus, et Lin-

Digitized by Google

cii absoluta Philosophia aet. 23. in provinciam Austriacam receptus, 4 vota professus, et utriusque facultatis Doctor, Viennae primum Hebraeam, tum Budae ac Clagenfurti Philosophiam, Budae rursus, Graecii ac Viennae Controversias, dein Viennae Canones tradidit, ac demum abolito Ordine obiit.

Edidit latine:

Controversae fidei quaestiones. Viennae 1762.

Oratio de illibato Virginis Conceptu. Viennae 1771. 4.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

TSANDECK Joannes, Germanus, Weixelburgi in Carniolia natus Societatem Graecii 1600. adiit et absolutis studiis magno fervore idiomate patrio ad populum dixit, et tandem Graecii ex peste, quam confessiones audiendo contraxit, pie obiit 8. Octobris 1624. Transtulit in linguam Carniolicam autoritate et collata opera Episcopi Labacensis, tacito nomine:

Catechismus Canisii et Evangelia per annum. Graecii Widmanstadii. 1618. Recusa Viennae.

(Sotvell.)

TSCHUPICK Joannes Nepom., Germanus, Viennae Austriae 7. Apr. 1729. natus, et aet. 15. in Societatem adoptatus, absolutis insigni cum laude studiis 4 vota professus, cathedrae sacrae ad quam singularibus a Deo donis ornatus est, sine morâ applicatus, cum Viennae ad S. Laurentii et ad S. Annae quadriennio dixisset, jam anno 1763. Verbi divini Praeco in Aula Caesareo-Regia electus, in munere hoc cum pari semper prudentiae et zeli apostolici commendatione, etiam post abolitum Ordinem, non sub Maria Theresia solum sed etiam sub Josepho II. ad obitum usque suum ipsis 25 annis perseveravit. Erat vir singularis pietatis et suavitatis morum. In materiarum selectu et elaboratione non se aut vanam gloriam sed utilitatem tantum audientium respexit: ideoque themata utilissima, praecipue practica selegit, eaque stilo simplici et perspicuo, sine omni vano et quaesito ornatu proposuit. Quare non mirum, ut primum conciones ejus typo prodiere, eas a Curatoribus animarum in civitatibus non modo sed et ruri avide comparatas maximo animarum fructu dictas, et iterato tum Viennae tum Augustae praelo datas esse. Obiit piissime post solutam Societatem Theologiae Doctor creatus, Viennae 20. Julii 1784. aet. 55.

Prodiere post ejus mortem germanice:

Conciones ejus universae Partibus X. sc. pro Dominicis 4, pro festis 2, pro Quadragesima 2, de objectis diversis 2. Viennae Ghelen 1785. et 1786. 8.

Novae nondum editae Conciones pro Dominicis, Festis, Quadragesima et in diversis occasionibus dictae. Cursus tres annui Tomis V. (curante A. E.) Viennae Ant. Doll 1803. 8.

Coeptae etiam in Hungaricum verti ab Andr. Jakab S. J. editaque Pars una Claudiopoli 1790. 8.

(Bibl. Szechen.)

TUROTZI Josephus, Hungarus, Posonii 22. Febr. 1704. natus et aet. 15. in Societatem receptus, 4 vota professus, Philosophiae et Theologiae Doctor, illam Tyrnaviae triennio, hujus diversas partes Agriae, Tyrnaviae et Cassoviae octennio docuit, dein Cancellarius Tyrnaviae, librorum Censor Posonii et Viennae Socius Provinciae Praesidis, Rector Jaurini pie obiit ad S. Martini 15. Jun. 1764. aet. 60.

Est ejus latine:

Panegyris D. Francisco Xav. Tyrnaviae 1729. 12.

D. Ignatius de Lojola optime de Theologia meritus, panegyrica dictione celebratus. Tyrnaviae. 1732. 12.

(Paintner)

TUROCZI Ladislaus, Hungarus, Unguariensis 28. Maji 1682. natus, aet. 16. Societati se addixit, et 4 vota professus, ac utriusque Facultatis laurea ornatus, Poesim Tyrnaviae, Rhetoricam Cassoviae, ac in utraque Universitate Philosophiam, ac Theologiae diversas partes annis 13 docuit. Regens dein Seminariorum Tyrnaviensium, Rector Quinque-Ecclesiis et Agriae, et Patrum tertiae probationis Neosolii 14 annis Instructor, piissime obiit Tyrnaviae 8. Febr. 1765. aet. 82. vir eximiae virtutis et singularis pietatis erga SS. Virginem Mariam.

Digitized by Google

Edidit latine:

Lilia in Virgineas sacri amoris flammulas ad Castalios Parnassi Tyrnaviensis fontes explicata. Tyrnaviae typ. Acad. 1709. 12.

Illibatus Virginis Conceptus eo solo probatus, quod Regina Angelorum. Tyrnaviae 1711. 4.

S. Ignatius litterarum instaurator — litteras pietate illustrans. Panegyres 2. ib. 1714. et 1715.

Stratagemata Martis Hungarici. Tyrnaviae 1716. 12.

Rhetorum Collegii Cassoviensis Orationes. Cassoviae typ. Acad. 1716.

Gemmae Latinitatis ex Tursellino et aliis quam plurimis Autoribus collectae. Cassoviae 1716. 12.

Comitia Regnorum ac Provinciarum Hungariae in Palatio Reginae Eloquentiae celebrata. Cassov. 1716. Tyrnav. 1718. 12.

Ecclesia catholica toto terrarum orbe de idololatria, haeresi, et schismate ab ortu suo ad nostra tempora triumphans. Tyrnaviae. 1717.

Prima humani generis Philosophia, numerorum scientia, veteri doctrina, nova methodo exposita, (seu Arithmetica). Cassoviae 1720. 12.

Philosophia naturae genio, artis ingenio jucunda. Cassoviae 1720. 12.

Arithmetica faciliori methodo data et eruditionibus illustrata. Cassoviae 1727.

Oratio in anno saeculari Canonizationis SS. Ignatii et Francisci Xaverii. Cassoviae 1722. 4.

Lilietum Aloysianum. Rosetum Stanislaianum olim ad D. Ignatii S. J. Conditoris Manresam plantatum ac enatum: hodie ad. D. Joannis Bapt. Tyrnaviae adumbratum, dum SS. Aloysio et Stanislao in Divos relatis primos honores litaret Academicum ejusdem S. J. Collegium. Accedit:

SS. Aloysius et Stanislaus S. J. heroicis facinoribus et beneficiis par nobile fratrum in Sanctorum numerum relatum. Oratio panegyrica. Tyrnaviae 1727. fol.

Denique symbola et Inscriptiones in solemnitate hac. Tyrn. 1727.

Hungaria cum suis Regibus compendio data. Tyrnaviae typ. Acad. 1729. fol. — a Nic. Schmidt S. J. aucta, et a Steph. Katona S. J. ad nostra tempora continuata. Tyrnaviae 1768. 4.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Bibl. Saechen. Paintner.)

TUROTZI Michael, Hungarus, sub finem Saeculi XVII. Magister Poesim et Rhetoricam Cassoviae docuit, cumque anno 1715. in primo Provinciae Austr. impresso Catalogo amplius non occurrat, intra hoc tempus mortuus aut dimissus est.

Edidit latine:

Labores laureati. Cassoviae 1695. 4. Carmine heroico et elegiaco-chronistico.

Lilietum immaculatae conceptae B. V. Mariae, sive Album Austriaco-Marianum. Leutsoviae. 1696. 8.

(Paintner.)

TUSSENG Carolus, Germanus origine sed Soproniì in Hungaria 11. Maji 1711. natus, et aet. 18. Societati insertus, cum Posonii et Viennae quinquennio ad populum dixisset, in Aulam translatus Caesaream, munere hoc 15 annis summa cum approbatione functus, vir suavitate morum, qua omnium cepit animos, singulari, pie obiit Viennae in Domo professa 24. Aug. 1761. aet. 50.

Sunt ejus germanice:

Panegyris S. Catharinae de Ricciis in Celebratione Canonizationis ejus Imbachii in Austria apud Dominicanas dicta. Viennae 1747. fol.

Sermo sacer ad Ingressum Illustr. Herulae Barbarae de Hotovicz in Societatem S. Ursulae. Viennae 1744. 4.

Sermo panegyricus de S. Augustino habitus in Ecclesia Ursulinarum, profitente simul Sorore Angela, ante M. Anna Nothhelfer. Posonii 1750. 4.

Sermo sacer ad Ingressum Josephae a Rebenstein apud Ursulinas. Viennae. 4.

Reliquit Conciones suas bene elaboratas et typo dignas.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Bibl. Saechen.)

TYRNAVIENSE COLLEGIUM ET ACADEMIA, in Hungaria Provinciae Austriae, anno 1551. a Nicolao Olao Archiepiscopo Strigoniensi coeptum, et cum

Digitized by Google

paucis post annis ex incursione Turcarum, direptione haereticorum et conflagratione defecisset, a Cardinale et Archiepiscopo Strigoniensi Forgachio restauratum, et a Successore ejus Petro Pazmano, ante e Societate Jesu dein etiam S. R. E. Cardinale ad Universitatem perductum et congruis proventibus stabilitum,

edidit latina fere lingua:

Apparatus Regius symbolis explicatus Ferdinando II. Hung. et Bohem. Regi. Viennae Greg. Gelbhaar 1618. fol.

Gaudium Europae in Domo Austriaca enatum, Immortali Nomini Augusti Rom. et Hung. Regis Josephi cum Aug. Regina Amalia Pace et Hymenaeo gloriosi incriptum. Tyrnaviae typ. Acad. 1699. 4.

Dissertatio philologica de vera eruditione. Tyrnaviae 1701. 12.

Dilemmata seu Duplices arietes spiritus fanatici lutherani 12 quaestionibus concepti, et Communitatibus Catholicis Posonii et Soproniі pro instructione consolatoria, Acatholicis autem ad cantelam et reditum proposita a Soc. S. J. Tyrnaviae 1710. 8. germanice.

Ars metrica, sive Ars condendorum eleganter versuum ab uno e S. J. Tyrnaviae typ. Acad. 1712. 12.

Corona Regni Hungariae admirabilis Augusto Rom. Imperatori Carolo VI. cum ea inaugularetur, in gratulationis et debitae servitutis significationem exhibita a Collegio Acad. Tyrnaviae 1712. fol.

Fax Ignatiana, opere et doctrina lucens et ardens Clientibus Ignatianis oblata, cum Acclamatione oratoria ei facta. Tyrnaviae 1714. 12.

Bellum contra hostes capitales animae, sive Arma spiritualia ac media edomandis septem vitiis capitalibus ab Academico Collegio proposita. Tyrnaviae typ. Acad. 1720. 8.

Speculum Juventutis Academicae Comes Ign. Emericus Kohary, a Gabriele Spleny Eloquentiae studioso oratione funebri laudatus. Tyrnaviae typ. Acad. 1720. 4 cum Inscriptionibus et Elogiis.

Vindiciae Marianae, seu Maria Dei Hominis Mater a primigenia labe vindicata, perorante S. J. Religioso. Tyrnaviae 1728. 4.

Tractatus duplex Fidei orthodoxae in Hungaria stabiliendae honori Emerici Meszarovics oblatus ab Academica S. J. Typographia Tyrnav. I. Acatholicorum Praedicantium e Regno Hungariae proscriptionem et degradationem factam esse respectu rebellionis non Religionis. II. S. C. Majestatem non obligari ad tolerandos in Hungaria Lutheranos et Calvinistas. Tyrnaviae 1725. 8.

Rationes XII. quae animarum zelum in cordibus Christianorum omnium accendere possunt in Jubilum Anni sancti Saeculi XVIII. Tyrnaviae typ. Bibl. Catech. 1725. 12.

Illustres Heroes Esterházianae Gentis in utraque Republica sacra et profana, belli et pacis artibus omni aevo clarissimae, Celsissimo S. R. I. Principi, Emerico e Comitibus Esterhazy de Galantha, Archiepiscopo Strigoniensi oblati. Tyrnaviae typ. Acad. 1727. fol.

Parnassus illustratus, seu Nomina et elucidatio historiarum poeticarum. Tyrnaviae 1728.

Arsinoe, Tragoedia honori posthumo Principis Pauli Esterházy, cum anniversaria ejus munificentia bene merita de re litteraria juventus Tyrnaviae praemiis donaretur. Tyrnaviae typ. Acad. 1730. 8.

Concordia orthodoxorum Patrum Orient. et Occid. de Processione Spiritus S. Tyrnaviae 1731. 8.

Rudimenta historica pro Gymnasiis S. J. Tyrnaviae 1731. 8.

Tyrnaviensis Universitatis monumentum gratitudinis, res gestas virorum complectens, quorum beneficio stat autornatur. Tyrnaviae 1733. 8.

Effigies S. Pauli, seu Idea vitae apostolicae in solatium et exemplum virorum Apostolicorum per Hungariam indefesse laborantium. Tyrnaviae typ. Bibl. Catech. 1737. 8.

Annus saecularis Universitatis Tyrnaviensis ludo poetico propositus. Tyrnaviae 1737. 8.

Historia Universatis Tyrnaviensis Ibd. 1738. 4.

Digitized by Google

Historia Regni Hungariae Mariae Theresiae Augustae Hungariae Reginae dicata a Collegio S. J. Tyrnaviae 1741. fol.

Festivale Tyrnaviense, h. e. Conciones in omnia totius anni Festa per Hungariam celebrari solita. Tyrnaviae 1741. fol.

Institutio Matheseos universae. Partes III. Tyrnaviae 1752. 8. autore Jo. Ivancics S. J.

Archiepiscopi Strigonienses, compendio dati et oblati Cels. ac Rev. D. Nicolao e Comitibus de Csaki Archiepiscopo Strigon. Tyrnaviae typ. Acad. 1752. fol.

Astronomiae physicae juxta Newtoni Principia Breviarium methodo scholastica ad usum studiosae juventutis. Tyrnaviae typ. Acad. 1760. 8.

Francisco Keri Rectori in renovatione Refectorii offert Collegium Tyrnav. Tyrnaviae 1760. fol.

Propemticon. Ode epigrammatica Cels. Principi Franc. Barkotzi Musa Tyrnaviensis. 1765.

Instructio pro PP. Praefectis Convictus Tyrnav. Ordo diurnus Juristarum. Tyrnaviae 1766. 4.

In Natalem M. Theresiae Aug. Elegiae etc., nomine Convictus S. Adalberti. Tyrnaviae 1769. fol.

Tentamen ex universa Historia Hungariae et praecipuis rerum Hungaricarum Scriptoribus quod in Convictu Nobilium Tyrnaviensi subiit Comes Steph. Illesházi. Tyrnaviae 1776. 8.

Victoriae Marianae contra Gentiles Turcas et alios infesti belli autores ope SS. Dei Genitricis oblatae ac per singulos anni dies distributae, Georgio Ghillanyi Episcopo Tinniensi in ejus inauguratione dicatae a Coll. Tyrn. Ibid. 1714. 12.

UHL Carolus, Germanus, Austriacus in Monswirth prope Viennam 21. Aug. 1738. natus, et aet. 17. in Societatem receptus, Graecii severioribus disciplinis excultus, ultimo triennio Passavii Logicam et Metaphysicam praelegit, et sublato Ordine Viennae Operarium egit, obiitque ibidem 8. Mart. 1794. aet. 56.

Est ejus germanice:

Panegyris de S. Aegidio Styriae Patrono. Viennae 1777. 4.

Panegyris de S. Joanne Nepom. Viennae 1779. 4.

UHL Leopoldus, Germanus, Viennae Austriae 14. Oct. 1720. natus, 1738. ibidem tyrocinium ingressus, absolutis studiis 4 vota professus Verbi Dei Praeconem per Hungariam Budae, Neosolii, Schemnizii, Strigonii annis multis egit,

et edidit:

Catholico-Evangelicae Doctrinae de septem Sacramentis Neosolii per annum propositae. Tyrnaviae typ. Acad. 1755. 4. tacito nomine.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

UIHAZI Casparus, Hungarus, audita Tyrnaviae Theologia, diu per Hungariam concionatus in hoc munere obiit Budae 12. Aug. 1719.

Est ejus latine:

Mulier amicta Sole, seu Aug. Virgo Deipara Maria ab originali macula vindicata. Tyrnaviae 1708. 4.

(Paintner.)

VAHL Franciscus, Hungarus, Eperiesini 1. Sept. 1717. natus et aet. 18. Societatem ingressus, Sacerdos factus sacram militibus operam in castris 15 annis praebuit. Subin Superior Strigonii, Rector Collegii Unguarinensis et 1773. Superior Leopoldopoli, abolito Ordine pie obiit.

Est ejus hungarice:

Dictio, cum signa militaria Legionis Ser. Archiducis Ferdinandi solennibus ce-

Digitized by Google

remoniis expiarentur. Tyrnaviae 1761. 4. *

(Paintner.)

VAHL Franciscus Xav., Hungarus, Eperiesini 4. Jan. 1710. natus, et aet. 15. Societati insertus, annis 13 Concionatorem Germanicum per Hungariam egit. Eperiesini et Essekini 8 annis Superior fuit et abolito Ordine pie obiit.

Est ejus germanice:

Imago Josephi Aegyptiaci, seu Panegyris B. Josepho Calasantioa Matre Dei, scholarum piarum Fundatori dicta, cum Beatificatio ejus Bisztritzii celebraretur. Claudiopoli 1750.

(Paintner.)

VAIKOVITS Emericus, Hungarus, Magno-Varadini 22. Jul. 1715. natus, et aet. 15. Societati adscriptus 4 vota professus et utriusque facultatis Doctor, Philosophiam Cassoviae, Linguam et Eloquentiam sacram, Scita Pontificum et Scripturam S. Tyrnaviae, Dogmaticam Budae docuit. Dein Rector Quinque-Ecclesiis et 1773. Superior Magno-Varadini, abolito Ordine diu Censor librorum Posonii, dein electus Episcopus Abmisiensis et Praepositus major ac Canonicus Ecclesiae metropol. Coloczensis, ibidem pie obiit 28. Nov. 1798. aet. 83.

Est ejus latine:

Oratio funebris Nicolao e Comitibus Csaki Archiepiscopo Strigon. dicta. Tyrnaviae 1757. fol.

Dissertatio de Potestate Principum saecularium in Censuram librorum. Coloczae Neuner. 1791. 8.

Censura religionario-politica libelli, cui titulus: Declaratio Statuum Catholicorum, qui ad Conventum Catholicum die XXX. Nov. 1790. apud Archiepiscopum Coloczensem celebratum non influxerunt. Editio II. a nonnullis exoptata et locupletior 1792. 8.

Observationes criticae super Henriade Voltairii et versione ejusdem in linguam hungaricam Szilagyana, autore verae fidei, bonorum morum ac tuendae juvenum innocentiae studioso. Pestini 1793. 8.

Decas Dissertationum Ecclesiastico-Politicarum de Censoria librorum Disciplina in Ecclesia Dei secundum seriem temporum usitata et ad nostra tempora perducta.

(Paintner.)

VAILANDT Franciscus Xaver., Hungarus, Albae Regalis 12. Jun. 1719. natus, et aet. 15. in Societatem Budae receptus, Sacerdos factus, in Collegio primum Theresiano Viennae Praefectum et Concionatorem germanicum 4 annis tum eundem in diversis Hungariae locis egit, et ab anno 1762. Superior et Parochus Albae Regalis, abolito Ordine obiit.

Sunt ejus latine:

Exercitationes tres ludis theatralibus propositae. Cassoviae 1744. 8.

(Paintner.)

VANOSSI Antonius, Hungarus, Jaurini patre Italo, viro opulentissimo, qui Residentiam Albae fundavit, 30. Junii 1683. natus, et aet. 15. Societati insertus, 4 vota professus et utriusque facultatis Doctor unusque e praecipuis Societatis viris Tyrnaviae Poesim, hanc et Rhetoricam Viennae ac Philosophiam totam quadriennio docuit. Subin Socius Magistri Novitiorum triennio Viennae et cum Theologiam moralem ibidem anno uno tradidisset, mox ipse eorum Magister Trenchinii annis 9 maximo totius Provinciae fructu fuit. Rexit dein Collegium Pazmanianum annis 8, Graecense 4, Provinciam totam 4, Domum probationis Viennensem, et Collegium Viennense 7. Romam dein ab A. R. P. Generale Ignatio Vicecomite accersitus, ut ei qua Assistens Germaniae a consiliis esset, in munere hoc magna sui commendatione ad mortem ejus perstitit. Interfuit Elector Austriae Congregationi XVII. et XVIII. in qua 30 vota pro supremo Societatis Magistratu abstulit. Confirmatus in suo officio ad mortem usque suam illud retinuit, quum vir totius Societatis judicio magnus, prudentiae insignis, consilii maturi, regendi dotibus apprime instructus, Instituti scientissimus, et virtutum omnium Societati propriarum exemplar, ingenti Provinciae ac Societatis dolore et jactura piissime obiit Romae 11. Apr. 1757. aet. 69.

Edidit latine:

Trias Carolina Prodroma Augustae Glo-

Digitized by Google

riae Caroli VI. Rom. Imp. Hisp. et Hung. Regis. Tyrnaviae typ. Acad. 1713. 8.

Poesis Euthea super praesentem Europae statum. Carmen. Viennae Schmidin 1719. 8.

Religio vindicata seu Relatio Belli Turcici sub Aug. Carolo VI. Caesare annis 1716. et 1717. Viennae Schilgen. 1720. 8.

Magnus ab Hungaria Ladislaus, magna a Ladislao Hungaria. Panegyris in annuis solemniis Nationis Hungaricae. Viennae 1720. fol.

Placita physica de Sympathia et Antipathia deprompta ex P. Franc. Tertio de Lana S. J. Viennae Schwendiman 1724. 12.

Decas Augusta seu Lustrum geminum Imperii Augustissimi Caroli VI. cum accurata relatione belli turcici. Viennae Voigtin 1724. 8.

Idea Sapientis theopolitici seu Philosophia Morum, Partibus tribus quarum I. Ethicam summaria methodo comprehensam, Problematibus quaesitis et emblematibus illustratam, II. Ideam theopolitici seu Philosophiam morum theopoliticam, III. Oeconomicam summaria methodo comprehendit. Viennae 1724. Voigtin 4. et 8. c. f. Tyrnaviae 1746. 8. Jaurini 1751. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Pointner.)

VARADI Ladislaus de Foelpoes, Hungarus, Tyrnaviae 1727. in Societatem receptus, triennio Praefectus in Convictu Tyrnaviensi, et ultimo anno Concionator et Operarius Vasarhelyni, soluto Ordine obiit Neosolii 1794. Parochus.

Scripsit latine:

Theatrum fidelitatis Deo, Regi, Religioni Catholicae consecratum, Antonio L. B. Andrassy Ecclesiae Rosnav. Episcopo nominato. Agriae 1780. fol.

(Bibl. Szechen.)

VARADI Stephanus, Hungarus, cujus in Bibl. Caes. Vindobona in Msc. latine servatur:

Relatio Coronationis Mathiae II. in Regem Hungariae. 1608. (Recens. Schwandtner. Tomo III. n. 2020.)

VARIU Sigismundus, Hungarus, audita Tyrnaviae Philosophia et Theologia 1717. Neosolii tertio probatus, cum Vasarhelyni in alterum annum concionatus esset, ibidem pie obiit 12. Aug. 1719.

Est ejus latine:

Divina Metamorphosis, seu Hungaria e gentili christiana. Carm. heroico. Tyrnaviae 1711. 12.

(Pointner.)

VARGYAS Stephanus, Hungarus, Kapuvarini 13. Dec. 1717. natus, et aet. 18. in Societatem admissus, cum absoluta Tyrnaviae Theologia Sacerdos factus Albae regalis in alterum annum hungarice concionaretur, et summa charitate ad morientes excurreret, contracto maligno morbo piissime obiit 6. Maji 1751. aet. 34.

Edidit latine:

Votum fundendi sanguinis pro asserendo Deiparae illibato conceptu ab inusta superstitionis macula vindicatum. Tyrnaviae 1746. 4.

D. Ignatius de Lojola Hungaricae litteraturae Praeses, dictione oratoria celebratus. Tyrnaviae. 1747. 12.

Phraseologia Wagneriana hungarico idiomate locupletata.

(Pointner.)

VASARHELI Gregorius, Transylvanus, natus 1561. aet. 23. in Societatem admissus, Coadjutor spiritualis, et propagandi Evangelii cupidissimus, ex Missione Alsolindensi primus e Sociis Quinque-Ecclesias, sub Turcarum dominatu sitam urbem, concessit; ibique exactis aliquot annis, rogatu Gabrielis Betlen Transylvaniae Principis Claudiopolim ivit. Rexit Socios Albae Juliae et Concionatorem annis amplius 20 egit, pieque obiit Claudiopoli 18. Oct. 1623. aet. 62.

Est ejus hungarice:

Catechismus Petri Canisii S. J. cum Precationibus quibusdam adjunctis. Viennae 1604. et additis Controversiis nostri temporis cum Meditationibus in Evangelia Dominicalia. Ibd. 1617. Claudiopoli. Posonii 1747. et 1763. 8.

Evangelia et Epistolae cum Meditationibus in Dominicas et festa per annum. Viennae 1618. 8.

Thomae Kempensis de Imitatione Christi Libri IV. Claudiopoli.

(Sotvell. Bibl. Szechen.)

Digitized by Google

VASONYI Franciscus, Hungarus, in provincia Soproniensi 21. Dec. 1700. natus, et aet. 21. Budae philosophus in Societatem receptus, Cassoviae Poesim et Rhetoricam, Budae Philosophiam docuit, et Sacerdos factus Comaromii in alterum annum hungarice concionatus pie obiit 13. Jan. 1740. aet. 40.

Edidit latine:

Theatrum belli adversus mundum fortissimorum athletarum SS. Aloysii et Stanislai S. J. illius certaminibus, hujus triumphis 1568. apertum, ac demum gloriose utriusque Apotheosi 1726. clausum. Cassoviae 1727. 8. Carm. eleg.

Augusta Hungariae spectacula Caroli VI. constantia et fortitudine exhibita. Cassoviae 1728. 8.

(Paintner.)

VEIGL Franciscus Xaver., Germanus, Styrensis, Graecii 1738. e Rhetorica in Provinciam Austriacam receptus, absoluta Viennae 1753. Theologia in Americam Meridionalem profectus, in Regno Quitensi, et in specie in provincia Maynas pluribus annis zelosum Missionarium egit, et 1771. in Austriam reversus, Judenburgi Rector et Instructor Patrum tertiae probationis, soluto Ordine piissime obiit Clagenfurti 19. Apr. 1798. aet. 60.

Sunt ejus:

Summa Epistolarum duarum ad cognatos suos in itinere scriptarum 1753. et 1755. quibus id ipsum, et quae in eo observavit, describit. — Germanice in Stöcklein P. XXXVIII. n. 773.

Epistola ad eosdem ex Quito 1. Sept. 1755. qua horribilem terremotum in civitate hac, et Statum Missionum ad flumen Maragnon describit. — Germ. ib. n. 774.

Relationes solidae de Constitutione regionis Maynas in America Meridionali usque ad annum 1768. Cum Appendice seu Relatione de Linguis populorum ad flumen Orinoco ex Specimine Italico Historiae Americanae per Abbatem Philipp. Gily Missionarium ad hunc fluvium germanice reddita cum quibusdam correctionibus per Fr. X. Veigl. Norimbergae 1798. 8. et jam ante latine in Murr. Journal T. XVI. pag. 93—208; et T. XVII. pag. 17—184; et in Itineribus quorundam Missionariorum S. J. in America ex propriis eorundem relationibus editis a Murr. Norimbergae 1785. 8. germanice.

Epistola ad R. P. Norbertum Pachner S. J. ex Missione S. Jo. Francisci Regis. 25. Jul. 1757. Msc.

(Götting. Gel. Ans. Jen. Allg. Litt. Zeit. 1786.)

VERNEDA Franciscus Xaverius, Dalmata, Flumine 28. Nov. 1736. natus, et aet. 17. in Provinciam Austriacam receptus, absolutis studiis 4 vota professus, humaniores litteras Flumine sexennio docuit, et soluto Ordine Canonicus Segniensis

edidit latine:

Oratio funebris ad solemnes Exequias Leopoldi II. Rom. Imp. Hung. Regis a Regio Littoralis Hungarici Gubernio celebratas dicta et edita Flumine 1792. fol.

(Bibl. Saeches.)

VID Ladislaus, Hungarus, 28. Oct. 1619. natus in Comitatu Unguarinensi, et aet. 17. Viennae Societatem ingressus, absolutis studiis tertio probatus et 4 vota professus, Philosophiae et Theologiae Doctor eam quadriennio Tyrnaviae docuit. Mox Rector et Magister tyronum Trenchinii, Dogmaticae Professor Tyrnaviae, hujus et Cassoviensis Collegii Rector, Instructor Patrum tertiae probationis, Provinciae Praesidis Socius et Praeses ipse, in lustrutatione Provinciae Leutschoviae morbo correptus et deportatus Viennam, ibidem pie obiit 5. Sept. 1686. aet. 67.

Reliquit aliquot Opuscula ascetica de Religiosae vitae perfectione.

Servantur etiam XV ejus litterae Graecio tempore pestis 1683. ad R. P. Provincialem datae in Msc. in Bibl. Caes. Vindob. Recensionis Schwandtner. Tomo III. num. 2068.

(Paintner.)

VIENNENSE COLLEGIUM et UNIVERSITAS.

Collegium hoc Viennae Austriae et Caesarea metropoli ad Danubium situm, ab Augustissimis Imperatoribus Gentis Austriacae coeptum, auctum et firmatum, et quidem coeptum 1550. a Ferdinando I. petente a S. Ignatio aliquot Socios, ut late

Digitized by Google

grassantem in terris haereditariis haeresim reprimerent; auctum et Coenobio S. Annae donatum a Maximiliano II. et Rudolpho II. eoque Domo professa, ac postmodum Probationis translata, in alia Urbis parte novum idque splendidum cum Ecclesia magnifica a Ferdinando II. 1631. extructum et a Filio ejus Ferdinando III. absolutum et Universitati unitum,

edidit fere latine:

Assertiones trium linguarum. Viennae in Aedibus Collegii S. J. 1560. 4.

Assertiones logicae, physicae, mathematicae, metaphysicae et ethicae praeside Maur. Andrea. Ibid. eodem 4.

Assertiones theologicae e S. Bibliis, Controversiis, Casibus, causis actis, Jure canonico, Theologia scholastica, praeside Lamberto Auer. Ibd. eod. 4.

Omnes tres defensae a studiosa juventute in Collegio S. J.

Quaestio theologica de Scriptura, S. Traditione, Ecclesiae autoritate, tribus christianae religionis propugnaculis, et assertiones de hominis lapsu, instauratione, seu justificatione, et extremo judicio circa festum OO. SS. pro more disputandae an. 1651. in Eccl. Coll. Caes. S. J. Viennae. Praeside Christiano Riccio Halverio, S. J. Theologo.

Drama symbolicum Heroum Rudolpho recens coronato Rom. Regi in felici Viennam reditu a Collegio S. J. Vindob. dedicatum. Viennae 1575. 4.

Purpurae Romanae Melchiori Kleselio Episcopo Viennensi delatae Gratulatio. Viennae 1616. fol.

Quadriga famae Regiae, qua Ferdinandus III. Rex Hungariae S. Stephani corona insignitus a quaternione pythagorico Universitatis Viennensis quadrijugis pegasis per quatuor Austriaci orbis plagas in triumphum feliciter peractae Inaugurationis — festivis passibus plausibusque circumfertur. Viennae 1625. fol.

Thalassium Ferdinando III. Hungariae et Bohemiae Regi ac Mariae Austriacae Hispaniarum Infanti in eorum Nuptiis oblatum. Viennae 1631. fol.

Universitatis Viennensis Gratulatio Ferdinando III. et Mariae Hispaniae Infanti oblata cum Epithalamio Maximiliani, Bavariae Ducis et Mariae Annae Archiducis Austriae. Viennae 1635. 4.

Imperialis duodecim Austriacorum Caesarum Zodiacus, illustratus novo Sole, novo Caesare Ferdinando III., ei oblatus, cum in Ratisbonensibus Comitiis Romanorum Imperator electus, coronatus est. Viennae Greg. Gelbhaar 1637. fol.

Cunae Caesarum pro Deo et populo sive Theodosius Magnus Pius et Justus Imperator Ferdinando III. oblatus. Viennae 1644. fol.

Austriacorum Caesarum XII. ex Domo Austriaca Corona. Viennae 1654. fol.

Elogium in Obitu Ferdinandi III. Viennae 1657.

Cenotaphium piis manibus Ferdinando III. Rom. Imp. Caesareis Virtutibus et Symbolis a Collegio S. J. adornatum et a Melch. et Matth. Kuseliis aeneis tabulis expressum. Augustae Vind. 1657. 4.

Imperium Romano-Germanicum a Carolo Magno primo Romano-Germanico Caesare per quadraginta novem Imperatores et Germaniae Reges ad Leopoldum I. neo-electum, ejusque Imperii Auspiciis ab Universitate Viennensi Caesarum elogiis concinnatum et oblatum. Viennae Matth. Cosmerovii 1658. fol. c. fig.

Austriae Currus Architriumphalis. Viennae 1658. fol.

Pietas Victoria, sive Flavius Constantinus Magnus de Maxentio Victor, Leopoldo electo et coronato Romanorum Imperatori dedicatus. Viennae 1659. fol.

Rosa inter spinas, quam recenter ornavit Purpura Alexander VII. P. M., cum S. R. E. Cardinalem Julium Spinolam Archiepiscopum Laodicensem Purpuratis Patribus adlegit, a Collegio Vienn. oblata. Viennae 1660. fol.

Fides Conjugalis, sive Ansberta sui Conjugis Bertulphi edura captivitate liberatrix, data ludis nuptialibus Augustissimorum Caesarum Leopoldi et Margarithae. Viennae 1667. 4.

Ecclesia Viennensis geminis neofulta columnis Nobilitate et Honore Rev. et Cels. S. R. I. Principis Wilderici a Wallendorf, cum in Urbis et Ecclesiae Cathedralis Viennensis Episcopus consecrare-

Digitized by Google

tur, oblata a Collegio Viennensi. Viennae Matth. Cosmerovii 1669. fol.

Apparatus triumphalis emblematicus, quo munificentia D. Pauli Marchionis Spinola Doria B. Francisco Borgia III. S. J. Generali a Clemente X. Sanctorum honoribus donato Collegium S. J. Viennense suo in Templo applausit. Augustae Vindel. 1671. fol. cum 96 figuris per Lerch expressis.

Clementia Austriaca. 1673. 12.

Gratulatio Celsissimo Principi Emerico ex Ordine Capucinorum ad Infulas Viennenses. Viennae 1681. fol.

Triumphale belli adversus Turcas gesti Quinquennium variis emblematibus celebratum. Viennae 1689. fol. c. fig.

Corona Virtutum Josepho I. electo et coronato Germaniae Regi ab Universitate Viennensi oblata. Viennae Leop. Voigt. 1696. fol. c. fig.

Amores Josephini, sive S. Josephi Ditionum Austriacarum Patroni Vita iconibus et affectibus illustrata a Collegio S. J. Viennae 1692. 8.

Laurea philosophica ex 50 Orationibus panegyricis ad S. Stephani, D. Catharinae Facultatis philosophicae Tutelari dictis contexta et oblata ab eadem Facultate. Viennae 1692. 12.

Virtus coronata D. Ladislai Hungariae Regis 39 Orationibus panegyricis celebrata ad S. Stephani. Viennae 1693. 12.

Anathemata verae Historiae Templo Gloriae Leopoldi M. consecrata. Viennae 1696. fol.

Manes Josephini, seu Vita S. Josephi Sponsi B. V. Mariae, Patroni Austriae, dicata Josepho I. Imp. Viennae 1697. 8. c. fig.

Achilles germanicus seu Otho I. Imp. ad Augustam Vindel. pius et fortis Vandalorum Debellator, Leopoldo et Elenorae et Josepho et Wilhelminae Amaliae exhibitus a Collegio S. J. Viennae 1702. fol.

Gratulatio Cels. Principi Francisco Antonio e Comitibus de Harrach ad Infulas Viennenses. Viennae Matth. Cosmerovii 1702. fol.

Ad Carolum III. Hispaniarum Regem, cum ad capessendum Regnum Vienna discederet, Acclamatio ab Universitate Vienn. Viennae Leop. Voigt. 1703. fol.

Gratulatio Cels. Principi Francisco Ferdinando Rumel ad Infulas Viennenses. Viennae J. G. Schlegel 1706. fol.

Festiva Acclamatio Elisabethae Christinae Hisp. Reginae, cum ad ineundum cum Carolo III. connubium Vienna discederet, ab Universitate Vienn. Viennae Cosmerov. 1708. fol.

Syncharisticon Amoris Imperio inauguratae Mariae Annae Archiducis Austriae, Joanni V. Lusitaniae Regi nuptiali foedere illigatae, ab Universitate Vienn. Viennae id. 1708. fol.

Epithalamium Porphyrogenito Josepho Austriaco et Mariae Elisabethae Bourboniae. Viennae 1709. fol.

Divinae Providentiae Cura singularis in erigenda, conservanda, augendaque Aug. Domo Habspurgo-Austriaca, Carolo VI. Aug. Rom. Imp. in ter fortunatum Imperii Auspicium et felicitatem etiam in posteris perennaturam dicata ab Universitate Vienn. Viennae Ign. Dom. Voigt. 1712. fol. c. fig.

Oratio gratulatoria ob reditum Caroli VI. in Austriam ab Universitate Vienn. Viennae J. G. Schlegel 1712. fol.

Alia ab eodem. germanice. Viennae id. fol.

Adgratulatio Universitatis Vienn. facta Carolo VI. Imperatoria Dignitate ornato. Viennae 1712. fol.

Infula Viennensis, seu Celsissimorum DD. Viennensium Episcoporum Series. Viennae Voigt. 1712. fol.

Montecuculi Raymondi Commentarii bellici juncto Artis bellicae systemate, ex Augustae Bibliothecae Autographo a Sac. S. J. latinitate donati. Viennae 1718. fol. c. fig.

Gratulatio Cels. Principi Sigismundo e Comitibus a Kolonicz Episcopo Viennensi, cum Pallium Archiepiscopale accepit. Viennae Schwendiman 1723. fol.

Omina ad Mariam Elisabetham Archiducem Austriae, Belgii Gubernationem capessentem ab Universitate Vienn. Viennae Ther. Voigtin 1725. fol.

Observationes Astronomicae Viennae ab anno 1735. factae, et per plures annos insertae Memoriis Trevoltianis.

Gratulatio Serenissimae Mariae Theresiae Archiduci Austriae Reginae Hung. et

Digitized by Google

Boh. cum Regimen Provinciarum suscepit. Viennae 1740.

Gratulatio ab Universitate Vienn. oblata in Nuptiis Caroli Alexandri Ducis Lothar. et Mariae Annae AA. Viennae Jos. Maister. 1744.

Rudolphus I. in Romanorum Imperatorem electus, variis Eloquentiae exercitationibus exhibitus. Viennae 1753. 4.

Oratio gratulatoria Soc. Jesu in Inthronizatione Joannis Josephi Com. a Trautson in Archiepiscopum Viennensem. Viennae 1756. fol.

Applausus festivalis sive Vota devota genethliaca in honorem Em. Principis Leopoldi e Comitibus de Migazzi S. R. E. Card. et Archiepiscopi Vienn. Viennae 1763. fol.

Odae in Nuptiis Josephi II. Rom. Regis cum Josepha Bavara a Collegio S. J. Viennae Kaliwoda 1765. 4.

Soteria Augustalia, Mariae Theresiae Augustae, Piae, Felici, Matri studiorum, Patronae, elegantiorum litterarum Curatores publici gaudii monumentum posuere. Vindobonae 1767. 4.

Ad Historiam Universitatis Vindobonensis in specie spectantia:

Instrumenta publica, quibus per Ferdinandum II. Rom. Imp. Universitati Viennensi Caes. Collegium Viennenae unitum et incorporatnm fuit, confirmata a Ferdinando III. Viennae 1640.

Catalogus Rectorum et illustrium Virorum Archigymnasii Viennensis cum rebus notatu dignis ab anno 1237. ad annum 1645. aut. Georg Eder. — Idem ad annum 1670. studio P. de Sorboit. Viennae 1670. 4.

Viennensis Universitas in Divis Facultatum et Nationum Tutellaribus effigiata. Viennae 1693. 4. c. fig.

Catalogus Universitatis Viennensis Decanos aliosque excellentes viros complectens. Viennae 1712. 4.

Conspectus Historiae Universitatis Viennensis a primis ejus initiis usque ad annum 1700. deductae. Voll. II. Viennae 1722. 8.

Specimen Historiae Cancellariorum Univ. Vienn. simulque Praepositorum Ecclesiae Metropol. aut. Franc. Höller. Viennae 1729.

Scriptorum Universitatis Viennensis ordine chronologico Partes III. autoribus Em. Apfalterer, Jos. Carl, Car. Dolenz, Car. Rechbacher, Theoph. Thonhauser. Viennae 1740. — 1742. 8.

Chronologia Diplomatica Universitatis Viennensis ab anno 1237. ad 1384. Viennae 1753. 4.

Speculum Academicum Viennense Magistratus Universitatis a primo auspicio ad nostra tempora chronologice, historice et lemmatice exhibens. autore Lochero. Viennae 1773. 8.

Diplomata, Bullae, Privilegia, Constitutiones Univ. Vindob. ab anno 1365. ad an 1389. quo Facultas theologica accessit, ex libro II. commentariorum Lambecii excerpta. Viennae 1791. Editio III.

In Bibl. Caes. Vindob. Recens. Schwandtner Tomo II. n. 1035. servatur Anonymi S. J. Historia Collegii Viennensis S. J. ab anno 1552. ad 1770. Partes III. in folio.

Nomina DD. Theologiae Doctorum ab anno 1714. ad 1743. in Universitate Vindob. creatorum. Ibd. n. 1039.

Diarium Personarum, Lectionum et aliorum eventuum studii theologici, apud PP. S. J. in Univ. Vindob. ab anno 1742. ad 1773. Ibd. n. 1040.

Nomina creatorum Theologiae Doctorum ab anno 1744. ad 1773. Ibd. n. 1041.

Orationes permultae dictae per plurimos annos in Festis Patronorum 4 Facultatum Universitatis, Thomae Aquin., Ivonis, Cosmae et Damiani, et Catharinae plerumque a Theologis scholasticis S. J. confectae et sine nomine editae.

Similiter etiam Panegyres funebres initio cujusvis anni scholastici in annuis Exequiis pro defunctis Universitatis Doctoribus ad D. Stephani habitis.

Ad Sodalitatem majorem Marianam Collegii Viennensis singulariter spectantia:

Parthenium Sodalitatis. Viennae 1617. 4.

Manuale Congregationis sub titulo S. Mariae Purificatae. Viennae 1658. 12.

Digitized by Google

Witekindus Boscalium in Germania Rex a Carolo M. ad Christi Fidem conversus, Rev. et Cels. S. R. P. Principi Ferdinando Leopoldo, haereditario Norvegiae, Duci Schlesviciae, Holsatiae, Hormaniae, Cathedralis Ecclesiae Wratislaviensis Scholastico etc. Rectori suo Mariano, cum sub Auspiciis Leopoldi M. Philosophiam defenderet et torque aureo donaretur, a Sodalitate Mariana dicatus. Viennae Matth. Cosmerovii 1667. fol.

Quaterni e Regio Pannoniae Sanguine Sanctorum Fastis adscripti Principes, oblati Spectabili ac Magnifico D. Stephano Kohari Consodali suo, cum sub Auspiciis Leopoldi M. Philosophiam defenderet. Viennae 4.

Philosophia Mariana, novem Propositionibus ex SS. Litteris in Elogia D. Virginis ab Ecclesia translatis comprehensa, et Illustr. ac Rev. D. Ladislao Csaky de Keresztszegh Abbati ad S. Gothardum oblata a Sodalitate B. V. Mariae in Coelos assumtae. Viennae 1668. fol.

Corona Stellarum XII. Parthenii Philosophi, repraesentata Illustri D. Adamo L. B. a Zichi de Zich, Consodali suo dignissimo, cum Philosophiam universam sub Auspiciis Leopoldi M. defenderet et torque aureo donaretur. Viennae Jo. B. Hacque 1671. 8.

Nova Laurea a suo vertice coronato illustrata honoribus et titulis Rev. Excell. et Clarissimi D. Joannis Hieronymi Genova Phil. ac Theol. D. Abbatis S. Georgii de Csanad etc. cum in Universitate Viennensi suprema Theologiae laurea donaretur, a Sodalitate etc. Viennae Matth. Cosmerovii 1676. 8.

Aspirationes sacrae Sodalis Mariani. Viennae 1676. 8.

Annus Domus Austriacae Jubilaeus septem Planetarum numero in Austriacis Heroibus expressus et oblatus recens creatis Doctoribus Theologiae a Consodalibus. Viennae M. Cosmerov. 1678. 8.

Saeculum Marianum Sodalitatis B. V. Mariae in Coelos assumtae in Caes. et Acad. S. J. Collegio Viennae Austriae erectae et confirmatae, exhibens compendium operum per eam ab annis centum gestorum. Viennae Leop. Voigt 1678. 12.

Panegyricus in Jubilaeo Sodalitatis majoris B. V. Mariae in Coelos assumtae in Templo Acad. Univ. Vienn. Viennae 1678.

Flos Saeculi Mariani eadem occasione 1678.

Acroamata Illustr. ac Rev. D. Gualtero Xaverio S. R. I. Comiti a Dietrichstein, Canonico Olomuciensi et Passaviensi, Rectori suo dignissimo a fama concinnata et a Sodalitate majore oblata, cum prima Philosophiae laurea decoraretur. Viennae 1682.

Cultus Parthenius Congregationis B. V. Mariae. Viennae 1698. 8.

Saeculum Marianum Sodalium virtutibus coronatum. Viennae 1729. 8.

Sodalis Parthenius pius in Superos. Viennae 1730. 8.

Manuale precum Sodalitatis Marianae. Viennae 1739. 8.

Adolescens Mariano-Academicus in suis legibus pie institutus. Viennae 1745. 8.

Triduum sacrum in Sodalitate majore Academica celebratum. Viennae 1768. et 1770. 8.

Brevis notitia de Sodalitate B. V. Mariae in Coelos assumtae Viennae Austriae 1579. erecta et a Gregorio XIII. confirmata. In anno altero jubilaeo. Viennae 1779. 8. aut. Jos. Engstlero praeside.

(Sotvell. Gesta et Scripta Prov. Austr. Vogel.)

VIENNENSE COLLEGIUM PAZMANIANUM a S. R. E. Card. et Archiepiscopo Strigoniensi Petro Pazmano S. J. Professo, pro Clero juvene suae dioecesis in Scholis S. J. Theologia imbuendo et sub ejusdem disciplina ad vitam spiritualem instituendo fundatum:

edidit latine:

Applausus Serenissimo Ferdinando III. cum in Comitiis Hungaricis summa omnium Statuum voluntate Rex Hungariae eligeretur. Viennae Math. Formica 1626. 4.

Virtutes Rev. et Illustr. D. Joannis Pisny Archiepiscopi Coloczensis, quibus delatam Jaurinensem Infulam gratulatur. Viennae Matth. Cosmerov. 1650. 12.

Sors, quae cecidit super Rev. D. Matthaeum Tarnoci, Episcopum Csanadiensem, Praepositum Sepus. solennibus votis ce-

Digitized by Google

lebrata et in symbolum gratitudinis oblata ab Alumnis Coll. Pazman. Viennae. 1650. 12.

Pastor 12 nominibus filiorum Israel descriptus. Viennae id. 1662. 12.

Memoriale Pietatis ad fructuose Canonicam Psalmodiam peragendam. Viennae id. 1669. 8.

Vectigal saeculare Deo bonorum omnium Autori, secundum Deum hominibus de re bene meritis decretum, eucharistica dictione persolutum a Coll. Pazman. 1723. Adjuncto Catologo eorum, qui usque ad hunc annum ex hoc Collegio egressi, ad varias dignitates Eccl. Cardinalium, Episcoporum etc. evecti et qui pro Fide mortem gloriose obierunt. Viennae Voigt 1723. fol.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

VIENNENSIS CONVICTUS CAESAREUS, 1554. autore Canisio coeptus, et mox per omnem fere Europam celebris, inter cujus primos alumnos S. Stanislaus Kostka, Card. Kleselius, sumtus praestante Maria Augusta, Gregorio XIII. P. M. Maximiliano Imp. aliisque Proceribus, edidit latine:

Emblemata, quibus Congregatio S. Barbarae Purpuram gratulatur Cardinali Kleselio, olim Convictus hujus Pontificio Alumno. Viennae 1616. fol. — Servatur etiam in Msc. in Bibl. Caes. Reg. Vindob. Recens. Schwandtner. t. II. n. 1043.

Manuale Almae Congregationis S. Barbarea in Convictu Vienn. S. J. Viennae Matth. Formica 1630. 16.

Gloria D. Barbarae V. Caesareum Collegii S. J. Convictorum Collegium Viennae 1632. 12. autore Andrea Schaffer.

Aurora Solis praeambula, Convictorum Institutio Theologici splendoris prodroma. Viennae Cosmerovii Vidua 1688. 4. versu jambico.

VIENNENSE SEMINARIUM, 88. Ignatii et Pancratii, 1638. a P. Joanne Victoria Rectore Collegii S. J. ope ab Hispanis, Italis, Germanis collata coeptum, cujus latine:

Panegyricus Sermo, cum festum Sodalitatis suae tutelare et primum Saeculum celebraret, 1738. dictus a Religioso ac Doctissimo D. Jacobo Ernesto Can. Reg. S. Augustini Claustro-Neoburgensi Professo, ejusdem Seminarii Convictore, et dicatus Reverendissimo D. Placido Ord. S. Benedicti Abbati Altenburgensi Sodalitatis Rectori. Viennae Voigtin 1738. fol.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

VILAGHI Stephanus, Hungarus, ex Rhetorica Leutsoviensi in tyrocinium Trenchiniensi 1719. susceptus, Tyrnaviae Poesim et Rhetoricam Cassoviae Mathematicam, Budae Philosophiam, docuit, et cum ibidem in Seminario et Convictu arbiter conscientiae sacris initiatorum esset, 1740. e Societate discessit.

Edidit latine:

Colloquium Sphyngis cum Oedipo, seu Aenigmata versibus exposita ac soluta cum Appendice quorundam Oedipum desiderantium. Tyrnaviae typ. Acad. 1729. 12.

Tristium Hungariae (sacrorum et profanorum) Partes II. Carmen Elegiacum. Tyrnaviae 1729. 12.

Arsinoe Tragoedia. Tyrnaviae 1730. 12.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Paistner.)

VINTLER Joannes Bapt., Germanus, Veltumi in Tyroli 1707. illustri stirpe natus, Viennae 1724. in Societatem receptus, Viennae Philosophia, Theologia Graecii excultus, 4 vota professus et Theologiae Doctor Clagenfurti Philosophiam triennalem, Viennae, Tyrnaviae, Graecii Dogmaticam docuit, et diversis muniis functus Graecii pie obiit 4. Maji 1765.

Recudit:

Euchiridion Dominici Viva S. J. de Jubilaeo praesertim Anni sancti. Tyrnaviae. 1750. 8.

(Wittmann.)

VISZOTSANI Franciscus, Hungarus, in Viszotsan provinciae Nitriensis vico 4. Oct. 1619. natus et aet. 20. Societati adjunctus, absolutis Graecii severioribus studiis ob singulare dicendi donum statim S. Cathedrae admotus diversis Hungariae locis atque in duabus Ecclesiis Cathedralibus Tyrna-

Digitized by Google

viae et Cassoviae ipsis 22 annis ad populum hungaricum dixit. Praefuit dein diversis Domiciliis et Collegio Leutsoviensi. Otii osor acerrimus semper aut legit aut scripsit aut oravit, et gravissimis podagrae ac calculi doloribus, ad quos privatio visus accessit, diu patientissime toleratis, pissime obiit Tyrnaviae 7. Sept. 1696. aet. 77.

Edidit latine:

Hecatombe sacra, sive Centuria Concionum in quamvis Dominicam binas exhibens exegeses. Tyrnaviae 1690. 4.

Oratio de S. Francisco Borgia in numerum Sanctorum relato. Cassoviae.

Complures Funebres eleganti stilo elaboratae, inter quas:

Oratio funebris et applausus symbolicus in Exequiis Cels. Principis Sophiae Bathori. Cassoviae.

Apparatus funebris in Basilica Coll. Acad. Tyrnav. Die depositionis quatuor Comitum Eszterhazy a Turcis in conflictu caesorum 1631.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Propylaeum Bibl. Graec. Paintner.)

VITELI Carolus, Clagenfurti Philosophiam docuit, Collegium Fluminense et Tergestinum rexit, pieque obiit Graecii 7. Febr. 1687.

Edidit latine:

Poemation Deiparae sine labe originis conceptae. Clagenfurti 1670. Recusum Viennae in Analectis Kleinii 1755. 8.

Paradisus voluptatis Carinthiae Marianae, seu Descriptio gratiosarum Iconum B. V. Mariae per Carinthiam, prosa et carmine. Viennae Cosmerovii 1670. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

VIZL Franciscus Xaver., Claudiopoli 1755. in Societatem receptus, et 4 vota professus, Rhetoricam biennio et altero Ethicam Claudiopoli docuit, et soluto Ordine Parochus et Canonicus ibidem,

cujus hungarice:

Oratio Funebris de M. Theresia Aug. Cibinii 1781. fol.

(Bibl. Szechen.)

VOGEL Jacobus, Germanus, Graecii Styriae metropoli 19. Jan. 1700. natus, et aet. 18. in Societatem admissus, 4 vota professus et utriusque facultatis Doctor, Graecii Poesim, Rhetoricam, et Philosophiae partes omnes sexennio, Lincii Theologiam morum annis 3, Viennae 8. Scipturam tradidit, et ab anno 1751. usque ad sublationem Ordinis Gynaeceo Augustissimae Imperatricis regnantis in spiritu dirigendo Viennae praefectus est.

Edidit latine:

Spectacula Sapientum seu Virtutes profanorum Graeciae Sophorum. Graecii Widm. 1733. 8.

Spectacula Sapientum seu Virtutes sacrorum in Ecclesia Philosophorum. Graecii 1734. 8.

Cosmo- et Geographiae Liber unicus, Neophilosophorum praecipue usui accommodatus. Partes II. Graecii 1737. et 1738. 8.

Germanice:

Dissertatio de sceleribus et vitiis. Viennae 1764. 8.

Dissertatio de Virtutibus. Viennae 1765. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

VOGELMAYR Franciscus, Germanus, Itici in Tyroli 10. Febr. 1636. natus, et aet. 16. Provinciae Austriacae Clagenfurti adscriptus, absolutis studiis Rhetoricam Viennae et Graecii tum exteros tum domesticos docuit, ac 4 vota professus, Philosophiae et Theologiae Doctor, illam Graecii, Theologiam dogmaticam Viennae mira ingenii subtilitate et facilitate tradidit. Tum regimini admotus per ipsos 28 annos Collegium Lincense, Viennense, Graecense bis, Domum professam ac denique Provinciam totam bis gubernavit, disciplinae regularis in se et aliis strenuus exactor. Cum ultima vice Exercitia 8. Patris perageret, ab alio flagellari se jussit, tamdiu, dum copiosus undique sanguis defluerat, ac demum mortis nuntio parato animo accepto piissime obiit Viennae in Collegio 4. Jan. 1713. aet. 77.

Edidit latine:

Illustris Adolescentia in variis Heroibus expressa. Graecii Widm. 1672. 8.

Placita Politica Aristotelis ludis poeticis expressa. Graecii id. 1673. 8.

E germanico in latinum postulatu Emin. Card. a Kolonicz vertit:

Processus Judicii criminalis, seu Praxis

Digitized by Google

Criminalis Ser. Regi Apost. Hungariae Josepho I. dicata. Tyrnaviae typ. Acad. 1690. fol. Ed. 2. ib. 1697. fol. et in Corpore Juris Hung. Tyrn. 1777. T. 2.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Bibl. Sacchen.)

VOIGT Michael, Hungarus, Posonii 3. Sept. 1720. natus, aet. 17. Societati insertus, et absolutis cum laude studiis Professorum gradu donatus, Praeconem sacrum Posonii, Lincii, Graecii et Viennae in domo professa dominicis et per quadragesimam annis 18 egit, ac demum Sopronii Rector, soluto Ordine obiit.

Edidit germanice:

Sermo in honorem S. Ursulae ac Sociarum ejus, cum in ejus Societatem Posonii Illustr. Herula Maria Anna Comes ab Erdödy de Monyorockereck ingrederetur. Posonii Landerer 1755. 4.

Sermo in Festo S. Mariae ad Nives in templo Canonissarum S. Aug. de Nostra Domina, cum in neo-erecto Conventu M. Eligia Kneidlein prima Professionem solemnem emitteret. Posonii 1755. 4.

Sermo in Festo Assumtionis B. V. Mariae, cum Maria Ursula Joanna Kneidlein ad Canonissas Nostrae Dominae ingrederetur. Posonii id. 1756. fol.

Panegyricus S. Kiliano Francorum Apostolo dictus. Viennae Kurzbeck 1759. 4.

Panegyris de S. Joanne Nepom. Viennae. 1760. 4.

Testimonium triplex de praesentia reali Corporis et Sanguinis in Eucharistia etiam ante realem sumtionem, cum Processio theophorica e Templo S. Salvatoris S. J. educeretur. Concio polemica. Posonii 1761. 4.

Concio polemica de SS. Eucharistiae Sacramento. Posonii 1762. 4.

Jubilaeum spirituale, cum Maria Innocentia Szejedy, Ursulinarum Superiorissa Professionem renovaret. Posonii 1762. 4.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Bibl. Sacchen. Paintner.)

VOLS Ernestus, Germanus, Raggerspurgi in Styria 1. Nov. 1651. natus, aet. 16. Societatem adiit, et 4 vota professus ac utriusque facultatis Doctor, Rhetoricam Viennae, Mathesim Graecii et Lincii annis 12 et etiam domesticos aliquot annis docuit. Theologiam dein moralem Graecii et Lincii, S. Scripturam Viennae exposuit. Collegium Lincense rexit triennio. Viennae autem Museum Mathematicum partim ex Maecenatum liberalitate instruxit et septennio curavit. Denique vir piissimus et in volvendis S. Scripturae Interpretibus assiduus, praedictam mortem piissime etiam obiit Viennae 22. Julii 1720. aet. 69.

Edidit latine:

Parvus Atlas Regni Hungariae. 1689. 8. sine nomine.

Theses Canonicae cum Dialogo Academico de Sanctorum Imaginum Cultu.

Dialogus de Decimis, Primitiis et Oblationibus. l. 3. Decretalium Tit. 30. Lincii Jo. Rödelmayr 1708. 4.

Dialogus Academicus de Constitutionibus. Lincii id. 1709. 4.

Institutionum Mathematicarum Libri tres. Viennae Schlegel 1714. 4. dicati Eugenio Sabaudiae Duci.

Architecturae militaris tyrocinium. — Recusum Claudiopoli 1738. 4.

(Hist. Schier. Mem. Trev. 1717. Gesta et Scripta Prov. Austr.)

VORSTER Antonius, Germanus, Viennae Austriae 17. Sept. 1706. natus, et aet. 15. in Societatem cooptatus, 4 vota professus et utriusque facultatis Doctor, Viennae Poesim et Rhetoricam, Leobii domesticos biennio docuit. Viennae dein Hebraeam, Graecii Philosophiam triennalem et Historiam, Viennae Controversias fidei docuit. Cremsii dein Regens Seminarii et Collegii Rector, demum sublato Ordine obiit.

Edidit latine:

De Amicitia Libri II. Carmen didacticum. Viennae Kaliwoda 1738. 8.

De eadem Liber III. ib. 1739.

De motionibus magneticis ex operibus Tertii de Landis S. J. excerptum. Graecii 1745. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

VORSTER Guilielmus, Germanus, Viennae Austriae 18. Oct. 1674. natus, et aet. 15. tyrocinium adorsus, 4 vota professus et Philosophiae Doctor, Tyrnaviae Mathesim docuit; sed mox S. Cathedrae admotus in primis Provinciae Cathedris, Viennae in Collegio et Domo professa, Cla-

Digitized by Google

genfurti, Graecii, Lincii, Posonii 20 aliquot annis magno et fervore et plausu, etsi magna semper libertate ad populum dixit. Eadem efficacia etiam in consuetudine familiari, in S. Tribunali, ad lectulum mortualem maximos peccatores, et inter hos praedonem antesignanum ad mortem damnatum, apud quem plures alii operam perdidere, ad seriam poenitentiam perduxit. Congregationem Dominorum et Civicam Viennae non minori fervore et fructu administravit. Ex vulnere allisione currus in pede accepto, multa summa patientia perpessus piissime obiit Viennae in Domo professa 21. Junii 1742. aet. 68.

Edidit latine:

Vindiciae illibati Conceptus Mariani. Tyrnaviae 1701. 4.

Exercitium Geometricum seu brevissima eaque facillima methodus, omnem omnino planitiem unico circulo ligneo aut metallico accurate dimetiendi. Viennae. 1707. 4. c. fig.

Panegyricus S. Domitiano. Viennae Heyinger 1707. 4.

Item S. Francisco Salesio. Viennae Schönwetter 1708. 4.

Item S. Floriano. Lincii Freyschmidin 4.

Sermo Eucharisticus de recuperatis Montibus in Hammonia. Clagenfurti Kleinmayr 1709. 4.

Sermo ad Primitias Nob. ac Rev. D. Francisci Xav. de Hilleprandt Ridae in Bavaria. Lincii Lindenmayr 1710. 4.

Panegyricus S. Catharinae Bononiensi. Viennae Sim. Schmid 1714. 4.

Item Ven. Bertholdo primo Abbati Garstensi, Ord. S. Benedicti in Austria Superiore. Lincii Leidenmayr 1710. 4.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

VORSTER Sigismundus, Transylvanus, Cibinii 15. Sept. 1715. natus et aet. 16. Societatem ingressus, 4 vota professus et Philosophiae Doctor, Graecii Poesim Viennae Rhetoricam docuit, et variis muniis functus, Procurator in Collegio Theresiano ad S. Annae, sublato Ordine obiit 1794. Viennae 19. Febr. aet. 79.

Edidit latine:

Synopsis historico-genealogica Regiae Domus Lotharingicae. Pars. I. Graecii 1747. 8. — Pars II. Viennae 1748. 8. est P. Josephi Zanchi.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

WADING Petrus, Hibernus, Waterfordiensis natus 1580. aet. 21. Tornaci Societatem adiit, et 4 vota professus, vir in omni scientia praestans, Poesim et Rhetoricam quadriennio, Philosophiam sexennio, Theologiam partim Lovanii partim Pragae annis 16 docuit et in utraque Facultate Doctor, Cancellarius Pragae annis 13 studiis praefuit ac Academiae Ferdinandeae jura adversus Carolinae diuturnas oppugnationes constanter defendit. Primus quoque in Universitate Graecensi in Styria sacros Canones praelegit, virque pius aeque ac doctus, per orationem cum Deo semper conjunctus, sacraque lumina et affectus in ea haustos in alios diffundens, austerus in se, submissus in alios erga Superiores obediens diuturna pedum exulceratione diu maxima cum patientia tolerata, pie obiit Graecii 13. Sept. 1644. aet. 64. Elogium ejus in Propylaeo Bibl. Univ. Graec.

Edidit sub alieno nomine:

Carmina varia et alia ad humaniores litteras spectantia.

Tractatus aliquot contra haereticos.

Sub suo nomine:

Tractatus de Incarnatione. Antverpiae. 1634. 4.

Brevis Refutatio calumniarum, quas Collegio Societatis Jesu Pragensi impegit Scriptor famosi libelli, cui titulus: flagellum Jesuiticum praesertim in negotio Academiae Pragensis. Nissae. 1634. 4.

Oratio Pragae dicta in Ferdinandi III. in Comitiis Ratisbonensibus in Caesarem electi Inauguratione.

Digitized by Google

Tractatus de Contractibus, in genere et in specie. Graecii 1644. 4.

In Msc. in Bibl. Caes. Vindob. servatur: Examen et purgatio P. Wadingi.

WAGNER Carolus, Hungarus, Zworoviae in Comitatu Sarosiensi 11. April. 1732. natus, et aet. 15. Societati adscriptus, 4 vota professus Szakolczae primum Repetentes humaniores litteras, dein Tyrnaviae, Theologiae Doctor creatus, Eloquentiam et Historiam sacram docuit, et abolito Ordine Bibliothecae Universitatis Regiae Budensis Custos est factus, quod totum tempus ut et anteactam vitam colligendis antiquitatibus hungaricis et Historiae patriae scribendo impendit, una Sphragisticam et Heraldicam docere publice jussus, dum anno 1784. valetudinis causa, verius adversariorum technis dimissus, Cibinii vir mansuetissimus omniumque tricarum osor, virtutibusque omnibus viri vere religiosi ornatus pie obiit 7. Jan. 1790. aet. 58. Bibliothecam suam amplissimam et Manuscriptorum Diplomatum collectionem affini suo Stephano Pauly legavit.

Edidit latine:

Oratio de S. Virginis intemerato Conceptu. Tyrnaviae 1759. 4.

Panegyris D. Ignatio dicta. Ibd. 1760. 12.

Propemticon Francisco e Comitibus Barkotzi, Archiep. Strigon. Ibd. 1763. fol.

Propemticon Josepho II. Aug. in castra discedenti.

Epistolae Petri de Werda Episcopi Coloczensis cum nonnullis Wladislai II. litteris. Posonii 1770. 4.

Analecta Scepusii sacri et profani. Collegit et notiis illustravit. Partes IV. Posonii 1774. — 1778. 4.

Collectanea genealogico-historica illustrium Hungariae familiarum, quae jam interciderunt, ex Manuscriptis potissimum eruta et scutis gentilitiis aucta. Decades IV. Tyrnaviae et Budae typ. Acad. 1718. — 1802. fol. c. fig.

Diplomatarium Comitatus Sarosiensis, quod ex tabulariis et codicibus manuscriptis eruit. Posonii et Cassoviae 1780. 4.

Germanice:

Relationes genealogico-historicae illustrium quorundam Hungariae familiarum extinctarum. (In hungar. Magazin P. III.)

Designatio personarum ecclesiasticarum et saecularium, quae ex Hungaria regionibusque annexis Concilio Constantiensi interfuere. (Ibid. P. IV.)

Brevis deductio progeniei Aba et quarundam hinc ortarum familiarum. (Ibid.)

De vetustioribus et hodiernis Comitibus Hungariae. (Ibid.)

His longe majora Opera Historiam Hungariae illustrantia prelo parata reliquit cum Collectione Manuscriptorum XL. facile tomorum.

(Denis B. K. P. II. p. 394. Gött. Gel. Anz. 1782. Cat. Bud. 1799. Ossolinski. Szerbesy. Pustner.)

WAGNER Franciscus, Germanus, Wangae in Suevia 14. Aug. 1675. natus, et aet. 15. in Provinciam Austriacam Cremsii susceptus, cum Rhetoricam Cremsii, Posonii, Tyrnaviae docuisset, mox 4 vota professus, Leopoldi Caesaris gesta scribere aggressus, simul Praefectum scholarum, Praesidem Congregationis civicae et Operarium Viennae in Domo professa egit. Ob singularem vero in humanioribus litteris praestantiam easdem Repetentes triennio docuit et Latium in Provinciam revexit, sacramque et profanam Eloquentiam ad Veterum normam solidamque gravitatem promovit. Reliquum vitae tempus perficiendis gestis Leopoldi M. et contexendae Josephi filii Historiae impendit, quam utramque tribus tomis, ac praeterea 26 Opuscula varii argumenti typis commisit, ab eruditione et styli elegantia ab ipsis sectarum patronis probata. Penes hos labores Seminarium Viennense complures annos magno domus hujus emolumento rexit, simul ad aegros diu noctuque excurrit, pluresque saepe ex eadem domo intra breve tempus ad beatam aeternitatem transmisit. Praeter hunc zelum eruditioni magnae parem virtutum reliquarum ornatum adjunxit, pieque obiit Viennae 8. Febr. 1738. aet. 73.

Opera ejus prope latina omnia ordine fere chronologico haec sunt:

Crito seu Dissertatio philologica de comparanda vera Eruditione, Tyrnaviae typ. Acad. 1701. 12. Recusus saepius Viennae, Cassoviae, Augustae Vind. etc.

Digitized by Google

Propemticon suprema ac festiva acclamatione ad Carolum Archiducem hujus nominis III. Hispan. Regem, Vienna discedentem. Viennae Leopold. Voigt 1703. fol.

Vita S. Athanasii Episcopi Alexandrini ex Anselmi erudita crisi elegantissime contexta. Viennae Voigtin 1707. 8. (Tribuitur etiam Jacobo Wenner.)

Mensis chronologicus, seu Universa Chronologia in Compendio. Partes III. Graecii Widm. 1715. et 1716. 12. Zagrabiae 1725. Graecii 1728.

Aphorismi de Litteris humanioribus. Repetentibus dictati ignoto Autore Utini impressi, sed alienis accessionibus vitiati.

Universae Phraseologiae latinae Corpus congestum. Augustae Vindel. 1718. dicatum Magistratui liberae et Imperialis Civitatis Wangensis, natalis sui soli. Recusum saepius ibidem, Viennae, Ratisbonae etc. Auctum ab alio Sacerdote S. J. Phraseologia Salust. Caesar. Liv. Cornel. etc. Aug. Vind. 1801. 8. et cum Indice Viennae Geistinger 1824. 8. — Adjecta Phraseologia germanico-latina a P. Goldhagen S. J. cum indice verborum in foro sacro, civili, et militari obtinentium. Moguntiae 1751. 8. adjecta lingua hungarico-slavonica. Tyrnaviae 1775. 8.

Historia Leopoldi Magni Rom. Imp. Pars I. Augustae Vind. Schlutter et Hampach 1719. fol. Pars. II. ibid. 1732. fol.

Historia Josephi I. Imperatoris cum Appendice usque ad Pacem Badensem. Viennae Kaliwoda 1745. fol.

Vita Eleonorae Magdalenae Augustissimae Imperatricis Leopoldi I. Viduae. Viennae Wolfg. Schwendiman 1720. 8. s. n. italice per P. Ceva. — germanice per Bern. Lanz S. J. Viennae 1752. 8.

Vita Serenissimae Elisabethae Archiducis Austriae, ejus filiae, pientissimae Gubernatricis Belgii. Viennae Kurzbeck 1746. 8.

Alvarus explicatus pro 1. et 2. Classe cum Radicibus Linguae latinae et Autoribus praelegendis. Viennae Kaliwoda 8.

Idem pro 3. et 4. Classe. Viennae id. 8.

Prosodia Alvari et Autores pro Schola Humanitatis. Viennae id. 8.

Cypriani Soarii Rhetorica methodice tractata cum Autoribus pro Schola Rhetoricae. Viennae 8.

Syntaxis ornata seu latinitatis ars brevicula, ejus puritatem, elegantiam et copiam complectens, cum Flore P. Pomay. Viennae, Ratisbonae, Tyrnaviae 8. — aucta a Franc. Preckenfeld, Claudiopoli 1736. 8.

Introductio in Historiam Biblicam Veteris Testamenti. Pars I. Viennae Schwendiman 1729. 8. lat. et germ.

Introductio in Historiam Assyriorum, Persarum, Graecorum et Mythologiam. Pars. II. Ibid.

Introductio in Historiam Romanam Bellicam. Pars III. Ibd.

Introductio in Historiam Romanam veterem Civilem. Pars IV. Ibid. germ. et lat.

Introductio in Historiam Romanam Caesarum usque ad Carolum M. Pars. V. Ibid.

Introductio in Historiam Caesarum a Carolo M. usque ad Carolum VI. Ibid. Pars VI. — omnes sex latine etiam Tyrnaviae 1731.

Introductio in Geographiam.

Geographia antiqua et nova cum 37 tabulis geographicis. Viennae Kurzbeck 1737. 8. germ.

Instructio privata seu Typus Cursus annui pro sex humaniorum Classium Magistris. Tyrnaviae typ. Acad. 8.

Reliquit magnum apparatum pro Historia Caroli VI. ut et Ferdinandi II.

Vertit ex gallico:

P. Dominici Bouhours 8. J. Methodus recte cogitandi in Scriptis eruditis et ingeniosis. Aug. Vind. 1716. Francofurti 1717. Viennae Kaliwoda 1750. 8.

Francisci Nepveu S. J. Solitudo sancta. Viennae Schwendiman 1722. 8.

Ex italico latine reddidit:

Aphorismi militares Raymundi Marchionis de Montecuculi. Graecii 1715.

Germanice scripsit:

Devotio Principum Austriacorum erga Ven. Altaris Sacramentum et templorum Viennensium descriptio. Viennae 1720. 8.

Sunt et ejus alii plures libelli pii et polemici in Bibliotheca Catechetica Viennensi.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

WAGNER Ignatius, Hungarus, Comaromii 9. Aug. 1700. natus, et aet. 15. So-

Digitized by Google

cietati adscriptus, 4 vota professus, et Philosophiae Doctor, Rhetoricam et Philosophiam quinquennio Tyrnaviae docuit. Curionum dein Sacrorum in Exercitu Caesareo Praeses annis 3 Viennae in hybernis pie decessit 30. Jan. 1739. aet. 39.

Edidit latine:

Posthuma memoria, seu Res pace et bello gestae Excell. D. Comitis Stephani Kohary. Tyrnaviae typ. Acad. 1732. 12.

Miracula D. Francisci Xaverii Oberburgi patrata ab anno 1716. ad annum 1736. in latinum a se translata. Tyrnaviae id 1736. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

WAGNER Josephus, Germanus, Viennae Austriae 1. Octobris 1740. natus, et an. 1756. in Societatem cooptatus absolutis eximia cum laude studiis tertio probatus, soluto Ordine Doctor Theologiae in Universitate Vindobonensi, et in Templo Academico Operarius, dein per plures annos Ecclesiae metropolitanae Concionator, pie obiit Viennae 6. Jan. 1809. aet. 69.

Edidit germanice praeter Conciones plures:

Panegyres de S. Joanne Nepom. 1773. de S. Kiliano 1781. et de S. Bonifacio 1782. Viennae dictae et impressae.

Sermones tres in die anniversario universalis insurrectionis ad S. Stephani habiti annis 1799. 1801. et 1803. (singulare prudentiae ejus monumentum.)

Considerationes et Exercitia devotionis de Passione Divini Servatoris nostri in singulos Quadragesimae dies. Viennae 1802. 8.

Item pro Festis et Octavis Resurrectionis et Ascensionis Domini. ib. 1803. 8.

Item pro Festis et Octavis Pentecostes et Theophoriae.

Obligatio abstinentiae a carnibus die Veneris, Sabbathi, aliisque ab Ecclesia determinatis diebus. Dialogus. Viennae 1797. 8.

Reliquit plures Tomos Concionum typo ut paratos, ita dignissimos.

WAGNER Leopoldus, Germanus, Viennae Austriae metropoli 14. Nov. 1642. natus et aet. 16. ad Societatem admissus, 4 vota professus et utriusque facultatis Doctor, Rhetoricam Sacerdos Viennae et decennio Repetentes domesticos Leobii et Passaviae docuit. Tum Philosophiae ac Theologiae diversas partes Passavii, Clagenfurti, Lincii et Viennae tradidit. Annuas Provinciae scripsit annis 6, ac denique vir insigniter pius et strenuus Operarius religiosissime decessit Viennae in Collegio 8. Oct. 1704. aet. 62.

Edidit latine:

Problemata pro Toga et Sago in Curia Sapientiae decisa. Viennae Christ. Cosmerovii 1675. 8.

Declamationes aliquae. Viennae 1675. 8.

De sanctiori Institutione Sacri Tribunalis. Lincii.

WAILAND Franciscus Xaver., Hungarus, 12. Junii 1719. natus, et aet. 17. Budae in Societatem receptus, 4 vota professus, et pluribus annis per Hungariam concionatus, sublato Ordine Parochus Albae regiae pie obiit 1801. aet. 82. Cum Cassoviae Magister Rhetoricam docuisset, edidit latine:

Exercitationes tres Ludis theatralibus propositae. Cassoviae typ. Acad. 1744. 8.

WAISMAYR Josephus, Germanus, Viennae Austriae 20. Febr. 1689. natus, et aet. 15. Societati addictus, 4 vota professus, et Philosophiae Doctor, Viennae dialecticam anno 1 docuit; 28 annis autem Orator disertissimus Concionatorem fervidum Cremsii, Lincii, Viennae, Passavii, Posonii, ac Neostadii in Cathedrali pluribus annis egit. Neosolii dein Rector, sedulus ubique Operarius, pie demum obiit Viennae in Domo Annaea 27. Aug. 1751. aet. 62.

Edidit germanice:

Panegyricus funebris Perill. et Rev. D. Raymundo Jungwirth Abbati Ord. Cisterc. Neostadii dictus, et impressus ibidem Müller 1729. fol.

Sermo in Festo S. Georgii Püttenae in Austria dictus, cum a Rev. ac Perill. D. Praeposito Reicherspengensi pro nova Ecclesia primus lapis poneretur. Neostadii 1732. 8.

Digitized by Google

Veritates aeternae de ultimo fine hominis. Neostadii 1737 8.

Panegyricus Emerico S. R. I. Principi Archiepiscopo Strigoniensi e familia Eszterhàziana ad secundas ejus Primitias. Posonii Roger 1738. fol.

Panegyricus funebris in Exequiis Augustissimi Caroli VI. Imp. pie defuncti, coram Camera Regia. Posonii id. 1740. fol.

Panegyricus S. Elisabethae Hassiae et Thuringiae Duci. Posonii id. 1743. fol.

Reliquit dictiones sacras in 7 Tomos digestas, quibus pro typo parandis immortuus est.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

WALCHER Josephus, Germanus, Lincii Austriae supra Onasum metropoli 6. Jan. 1719. natus, et aet. 18. absoluta Philosophia Societati adnumeratus, genium suum ad Mathesim vergentem mox ostendit, cum tempus omne, quod ei a studiis superfuit, etsi Theologiam cum plausu defendit, scientiae illi impendisset. Nondum Sacerdos diversa minoris notae itinera per terras haereditarias suscepit, ut notitias sibi praesertim circa constructionem viarum et machinarum hydraulicarum compararet. Absoluta Theologia Linguam hebraeam Graecii biennio, et 4 vota professus ac Philosophiae Doctor creatus, hanc primo Viennae et Lincii, tum Mathesim in Collegio Theresiano primum, dein 17 annis in Universitate Viennensi ad annum usque 1773. docuit, quo toto tempore singulis Dominicis in suburbiorum unum ad. S. Margaritham mox a meridie excurrit, et Doctrinam Christianam in illa Ecclesia exposuit, usque dum iisdem diebus Collegia mechanica artificibus dare coepisset. Formavit intra hoc tempus Statui plures habiles praefectos militum, negotiatores et artifices, et hos inter celebrem Davidem Ruschman. Sublato Ordine Regimen Status profunda ejus in omnibus mathematicis scientiis cognitione ad gravissima negotia exequenda usus est. Ab anno 1773. ad 1783. ipsi directio navigationis Danubianae credita est. Anno 1784. Assessor in suprema universali directione aedificiorum, et apud Commissionem Aulicam de eodem subjecto fuit. Labores ejus hydraulici, quos summa sagacitate coepit, 20 annis non minori exactitudine continuavit, citiusque fere, ac ipse praedixit, ac minimo impendio persolvit praesertim quos ad fluvium Athesim et in montibus glacialibus Tyrolensibus suscepit; agger quoque prope Posonium et Clausura Brachii prope Caroloburgum in Hungaria, vortices et scopuli in Danubio quoque ablati in Austria, labores ad Leitham, Danubii ductus inter suburbia Viennensia et retardatio ejus in Nussdorf, ut et pretiosa ejus Scripta seu edita seu in Manuscripto relicta monumenta perennia immortalis ejus nominis sunt. Anno 1797. restaurato Collegio Theresiano, octogenarius Cathedram Mechanicae et Hydraulicae recepit, ordinavit denuo et auxit Musaeum Mechanicum, ibidemque anno 1798. Sacerdos jubilatus solemnem Missam coronatus a fratribus et discipulis dixit, canente Denisio, characteremque ejus, candorem scilicet et simplicitatem morum singularem paucis verbis mire depingente. Anno 1802. adhuc Director scientiarum mathematicarum et physicarum in Universitate ab Augusto creatus est, munerique huic in aetate hac rara activitate praefuit, dum demum 29. Nov. 1803. aet. 86. naturae concedere cogeretur, Consiliarius Caesareus et Praepositus Bellifontis de Valle Guttae in Hungaria, meritis non pro Statu et scientiis tantum plenus, sed et pro Ecclesia et Coelo per exactam impletionem omnium obligationum sacerdotalium, per assiduum et indefessum studium muneribus suis satisfaciendi, per aequalem semper hilaritatem in omnibus circumstantiis, per candorem illum et ingenuitatem, per innocentiam et simplicitatem morum, qua omnium animos cepit.

Opera ejus edita germanica omnia praeter duo priora sunt:

Logica universa in synopsi explicata. Lincii Auinger 1753. 4.

Materia Tentaminis publici ex Geometria. Viennae Trattner 1754. 4.

Synopsis mechanicorum Collegiorum Viennae publice habitorum in usum Auditorum. Viennae Kurzbeck 1759. 1767. 1776. 8.

Panegyris de S. Bonifacio. Viennae. 1772. 4.

Digitized by Google

Relationes de Montibus glacialibus in Tyroli. Viennae Kurzbeck 1773. 8.

Relationes de laboribus annis 1778. 1779. 1780. et 1781. in scopulis (Strudel) Danubii pro securitate navigationis susceptis ut et de statu alterius loci periculosi Wirbel dicti, dicata Leopoldo II. Augusto per Caes. Reg. Directionem Navigationis in Danubio. Viennae Kurzbeck 1781. fol. c. fig.

Relatio de laboribus in Strudel Danubii continuatis pro securitate navigationis usque ad annum 1791, cum supplemento de physica constitutione Vorticis (Wirbel) in Danubio; dicata Leopoldo II. Augusto. Viennae 1791. fol. c. fig.

In Msc. inter alia in specie reliquit Relationem de laboribus ad Leitham susceptis, typo paratam.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Dicnam Augustanum.)

WALDSCHACHER Georgius, Germanus, Brixiae in Tyroli 24. Apr. 1646. natus, et aet. 17. Clagenfurti in provinciam Austriacam receptus, 4 vota professus, Philosophiae et Theologiae Doctor, Poesim et Rhetoricam Viennae triennio, Philosophiam Tyrnaviae, Viennae, Lincii, Graecii annis 7 Theologiam polemicam, moralem ac Jus Pontificium Viennae annis 9 exposuit. Rexit Convictum Viennensem, Collegium Lincense, et Regens Seminarii Ferdinandaei, vir per orationem semper cum Deo conjunctus, et pater pauperum, laetus obiit Graecii 10. Julii 1707. aet. 61.

Edidit latine:

Acumina Parnassi Viennensis. Viennae Christ. Cosmerovii 1678. 8.

Jason christiano-politicus. Viennae. 1678. 12.

Compendium laboris. Viennae 1679. 8.

Declamationes Oratorio-Poeticae. Viennae id. 1679. 12.

Assertiones ex universa Philosophia, cum appendicibus curiosis. Lincii Joan. Rödlmayr 1685. 4.

Consequentiae Parthenicae in forma pulcherrima: Maria deducta ex SS. Patribus aliisque Mariophilis Autoribus. Graecii. 1687. 12.

Soliloquia.

(Propylaeum Bibl. Univ. Graec. Gesta et Scripta Prov. Austr.)

WALDTNER Franciscus, Germanus, 4. Oct. 1666. natus. aet. 15. Provinciam Austriacam ingressus, 4 vota professus et Philosophiae Doctor, Sacerdos Viennae Poesim, Rhetoricam et Philosophiam 6 annis docuit. Dein Praefectum scholarum Viennae egit; unde Bavariae Duci natu maximo Carolo, dein Rom. Imperatori hujus nominis VII. Praeceptor datus, eum ad pietatem et litteras egregie instituit, tantumque ejus gratia valuit, ut eum a se dimittere amplius noluerit; quare eundem Confessarii munere Belgradum ad Castra comitatus est, ubi morbo correptus, eodem die, quo arma Caesarea gloriosam de Turcis victoriam retulere, pie obiit 16. Aug. 1717. aet. 51.

Edidit latine:

Epistolae poeticae ad Augustissimas Majestates, totamque Domum Austriacam. Viennae Cosmerovii Vid. 1698. 8.

Lux et Umbra, seu felices et infelices Principes. Viennae 1699. 8.

Suada Regia disceptans Amorem inter et Timorem Josephi I. Caes. Viennae 1699. 8.

Leopoldi M. et Josephi I. Caesarum invictissimorum Victoriae praecipuae adversus Christianitatis, tum id temporis adversus Imperii hostes relatae stylo epico concinnatae. Viennae 1698. et 1704. Dilingae 1709.

Analecta historica. Viennae Leopold Voigt 1704. 12.

WALTER Paulus, Hungarus, Comaromii 14. Aug. 1715. natus, et aet. 15. in Societatem receptus, 4 vota professus, Philosophiae et Theologiae Doctor, illam Cassoviae quadriennio, Controversias vero, Canones, Scripturam S. ac demum Dogmaticam ibidem sexennio docuit; ac Rector Budae, Quinque-Ecclesiis, Jaurini, Agriae, soluto Ordine obiit ultimo hoc loco indefessus semper ad mortem usque Operarius, anno 1798. aet. 83.

Edidit latine:

Panegyris D. Francisco Xav. dicta. Tyrnaviae 1743. 12.

Assertor libertatis Hungariae, Dalmatiae, Croatiae, Andreas II. Rex dictus Hierosolymitanus. Cassoviae typ. Acad. 1752.

(Gesta et Scripta Prov. Austr. Paintner.)

Digitized by Google

WANGNERECK (Wagnereck) Simon, Germanus Monachii in Bavaria 1605. natus, aet. 15. Societatem adiit, et Coadjutor spiritualis, graecis latinisque litteris insigniter excultus, Eloquentiam novennio docuit. Numismatum etiam antiquorum peritia excellens, priscorum Romanorum Nummos inter Cimelia Serenissimi Bavariae Electoris reconditos commentario illustravit, et Viennam Austriae ad eandem operam in Gaza Caesarea praestandam evocatus, peritiae suae praestantiam multis argumentis probavit, saepeque ad eruditum colloquium a Ferdinando III. Caesare est accersitus. Demum viribus fractis pie obiit Viennae 16. Mart. 1657. aet. 52.

Edidit:

Pietas Mariana Graecorum ex 12 Tomis Menaeorum et 7 reliquis Graecae Ecclesiae Volminibus depromta. Pars I. Monachii Luc. Straub 1647. 12.

Syntagma historicum, seu Veterum Graeciae Monumentorum de tribus SS. Anargyrorum Cosmae et Damiani paribus, Partes II. potissimum ex Msc. graecis a Leone Allatio Roma transmissis. Latine interpretatus est Simon Wangnereck S. J. Reinoldus Dehnigins S. J. absolvit, notis illustravit, et praefatione apologetica munivit. Graece et latine. Viennae 1660. 4. c. fig.

In Bibliotheca Caes. Vindobon. in Msc. servatur: Idea universalis totius Operis alphabetici de nummis veterum mandato Ferdinandi III. Caesaris suscepta.

(Sotvell. Bibl. Windbag. Ufenbach. Prag. Cat. Straubi et Acad. Vien. Vogel.)

WARGEL Jonas, Germanus, Laureaci Austriae Sup. urbe antiquissima 15. Junii 1619. natus, et aet. 17. Societati adscriptus, 4 vota professus et Philosophiae Doctor, eandem Graecii quadriennio, Theologiam moralem Passavii quinquennio docuit; Concionator dein Soproni, Passavii, Lincii, Labaci, Graecii et Viennae annis 24; ac demum vir semper laboriosus, instituti tenax, orationis studiosus, magna animi tranquillitate et laetitia, quod nunquam ullum Moderatorum praeceptum etsi difficile detrectaverit, pissime obiit Lincii 2. Sept. 1692. aet. 73. Religionis 56.

Edidit latine:

Astrologia honoris Insignibus gentilitiis Illustr. D. Hieronymi Com. a Lanthieri expressa. Graecii Widm. 1658. 8.

Doctrinae selectae SS. Patrum et Ecclesiae Doctorum in Evangelia ad meditandum et praedicandum pro singulis per annum diebus distributa. Salisburgi Mayr 1683. 12.

Reliquit Concionum et adversariorum Volumina XVII. suis indicibus accurate distincta.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

WATTRANG Ignatius, Hungarus Neosolii 31. Julii 1739. natus, Lincii in Collegio Nordico educatus et aet. 19. in Societatem adnumeratus, 4 vota professus et Philosophiae Doctor, Praefectus primo in Collegio Theresiano, tum sublato Ordine Praefectus humaniorum scholarum in Gymnasio Academico, ac demum Assessor in Consilio studiorum, egregius Humanista, pie obiit 19. Nov. 1800. aet. 61.

Edidit praeter plura Scripta anonymica prosa et versu germanice et latine; in specie germanice:

Ode in Principem Wenceslaum de Liechtenstein. Viennae 1771.

Sermo de Rudolpho I. Habspurgico. Viennae Trattner 1775. 8.

Panegyris de Principe Vallachiae Jo. Alex. Ypsilanti, ex graeco Manassis Eliadis. Lipsiae 1781. 4.

Hymnus ad Josephum Austriae Archiducem ex graeco in latinos hexametros versus. Viennae 1795. 4.

WEBER Joannes, Germanus, Lincii in Austria 29. Dec. 1750. natus et aet. 15. Viennae in Domum Annaeam receptus, audita Viennae Philosophia, Ordine abolito factus Sacerdos, Lincii per omnem vitam humaniores classes docuit obiitque ibidem.

Est ejus germanice:

Sermo in monte Calvario prope Lincium in Festo Inventionis S. Crucis ad Primitias Phil. Plokholm habitus. Lincii. 1812. 8.

WEBER Joannes Bapt., Germanus, Nicolsburgi in Moravia 2. Febr. 1736. na-

Digitized by Google

tus, et absolutis apud Patres piarum scholarum insigni cum laude humanioribus studiis, in Provinciam Austriacam Viennae 1749. susceptus, 4 vota professus, et Theologiae Doctor, Praefectus in Collegio Theresiano anno uno, Lincii biennio Professor Logicae et Metaphysicae, ac ultimis 5 annis in Universitate Viennensi Theologiae moralis Professor, Examinator juratus et jam pro Dogmatica tradenda monitus, vir solidae eruditionis ac eximius simul Orator, soluto Ordine Concionatorem primum in Paroecia Reginae Angelorum, ante Templo Domus professae, et quidem praeter Dominicas in Quadragesima quinquies per hebdomadam, dein in Aula Caesarea coram Josepho II. ac demum in Templo Academico annis pluribus est concionatus, ob singulare componendi dicendique donum a conferto eoque nobiliore auditore semper avide summoque cum fructu auditus. Fuit etiam Catechista et Confessarius Regiae Sobolis Ferdinandi Archiducis Austriae, et quidem M. Ludovicae Beatricis, etiam cum Francisco II. Augusto nupsisset, conscientiae arbiter permansit. At quod muneri concionandi sibi unice dilecto in senium usque et debilitata jam adeo memoria institisset, ut concioni dimidiae horae ei mandandae dimidiam hebdomadam impenderet, mente denique captus, in nosocomio universali, ubi mori voluit, sumtus honestioris sustentationis ut et funeris solemnis Augusta poenitente ferente, obiit 5. Jan. 1815. aet. 79.

Edidit germanice Conciones plures seorsim Viennae dictas, inter quas:

De injusta vilipensione Status Ecclesiastici 1793. De necessitate divini auxilii pro felici successu laborum nostrorum. 1793. De emolumentis adversae fortunae. 1796. De tristibus sequelis Irreligionis. Pro benedictione armorum Caesar. impetranda.

Panegyres de S. Joanne Nepom. 1775. et 1778. De S. Udalrico. 1775. De S. Kiliano 1776. De S. Aegidio. 1778. De SS. Patronis Tyrol. 1774. In Festo Canonizationis S. Angelae Merici apud Ursulinas. 1808.

Conciones breves in omnes Dominicas totius anni habitae in Ecclesia Universitatis. Cursus tres. Viennae 1805. et 1806. 8.

Conciones in Festa totius anni. Cursus unicus. Viennae 1806.

Conciones de Passione Domini habitae ibidem. Viennae 1807. 8.

Epitome chronologica Historiae Ecclesiasticae ex gallico translata, correcta et continuata usque ad 1780. Tom. IV. Viennae Kurzbeck. 1787. 8.

WEBER Mathias, Germanus, 5. Junii 1673. natus aet. 20. Societatem ingressus, et 4 vota professus: apud Illustr. D. ab Heister supremum Armorum Caesareorum in Hungaria Praefectum Curionum Castrensium Praefectum annis 4 egit. Reliquo tempore Posonii et Clagenfurti ad populum dixit, vir animarum siti ardens, e manifesto vitae periculo non semel singulari Numinis protectione ereptus, qui 15 haereticos ad mortem damnatos, apud quos alii operam luserant, in supremo articulo e tenebris ad lucem veritatis restituit, plures per Hungariam Societatis domos a depraedatione hostili conservavit, Templa plura haereticis eripuit, et Romano ritu reinitiari fecit, pieque obiit Clagenfurti 16. Julii 1716. aet. 43.

Edidit germanice:

Sermo eucharisticus de pace. Clagenfurti 1714.

Panegyricus S. Jvoni. ib. 1714. Item S. Augustino. Gurcii 1714.

WEGLEITER Christophorus, Labaci altiorum Scholarum Professor publicus et Gymnasii Decanus

edidit germanice:

Fama Gloriae in autorem Gloriae Ducatus Carnioliae. Labaci 1688. 4. in fronte Chronici Valvassoris.

WEIKARDT Ignatius, Germanus, Viennae Austriae 13. Aprilis 1710. natus, in Societatem receptus, absoluta Graecii Philosophia et Viennae Theologia, Doctor creatus ibidem, Dialecticam docuit. Dein in Aulam vocatus Principum in latinis litteris institutioni admotus est. In annum jam duodecimum huic operi intentus apoplexia ictus Leobium missus ibique longa tabe confectus obiit 23. Nov. 1766. aet. an 56.

Edidit Graecii Rhetoricam docens, latine: Austria periculis superior. Graecii 1742. 12.

Digitized by Google

WEILHAMER Antonius, Germanus, in Thamswegg, Archiepiscopatus Salisburgensis oppido 30. Maji 1700. natus, Graecii Rhetor 1718. in provinciam Austriacam receptus, excultus Viennae severioribus disciplinis et in utraque facultate Doctor Viennae Ethicam praelegit, et cum anno uno ad Rhenum Curionem castrensem egisset, et diversas Theologiae partes Graecii, Lincii, Jaurini docuisset, Millestadii octo annis Superior et dein Graecii Procurator Austriae interioris fuit, Lincii demum pie obiit 26. Oct. 1763. aet. 63. eo ipso tempore, quo religiosa familia pro more sacras Omnium Sanctorum Litanias persolvebat, quorum invocationem singulari pietate, semper cordi habuit.

Cujus latine:

Geometria extemporanea, sive Praxis expedita et facilis omnes geometricas mensurationes perficiendi. Viennae 1738. 12. c. fig.

WEINGARTNER Joannes, cujus latine:

Antipoliticus Ferdinandi II. spiritus psalmis XX. expressus.

WEINHOFER Hieronymus, Germanus, Viennae Austriae 14. Apr. 1734. natus, et aet. 18. in Societatem receptus, absolutis studiis 4 vota professus, Viennae in Domo professa ab anno 1765. usque ad abolitionem Ordinis inferiores latinitatis classes docuit, et ab hoc tempore in eadem Ecclesia in Paroeciam transformata Operarium ad obitum usque egit. In Historia Austriae multum versatus

edidit germanice:

Elenchus Episcopatuum et Paroeciarum in Archidicatu Austriae. Viennae 1791. 12.

Sunt etiam ejus quaedam ad hanc Historiam spectantia in Hofstetteri Magazin. Artium et Litteraturae.

WEISS Christophorus, Germanus, illustri stirpe in Carinthia 13. Febr. 1616. natus, et aet. 16. Societatem ingressus, 4 vota professus et utriusque facultatis Doctor, Poesim et Rhetoricam Graecii et Viennae annis 8 docuit, et insignis Comicus ac Tragoedus Viennae Nabuchodonosorem, Graecii Jobum, Saulem, Ammonem, Absalonem, Apollinem, Genofevam, Epulonem et Conradum Imp. communi plausu exhibuit. Philosophiam dein Clagenfurti et Goritiae, Theologiam dogmaticam, Tyrnaviae et Graecii pluribus annis tradidit. Ac demum vir singulariter pius et in schola patientiae morborum doloribus diu exercitus religiose obiit Viennae 22. Junii 1682. aet. 66.

Reliquit in Msc. opus magnô ingenio et conatu elaboratum:

Biblia Virginea, seu Biblia Sacra pro Mysterio Immaculatae Conceptionis Deiparae Virginis expensa, deductis e singulis libris Canonicis locis, quibus ea aut figuris adumbrata, aut a Prophetis praedicta, aut directe revelata. Tomi III.

Notata et dubitata in Cypriani Soarii Eloquentiam, quae, cum Professor Eloquentiae Viennae 1630. esset, congessit.

Servantur haec Msc. in Bibliotheca Caes. Vindob.

WEISS Franciscus, Hungarus, Tyrnaviensis, 16. Martii 1717. natus, et aet. 16. Societati adscriptus, 4 vota professus et Philosophiae Doctor, Cassoviae Poesim et Rhetoricam, tum easdem Szakolczae domesticos biennio docuit. Dein et Mathesim, in qua se privata industria sine duce excoluit, Tyrnaviae biennio publice, et ab anno 1755. domesticos docuit, Praefectus simul Musaei Mathematici et Observatorii Astronomici, ab anno vero 1762. Praefectus Speculae solum, soluto Ordine in hoc munere obiit 1780. — Elogii instar extat Memoria Francisci Weiss celeberrimi Astronomi, Oratio habita a G. A. Szerdaheli 14. Cal. Martii 1780. Budae 8.

Edidit latine:

Posthumi honores Exc. ac Ill. D. Comitis Alexandri Karoly, somno poetico expressi. Cassoviae 1744.

Historia Com. Gabr. Antonii Erdödi de Monyorockerek Episcopi Agriensis compendio concinnata. Cassoviae 1745. 8.

Observationes astronomicae annnorum 1759. — 1764. ad longitudinem et latitudinem Tyrnaviensem institutae. Tyrnaviae typ. Acad. 1764. 4. c. fig.

Observationes annorum 1768. 1769. et 1770. ubi et observatio de variatione magnetis. Tyrnaviae 1772. 4.

Digitized by Google

Observationes astronomicae ab anno 1756. usque ad annum 1771. In Collectaneis ad diversas scientias Eruditorum Austriacorum. Viennae 1775. 8. germanice.

WELS Adamus, Germanus, Muraeponti in Styria 8. Dec. 1698. natus, et aet. 15. in Societatem admissus, ac 4 vota professus, Concionatorem et Operarium indefessum pauperum praesertim et aegrorum per totam vitam egit, ac pie obiit Neostadii 10. Sept. 1758. aet. 60.

Edidit germanice:

Panegyris funebris Illustr. D. Comiti a Spork Lyssae in ejus Exequiis dicta. 1738.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

WENDEL Josephus, Germanus, Ambergae in Palatinatu Superiore 31. Jan. 1744. natus, et Jaurini in Hungaria in Societatem susceptus 1760. sublato Ordine Presbyter saecularis factus, et Canonicus primum Ecclesiae Cathedralis Litomericensis in Bohemia, dein Parochus Ebersdorfii in Austria in hoc munere obiit 24. Jun. 1797. aet 53.

Edidit germanice:

S. Basilii Ecclesiae Doctoris et Archiepiscopi Caesareae in Cappadocia Sermones et Scripta omnia ex graeco translata, et Mariae Theresiae Augustae dicata. Tomi VI. Viennae Jos. Kurzbeck 1776.— 1778. 8.

Sermo de modernis Institutionibus Caesareis, habitus Leitmerizii. Impressus Viennae et Pragae. 1781. 8.

Sermo de Charitate fraterna. Pragae 1781. 8.

Veritates praecipuae e Doctrina Jesu Christi in Concionibus pro dominicis et festis totius anni. Tomi VIII. Augustae 1789.— 1793. 8.

Via divinarum ordinationum ad beatificationem et consumationem hominum per Jesum. Tomi IV. Viennae 1793. 4.

WENINGER Franciscus Xaverius, in castello Wildhaus in Styria 31. Octobris 1805. natus absolutis Studiis Theologiae in Universitate Viennensi Doctor creatus, aet. 28 Graecii Societatem ingressus est. Ibi Professione 4 votorum emissa per plures annos et Philosophiam Tarnopoli in Galicia, et Theologiam Oeniponti docuit simulque Concionatorem ac Operarium egit magno cum zelo necminori fructu animarum. Anno 1848. jam ingruente per temporum injurias dispersione Provinciae Austriacae in Americam missus, in Provincia Missouriana totus est in dandis Missionibus pro Germanis in illis vastis regionibus.

Ante ingressum in Societatem edidit germanice suppresso nomine:

Bibliotheca concionatoria, qua complectebantur novis curis editae Conciones RR. DD. Gretsch, Haberkorn et Wansiedel. Tomi XIX. Graecii Ferstl 1831. 1833. 8.

In Societate edidit germanice:

Sanctum foedus amoris: libellus precatorius pro Cultoribus SS. Cordium Jesu et Mariae. Graecii Ferstl 1838. 8. undecies recusum. Ult. editio Graecii id. 1847. 8.

Libellus devotionis ad S. Franciscum Xaverium. Graecii id. 1840. 8.

Estote Sancti: Devotio decemdialis ad excitandum zelum perfectionis. Graecii id. 1840. 8.

Omnia ad majorem Dei Gloriam. Devotio ad omnes Sanctos Societatis Jesu. Graecii id. 1840. 8.

Patris Mathaei Vogel Vita et mors Sanctorum; novis curis editum. Tom. III. Graecii Kienreich 1840. 1845. et 1847. 8.

Plenitudo apostolicae potestatis Romani Pontificis in dirimendis fidei Controversiis. Oeniponte Fel. 1841. 8. Aug. Vind. Car. Kollmann 1842. 8

Devotio novemdialis ad festum S. Pirminii Patroni civitatis Oenipontanae. Oeniponti Fel. Rauch 1841. 12.

Virgo christiana juxta exemplum S. Angelae. Graecii Ferstl 1841.

Martyrologium Romanum in linguam germanicam versum. Graecii id. 1843. 8.

Vita S. Francisci de Hieronymo S. J. sub nomine R. D. Michaelis Sintzel edita. Regiomonti 1843. 8.

Libellus devotionis in honorem S. Ignatii Fundatoris Soc. Jesu. Oeniponte Fel. Rauch 1843. 8.

Tres horae supremae Jesu in Cruce. Oeniponte id. 1843. et 1844. 12.

Via ad perfectionem juxta prototypon S. Stanislai Kostka S. J. Oeniponte id. 1844. 8.

Hymni Sacri pro Organo. Oeniponte Krahvogel 1844.

Digitized by Google

Summa Doctrinae christianae in usum Docentium. Oeniponte Fel. Rauch 1844. 8. latine.

Sanctimonialis perfecta juxta Institutum regulae S. Augustini. Oeniponte id. 1845. et 1846.

Liber meditationum pro omnibus diebus et festis totius anni ex gallico translatnm. Tom. IV. Oeniponte id. 1845. — 1849.

Pro memoria peractae Missionis. Oeniponte 1847. 12.

Exercitia spiritualia S. Ignatii de Loyola, meditationibus illustrata, in usnm PP. ac FF. Societatis Jesu. Cincinnate 1849. 8. latine.

WENNER Jacobus, Hungarus, Jaurini 21. Febr. 1639. natus, et aet. 15. Societatem ingressus, 4 vota professus et utrinsque facultatis laurea insignis, Philosophiam Tyrnaviae annis 3, Theologiam moralem et dogmaticam Graecii et Viennae 11 annis tradidit. Dein magna moderatione Collegium Tyrnaviense, Graecense bis, Viennense et Provinciam totam rexit, a qua Romam Procurator missus et ibidem summis Societatis muniis par habitus est; vir magnus simul consilio et sapientia, et ab exteris snmmis in Reipbl. negotiis secnndo semper eventu consultus, mortificationis autem tantae, ut vel in itinere inedia, vigilia, verberibus se maceraret, et flagra ferrea aculeisque armata, detrita prorsus multoque sanguine conspersa a morte ejus reperirentnr. Denique summos inter artuum et nervorum dolores piissime obiit Graecii 17. Maji 1725. aet. 66.

Edidit latine:

Resolutiones Partheniae, seu Quaestiones 50 de B. V. Maria brevi methodo discussae. Graecii Widm. 1701. 12.

Vita Magni Theologi S. Athanasii Episcopi Alexandrini. Viennae Voigtin 1707. 8.

Sapientia Purpurata, seu Synopsis Vitae Cardinalium Graecensis Academiae olim Alumnorum. Graecii Widm. 1713. 8. c. fig.

Absolvit a P. Francisco Cseny in hungaricam linguam vertere coeptas:

Meditationes Ven. P. Ludovici de Ponte. 1717. 8.

WERDNIGG Michael, Germanus, Styrus Vindograecensis, Graecii Rhetor 1748. in Societatem admissus, excepta Viennae Philosophia et Theologia Graecii, 4 vota professus et utriusque Facultatis Doctor, Graecii linguam Hebraeam et Philosophiae diversas partes diversis in locis docuit, et abolito Ordine Decanus humaniorum Graecii edidit germanice:

Animadversiones in Eybelii Dissertationem de Confessione auriculari. Graecii 1784.

WERNEKINGH Josephus, Germanus, Styrae in Austria 4. Mart. 1745. natus et aet. 17. in Societatem susceptus, dum tolleretur Ordo Theologus Graecii et jam Sacerdos, ibidem humaniores classes aliquot annis docuit, dein in Collegio Theresiano Viennae Subdirectorem egit, ac rursus Graecium rednx ibidem obiit.

Sunt ejus plures Odae germanicae:

In obitum M. Theresiae Augustae.

Ad successorem Throni Moscovitici.

Ad Imp. Josephi II. susceptionem in Austria interiore.

Ad apertam Bibliothecam Graecensem.

In adventum Pii VI. 1782.

Ad Josephum Graecii se detinentem.

In Josephi curam pro Lycaeo Graecensi.

In odam famosam lnnae paschalis.

In calumniatores Status monastici.

Ad Arco Druidarum Principem ad Muram (Episcopum Graecensem.)

Ad amicos spectaculorum.

Ad quendam excedentem Encomiasten: M. B.

WERNER Ignatius, Germanus, Viennae Austriae 15. Julii 1653. natus, et aet. 17. Societati insertns, ac 4 vota professus, Philosophiam Lincii annis 3, Theologiam Clagenfurti, Lincii, Passavii docuit septennio, concionatus est Viennae, Clagenfurti, Lincii annis 10; ac fervens cumprimis Operarius, qui vel in Coetibus Marianis eo fervore dixit, ut voce et viribus destitueretur, et mire in omnes obsequiosus pie obiit Clagenfurti 26. Febr. 1708. aet. 55.

Edidit:

Conversio Magni Augustini. Lincii 1691. Jo. Rödelmayr 8.

Digitized by Google

WERNER Ludovicus, Germanus, Graecii in Styria 25. Mart. 1719. natus, et aet. 16. in Societatem receptus, audita Viennae Philosophia et Theologia Tyrnaviae, 4 vota professus praelecta biennio Lincii ac Passavii Philosophia ab anno 1752. continuo Concionatorem Lincii anno uno, tum Viennae in Collegio, Domo Annaea et professa egit, et ab anno 1765. Praeses Congregationis Dominorum, ibidem pie obiit 1772.

Est ejus germanice:

Panegyricus S. Bonifacio primo Archiepiscopo Moguntino, Apostolo Germaniae et Martyri. Viennae 1755. 4.

Panegyricus S. Joanni Nep. Viennae. 1756. 4.

Laudatio funebris Francisci I. Rom. Imp. Viennae 1765. fol.

(Wittmann.)

WERNTLE Antonius, absoluta Zagrabiae Philosophia, Trenchinii 1729. tyrocinium ingressus, et 1743. quatuor vota professus Zagrabiae Philosophiam triennalem et Theologiae partes diversas annis 12 Zagrabiae item potissimum praelegit, ibidemque anno 1761. ad sublationem usque Ordinis Seminarii Regens fuit.

Scripsit latine:

Controversiae Ecclesiae Orientalis et Occidentalis, disputationi publicae propositae in Academia Regia Zagrabiensi. Zagrabiae. 1754. 4.

Epistola, qua S. P. Q. Latii sibi gratulatur, inclyta Heroum Regna Hungariae et Croatiae suo rursus ore loqui, eis vero congaudet, linguam latinam revertisse ab exilio et pro mortua declaratam rediisse in vitam. Zagrabiae. Trattner 1790. fol.

(Bibl. Szechen.)

WEYCKART Ignatius, Germanus, Viennae Austriae 13. Apr. 1716. natus, et aet. 15. in Societatem cooptatus, 4 vota professus et Philosophiae Doctor, Poesim et Rhetoricam Graecii, Viennae Dialecticam docuit, et Concionatorem simul ad D. Laurentii, et anno altero in Templo Collegii egit, unde in Aulam Caesaream accitus, Regii Principis haereditarii Josephi ac caeterorum Archiducum fratrum Instructorem 11 annis cum laude egit, ac pie obiit Millestadii 21. Nov. 1766. aet. 50.

Edidit latine:

Narratio historico-poetica utriusque Thaumaturgae Imaginis B. V. M. in Strassengel Carmine epico. Graecii Widm. 1741. 8.

Austria periculis superior in Friderico IV. Maximiliano I. Carolo V. Ferdinando I. Leopoldo M. Carolo VI. adumbrata. Graecii 1742. id. 8. prosa et versu.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

WEZINGER Leopoldus, Germanus, Styrae in Austria 5. Oct. 1688. natus, et aet. 16. Societati adscriptus, 4 vota professus et Philosophiae ac Theologiae Doctor, illam Graecii et Tyrnaviae, hanc Graecii et Viennae docuit; unde in Lusitaniam missus Ulyssipone Gynaeceo Serenissimae Reginae in decimum annum a S. Confessionibus omni cum approbatione fuit, et e diuturnis ad aegram vigiliis contracto morbo piissime obiit 2. Dec. 1741. aet. 53.

Edidit:

Compendium Horographiae. Partes II. Graecii. Widm. 1725. et 1726. 12. latine.

Panegyricus SS. Aloysio et Stanislao ad eorum Canonizationem solemniter celebratam dictus in Templo Societatis et impressus Graecii Widm. 1727. fol.

Iter Viennae Austriae Ulyssiponem in Lusitaniam susceptum 1730. Msc. fol. 240 in 8. Servatur in Bibl. C. R. Vindob. ex Recens. Schwandtner. T. II. n. 657.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

WIBMER Fridericus, Germanus, Viennae Austriae metropoli 6. Julii 1670. natus, et aet. 16. Societati adnumeratus, 4 vota professus et utriusque facultatis pallio insignis, Graecii et Viennae Poesim et Rhetoricam, Philosophiam ac Theologiam Graecii annis 10 docuit. Socius dein Provinciae Praesidis, Rector Collegii Viennensis, Lincensis, Passaviensis, et Domus professae Praepositus, Viennae demum in Collegio, heroicae in morbis patientiae exemplo dato, piissime obiit 1. Apr. 1736. aet. 66.

Edidit latine:

Echo Mariana, seu Epistolae Sodalium. Carmen. Graecii Widm. 1695. 8.

Digitized by Google

Europa ob bella tristis ab Apolline in spem pacis erecta. Graecii 1695 8. Carmen.
Virtutes Caesareo-Austriacae e probatis Autoribus collectae, vario carminum genere descriptae. Viennae Leop. Voigt 1703. 8. Ex hoc Epinicion Rudolphi I. recusum in Analectis Kleinii.
Exercitia Oratoria a Suada ludente in scenam data. Viennae Voigt 1704. 8.
Tractatus meteorologici. P. II. Graecii 1707. et 1708.
Ortus et Progressus magis praecipuorum Ecclesiae Catholicae rituum et ceremoniarum, e variis probatisque Autoribus collecti. Graecii Widm. 1714. 12.
Recudi curavit Petri Annati de sacris Ecclesiae Conciliis. Viennae 1717. cum Praefatione.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

WIDMANN Ferdinandus, Germanus, Passavii 30. Maji 1653. natus, Philosophiae Doctor Viennae in provinciam Austriacam aet. 18. receptus, et 4 vota professus, Oratoriam Viennae et Graecii, Philosophiam Lincii tradidit. Ad Cathedram S. dein translatus in praecipuis Provinciae locis annis 11 magna cum laude dixit. Hinc in Aulam Caesaream evocatus Ser. Archiducum in litteris magister et simul Conscientiae arbiter in annum 11 et quadriennio simul a Caesare delectus Aulae Concionator maxima omnium approbatione fuit; virque a pietate in Deum et suavitate morum omnibus commendatus religiose obiit 6. Oct. 1709. aet. 56.

Edidit germanice;
Stella matutina ad Solem, seu funebris Oratio in mortem Leopoldi M. Caesaris. Viennae haer. Cosmerov. 1705. fol.

(Vogel. Germ. Austr. Gesta et Scripta Prov. Austr.)

WIDMANN Simon, Germanus, e provincia Austriaca,

cujus latine:
Solatia Austriae. Vienniae 1673. 8.

WIMMER Paulus, Germanus, Viennae in Austria 10. Januarii 1707. natus, absoluta Viennae Philosophia 1736. in Societatem receptus, audita Graecii Theologia 4 vota professus, diversas Philosophiae et Theologiae partes Graecii, Lincii ac Passavii annis 11 docuit, ac demum pie obiit Cremsii 7. Jun. 1765. aet. 58., vir magnae demissionis sibique semper similis in adversis aeque ac prosperis.

Est ejus germanice:
Selectae e Libro Tobiae doctrinae morum et utilis Praeparatio ad beatam mortem cum Ecclesiae precibus et suspiriis pro moribundis. Viennae Kurzbeck 1765. 8.

(Wittmann.)

WIMMERL Gabriel, Germanus, Viennae Austriae 1. Sept. 1689. natus. et aet. 15. Societati aggregatus, 4 vota professus et Philosophiae Doctor, eandem Graecii 7 annis, tum Theologiam moralem et Jus Pontificium pluribus locis annis 15 docuit, ac demum pie obiit Clagenfurti 15. Jul. 1741. aet. 56.

Edidit:
De Ortu et progressu Sodalitatis majoris Lincensis. Lincii 1726. latine.
Panegyricus Cels. S. R. I. Principi Josepho Dominico e Comitibus de Lamberg Episcopo Passaviensi renuntiato Cardinali. Passavii Mongold 1738. fol.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

WINSAUER Franciscus, Germanus, Viennae Austriae 17. Febr. 1639. natus, et aet. 15. in Societatem admissus, 4 vota professus et Philosophiae Doctor, multis annis Cathedram Sacram obtinuit; sed et Ethicam, Philosophiam et disciplinas sacras Tyrnaviae et Graecii docuit. Insignibus vero naturae et Gratiae donis parem virtutem junxit, zelum cum primis ardentem animarum, ex quo etiam Missiones Indicas petiit, quibus non obtentis eundem heroicis etiam actibus non semel ostendit, dum Tyrnaviae Philosophiam docens, militi cui vivo caro putruit, ab omnibus relicto, etsi ipse ad primum aspectum natura exhorrescente animo deliquerit, resumtis viribus sacris praesidiis munitum ad piam mortem comparavit; dum Curio sacer castrensis ad Rhenum superiorem et inferiorem militis saluti inter summa pericula consuluit; dum denique Viennae grassante peste inter primos accurrit, sed et quinta die morbo a miserrimo pauperrimoque homine contracto victima charitatis

Digitized by Google

occubuit, vir promtissimae semper obedientiae et paupertatis rigidissimae, 20. Sept. 1679. aet. 40.

Edidit cum Philosophiam doceret, latine:

Heroica Spectabilis et Magnificae familiae Petheöanae L. Baronum deGerse facinora, in gentilitio ad veterem morem scuto expressa. Graecii Widm. 1671. 8.

Sacra Christi familia per Elogia. Graecii id. 1671. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

WINTER Thomas, Germanus, Viennae Austriae metropoli 7. Jan. 1654. natus, et aet. 16. Societati aggregatus, 4 vota professus, 26 continuis annis, et inter hos 19 Viennae in Templo Domus professae diebus dominicis et in Quadragesima quinquies per hebdomadam ad populum non minori fructu ac plausu dixit, virque rarae innocentiae et pietatis ibidem religiosissime decessit 30. Junii 1733. aet. 79.

Edidit latine:

Advocatus peccatorum seu Jesus patiens. Conciones quadragesimales. Viennae Kürner 1714. 4.

Judas Machabaeus orationi magis quam armis confisus Dei suaeque gentis hostium fortissimus debellator. Schema sacrum lat. et germ. Viennae. id. 1716. 4.

Symbolum S. Joannis Evangelistae Aquila. Schema sacrum lat. et germ. Viennae id. 1716. 4.

Palinodia libertinorum, id est, protervae credendi, quod libet, et vivendi, ut lubet, libertas, in Academia Solymaea in Concionibus quadragesimalibus redarguta. Viennae id. 1720. 4.

Assertio bipartita Virtutis Catholicae seu Gladius anceps adversus haereticam pravitatem. Viennae. id. 1721. 8.

Annus saecularis consecrationis SS. Ignatii et Francisci Xav. Viennae 1722. fol.

Germanice:

Phoenix seu Pietatis exercitia. Viennae Kürner 1694. 4.

Panegyres SS. Martyribus Cassiano, Vigilio, Sisinio, Florino, Romedio, Simoni, Maxentiae, Patronis Comitatus Tyrolensis dictae in eorum Festivitate. Viennae id. 1705. 4.

Panegyricus funebris Leopoldo Magno Caesari. Viennae id. 1705. 4.

Admonitiones et Consolationes in adversis. Viennae 8.

Diversi actus Contritionis. Viennae 8.

Edidit etiam P. Hieronymi Torres S. J. Confessionem Augustinianam sub nomine Panopliae manualis adversus omnes apertos occultosque Ecclesiae hostes, et Congregationi Marianae Dominorum cujus Praeses erat, in Domo Professa in xenium distribuit. Tomis IV. Viennae Kürner 1717. — 1720. 12.

Item P. Jac. Cobbelii S. J. Via vitae mortisque. Viennae 1732. 8.

(Propylaeum Bibl. Un. Graec. Gesta et Scripta Prov. Austr. Wittmann.)

WINTERL Ignatius, Germanus, Styrae in Austria 30. Julii 1734. natus, et aet. 15. in Societatem receptus, 4 vota professus et egregius Orator, Lincii ab anno 1768. in Ecclesia Collegii primum, tum in Parochiali ac demum soluto Ordine in Cathedrali annis pluribus dixit, et sedulus semper Operarius, e S. Tribunali post paucorum dierum infirmitatem ad aeterna praemia evolavit Lincii 7. Aug. 1811. aet. 78.

Extant ejus aliquot Sermones occasione data habiti germanice, in specie in Festo S. Josephi de bono boni et malo mali Principis.

WINTERL Josephus, Germanus, praecedentis Frater, Styrae Austriae 2. Febr. 1728. natus, et aet. 16. Societati adscriptus, 4 vota prefessus, Hebraeam primum et Graecam Tyrnaviae et Cassoviae quinquennio docuit, dein Orator aeque praestans Posonii et Sopronii ad populum dixit. Missionarius interim biennio in bonis Camerae Austriae Superioris, soluto Ordine obiit Viennae 30. Aug. 1790. aet. 62.

Vertit ex italico in germanicum:

Josephi Bordoni S. J. Conciones dominicales. Volumina XIV. Augustae Vindel. Jos. Wolf 1777. 8.

Francisci Masotti Conciones cum applicatione ad Dominicas et Festa; item ejus Meditationes pro Clero saeculari; et affectu plena Expositio Orationis dominicae. Tomi IX. Augustae 1778. 8.

Digitized by Google

Joannis Bapt. Campadelli Conciones in omnes Dominicas anni. Partes VI. Augustae 1779. 8.

(Mosel Gel. Teutschl.)

WISENFELD Leopoldus, Germanus, Labaci in Carniolia 15. Nov. 1731. natus et aet. 18. in Societatem receptus, absolutis Viennae severioribus studiis 4 vota professus Graecii primum Rhetoricam, tum Goritiae Mathesim et rursus Graecii Philosophiam tradidit et abolito Ordine obiit.

Est ejus germanice:

Oda in Adventum Ser. Archiducis Leopoldi cum Ludovica Hispana. Graecii 1765.

WISER Antonius, Germanus in Carinthia 8. Sept. 1712. natus, et Clagenfurti absoluta Philosophia an. 1731. in Societatem receptus, 4 vota professus, 4 jam annis in Hispania sedit, in Indiam navigaturus; at impedimento oborto in provinciam Austriacam redux, variis in muniis et locis et hic animorum salutem strenue promovit, Missionarium in Austria et Styria egit, ac demum soluto Ordine obiit Viennae 13. Sept. 1789. aet. 77.

Extat ejus germanice:

Panegyricus S. Francisco Xaver. Patakini dictus. Cassoviae typ. Acad. 1758. 4.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

WISMANN Franciscus Xaver., Germanus Kirchstettii in Austria 1633. natus, et aet. 18. Societati adscriptus, 4 vota professus et Philosophiae Doctor; at ob insigne dicendi donum mox S. Cathedrae adhibitus, cum duobus annis in Templo Academico Viennae dixisset ad Cathedralem S. Stephani translatus, in eoque valetudine licet debili, 10 annis, quod intercessioni B. V. Mariae tribuit, maximo tum orthodoxorum tum etiam sectariorum, quorum plures convertit, concursu et plausu S. Praeconem egit, vir pius, demissus et charitatis in omnes singularis, pieque obiit Viennae 25. Sept. 1679. aet. 46.

Extat ejus germanice:

Panegyricus S. Josephi honoribus dicatus, dictus ad S. Stephani, dum Divus hic a Leopoldo Augusto Patronus omnium Regnorum et Provinciarum Austriacarum deligeretur. Viennae Hacque 1676. 4.

Cephalica pro Acephalis, i. e. probata capitis medicina seu demonstratio brevis in tres conciones tributa de apposito Capite visibilis Ecclesiae Christi in terris. Viennae. 1671. 4.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

WISMILLER Georgius, Germanus, Askerstorfii in Austria 8. Maji 1652. natus, et aet. 16. Societati aggregatus, 4 vota professus et Philosophiae Doctor, Viennae Poesim et altiores scientias tradidit. Mox vero ob singulares regendi dotes Rector Passavii, Neostadii, Posonii, Cremsii, Clagenfurti, Praepositus Domus professae Regens Convictus Graecensis et Seminarii Clagenfurti, dignus etiam, qui toti Provinciae praesset, quod tamen munus efficaciter deprecatus est, pie obiit Clagenfurti 7. Aug. 1725. aet. 73.

Edidit latine:

Axiomata e Philosophia coelesti Divi Tutelaris Genii petita, versu elegiaco. Viennae Christ. Cosmerovii 1683. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

WITTMANN Andreas, Hungarus, Quinque-Ecclesiis 24. Dec. 1720. natus et aet. 16. Societatem ingressus, Tyrnaviae Ethicam, Jaurini Philosophiam triennio praelegit, reliquo tempore diversis per Hungariam locis concionatus hungarice, abolito Ordine obiit.

Est ejus latine:

Defensio solennis intemerati Deiparae Conceptus. Tyrnaviae. 1747. 4.

Panegyris D. Ignatio dicta. Ibd. 1798. 12.

(Paintner.)

WITTMANN Franciscus Xaverius, Germanus, Wilhelmsburgi in Austria 1739. natus et Cremsii Rhetor 1740. in Societatem susceptus, cum absolutis studiis Posonii anno uno Poesim docuisset, ab anno 1765. non solum ad abolitionem usque Ordinis sed et ipsius Theresiani Nobilium Collegii Viennae ibidem continuo Praefectum egit, et specialem curam habuit Illustr. D. Comitis a Saurau, qui per omnes dignitatum gradus ad illum Supremi Cancellarii Aulici Bohemico-Au-

Digitized by Google

striaci ascendit. Ab illo tempore Comes et Contubernalis celeberrimi Denisii fuit, cum quo familiaritatem hanc in Theresiano contraxit. Mortuo Denisio in grati animi significationem praedictus Comes a Saurau in suam domum eum recepit, quamdiu Viennae fuit, et victum ipsum ei liberalissime praebuit. At cum Vienna ad alia status munia avocaretur, Wittmannus Wilhelmsburgum se contulit, ibique aliquot post annis pie obiit. Collegit ultra 800 libellos ita dictos graduales, supellectilem sane pretiosam, quam post ejus mortem Episcopus San-Hyppolitanus a sorore haerede coemit, et Bibliothecae Episcopali inseruit.

In Historia praeterea Provinciae Austriacae S. J. perquam versatus in Msc. reliquit Catalogum peramplum Scriptorum hujus Provinciae, cujus in hac collectione non minimus usus fuit.

WIZELSPERGER Carolus, Germanus, Althartbergae in Austria 21. Martii 1676. natus, et aet. 17. Societatem ingressus, 4 vota professus, 24 continuis annis Concionatorem non communem Labaci, Clagenfurti, Jaurini, Cremsii, Lincii, Viennae egit, centenisque plures heterodoxos ad Ecclesiam reduxit, ac pie obiit Lincii 30. Jan. 1734. aet 68.

Extat ejus germanice:

Funebris Perill. ac Rev. D. Joanni Bapt. Collegii Can. Reg. ad S. Florianum in Austria Sup. Praeposito in Exequiis ejus dicta, et impressa Lincii Feichtinger 1732. fol.

Panegyris de S. Michaele Archangelo, dicta in Sonntagberg. Lincii 1731. 4.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

WOEBERN Josephus, Germanus, 4 vota professus, Viennae Rhetoricam docuit, et concionatus annis 12 Neostadii, Lincii et Viennae, Neostadii Rector, Regens Seminariorum Cremsii et Viennae, in hoc pie obiit 4. Sept. 1747.

Edidit latine:

Memorabilia de Templo et Turri S. Stephani. Viennae 1721. 8. Ex hoc libello potissimum desumta germanica eorundem descriptio edita Viennae 1722. 8.

WOEGER Sebastianus, Germanus, e provincia Austriaca,

cujus latine:

Flores DD. Candidatorum Majo florenti Coronae inserti. Viennae 1666.

(Wittmann.)

WOMESEY Tobias, Germanus, Iticae in Comitatu Tyrolensi 12. Sept. 1675. natus, et aet. 15. Viennae in provinciam Austriacam receptus, Operarius semper indefessus, pie obiit Passavii 6. Aug. 1709. aet. 34.

Reliquit Monumenta litteraria mille facile philyris comprehensa.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

WUETT Petrus, Germanus, Viennae Austriae metropoli 17. Nov. 1710. natus, et aet. 19. Societati insertus, Concionatorem multis annis diversis in locis et Missionarium strenuum et per Styriam et per Carinthiam egit, ac demum Viennae in Domo professa pie obiit 6. Sept. 1771. aet. 61.

Extat ejus:

Synopsis historico-genealogica Regiae Domus Lotharingicae. Graecii 1747. 12. latine:

Sermo sacer Varadini dictus, cum primus lapis novae Ecclesiae Cathedralis ibidem poneretur. Varadini typ. Seminarii 1752. fol. germanice.

In Msc. servantur in Bibl. Caes. Reg. Vind. T. II. Recens. Schwandtner. n. 1561.

Adversaria et Collectanea pro describenda origine Regiae Domus Lotharingicae et ejus nexu cum Aug. Domo Habspurgica. fol.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

WULFEN Franciscus Xaverius, Albae Graecae (Belgrad) in Servia e Baronum Familia 9. Nov. 1728. natus, Caes. Regii Locumtenentis Mareschalli Filius, et 1745. Cassoviae in provinciam Austriacam receptus, 4 vota professus, vir de provincia hac meritissimus, et unus e praecipuis suo aevo naturae indagatoribus, Goritiae primum Mathesim anno uno, tum Labaci Logicam, Metaphysicam et Physicam biennio, dein Clagenfurti omnes has Philosophiae partes quinquennio docuit, ab anno vero 1769.

Digitized by Google

nequidquam petita Missione Indica, Clagenfurti Operarius, hoc in loco etiam soluto Ordine, ipsis 42 annis haesit, privatamque vitam ducens, totum se officiis Status Sacerdotalis et scientiis dedit ac in specie Historiae naturali, susceptis plurimis per omnes has regiones ac difficillimis itineribus. Plures litteratae Societates Europae eum membris suis adnumerarunt. Opera ejus de Plumbo spatoso Carinthiaco, de Marmore conchato etc. thesaurus sunt profundarum et ferrea industria partarum notionum. Quae autem praecipue in Botanica elaboravit, rara cum modestia tacito nomine aliorum Collectionibus, ut Scopoli, Jacquini Miscellaneis et Collectaneis inseruit. In Manuscripto completam Floram Noricam, in qua 40 annis laboravit, Agrostographiam, et alia quaedam Opera reliquit, e quibus regnum scientiae humanae in genere magnam sibi dilatationem polliceri possit, quaeque si vulgarentur, Carinthiacae non sat notos naturae thesauros proderent. Cum eximiis his de scientiis meritis nobilissimas animi dotes conjunxit. Benignus in omnes, pater praecipue pauperum fuit. Sacrum Tribunal, in quo erat assiduus, aegrorum ac moribundorum lectuli, hospitalia, tugurìa miserorum erant, in quibus libentissime versabatur. Nova Clagenfurtensia relationem de ejus obitu his clausere verbis: „Nemini nocuit; millenis profuit. Nemo de eo unquam male locutus est. Homines omnium statuum et opinionum eum amarunt et venerati sunt. De quo id rursus dici poterit?" Obiit 17. Mart. 1805. aet. 77. Biographiam ejus edidit germanice Michael Kunisch cum effigie defuncti. Viennae Gassler 1810. 4.

Opera ejus germanica fere omnia sunt:

Descriptio quarundam Plantarum Carinthiacarum. In Jacquini Miscellaneis Austriacis. 1780. et 1781.

Spicilegium sylvestrium plantarum. Ibid. Vol. I. 1786.

Continuatio Descriptionis rararum plantarum Carinthiacarum. Ib. Vol. I. 1796.

Descriptio Plumbi spatosi Carinthiaci. Viennae Kraus 1781. fol. c. fig. — Eadem aucta cum titulo: Dissertatio. Viennae 1785. fol. cum 21 aeneis tabulis coloratis. — Eadem latine reddita a Jos. Eyerel. Vindobonae 1791. 4. cum iisdem tabulis; et in Jaquini Collectaneis. — Continuatio Descriptionis ejusdem. In Jacquini Collectaneis botanicis T. I. 1796.

Descriptiones quorundam Capensium Insectorum. Erlangae 1786. 4. cum figuris pictis. latine.

Dissertatio de Carinthiaco pavonis caudam imitante Helmintholitho, seu de ita dicto opalizante Marmore conchato. Norimbergae 1790. c. fig. Erlangae Societati regio- borussicae Physicorum Berolini dicata 1793. 4. — Volumina IV. 1793. — 1799. 4. c. fig.

Oblectamenta hyemalia. In Scriptis Societatis Berolinensis Physicorum. T. VIII. 1787.

Descriptiones Zoologicae ad Adriatici maris littora concinnatae. In novis Actis Naturae curiosorum T. VIII.

Descriptio plurium specierum Lichenis, quas in suis excursionibus hyemalibus Clagenfurto in montibus reperit. In Scriptis Societatis Berol. Naturae curiosorum. 1787.

Descriptio botanica regionis circa Clagenfurtum. In Scriptis Societatis Berol. Amic. nat. inquir. T. III.

Observationes in Wulfenii Descriptionem Lichenis publicatam inter raras plantas Carnioliae in Prof. Jac. Carnioliae Vol. II. p. 112. apud J. Ed. Smith. Anglice.

Post ejus mortem prodiit:

Plantarum variarum descriptiones. Lipsiae sumtibus Bibliopolii Schaefferiani 1805. latine.

Floram noricam, potissimum Carinthiacam, 3000 plantarum etc. delineatarum, cum Herbario vivo post mortem suam D. Praesidenti de Schreber Erlangam transmitti voluit, quam in 6 Cistis Episcopus Lincensis Hohenwart ante Vicarius generalis Episcopi Gurcensis et Wultenio amicissimus, cum Collectione Amphibiorum, Animalium, Vermium, Insectorum et Mineralium eo transmisit.

(Nova Viennensia 1805, Num. 26. Meusel Gel. Teutschl. Göttl. Gel. Anz. 1788. Hemsius. Bibl. Theres. Biographia ejus per Kunisch.)

WURZ Ignatius, Germanus, Neostadii in Austria 28. Dec. 1731. natus, et act. 16. Societatem ingressus, 4 vota professus

Digitized by Google

et Theologiae Doctor, mature linguae germanicae puritati et Eloquentiae, privato studio praesertim Concionatorum Gallorum versioni se dedit. Tertio probatus Classes grammaticales, tum triennio Poesim in Domo professa Viennae docuit, ubi jam Concionibus quibusdam occasione data ac praesertim de S. Julio habitis tantam sibi Eloquentiae famam peperit, ut Professor ejus publicus in Universitate Vindobonensi 1665. constitueretur; quo in munere etiam soluto Ordine ad id usque tempus perstitit, quo a M. Theresia Augusta Parochus in Pierawart nominatus est, quam Paroeciam, nova etiam parochiali domo aedificata, ad obitum usque suum administravit, a vicinis Curatoribus summe aestimatus, ab oviculis vero adeo dilectus, ut dum ad eas verba faceret, (fecit autem frequentissime,) nemo, qui domum custodiret, remanere vellet. Potest merito Restaurator Eloquentiae sacrae non in terris solum Austriacis, sed in omni Superiore Germania dici, ut non solum Opus ejus methodicum de hac materia scriptum, sed tot Conciones tum morales, tum occasione data habitae testantur, ut difficile sit statuere, in quo genere magis eminuerit. Obiit religiose ut semper vixit, 29. Aug. 1784. aet. 53.

Opera ejus germanica omnia sunt:

Oda ad Excell. D. Daunium ob Victoriam Maxensem de Borussis relatam. Viennae Trattner 1759. 4.

Oda in Natalem Regii Principis Josephi Archiducis Austriae. Viennae id. 1762. 4.

Curiosus. Comoedia exhibita in Collegio Nobilium Theresiano coram Aula Caesarea, cum Coronatio Josephi II. Rom. Regis celebraretur. Viennae id. 1764. 8.

Jo. Barclaji Argenis, cum additis declarationibus ex Historia sui temporis. Tomi II. e latino germanice reddidit. Augustae Vindel. 1770. 8.

Vita B. Angelae Merici, Fundatricis Ursulinarum. Viennae 1765. 8.

Introductio in Historiam universalem in usum scholarum. Partes IV. Historiam sacram Vet. Testamenti et 4 Monarchiarum ad nostra usque tempora continentes. Viennae Kaliwoda 1764. 1770. 8. sine nomine.

Caroli de la Rue S. J. Conciones panegyricae et funebres. Tomi III. e gallico. Graecii Widmanst. 1758. 8.

Abbatis Ciceri Conciones universae, e gallico. Partes VI. Aug. Vind. 1762.—1764. 8.

Bossueti Funebres e gallico. Aug. Vind. 1764. 8.

Introductio ad Eloquentiam Ecclesiasticam. Tomi II. Viennae Aug. Bernardi 1770. et 1775. 8.

Epitome ejusdem. Viennae 1776. et 1790. 8.

Panegyris de S. Julio M. Viennae Kurzbeck 1761. 8. et post hanc quam plurimae diversis in Ecclesiis tum Viennae tum per Austriam singulis annis habitae, seorsim primum, dein collectim editae. Has inter eminent:

Concio Funebris de Francisco I. Rom. Imp. coram Universitate ad S. Stephani habita. Viennae 1765. fol.

Oratio Funebris de Gerardo van Swieten in Audaeo Universitatis habita. Viennae Trattner 1772. 8. — gallice Viennae Kurzbeck 1778. 8. — italice per P. C. B. Viennae Trattner 1773. 8.

Concio Funebris de M. Theresia Augusta. Viennae Schmidt 1781. 8.

Conciones universae, quarum Partes priores IV. Conciones ejus quadragesimales per 8 annos apud Jacobinas Viennae habitas; reliquae IV. mixtas sc. de Mysteriis, Panegyres Sanctorum, ex quibus 8 de solo S. Joanne Nepom. sunt., Funebres plures, et occasionales alias, tum et morales ruri habitas continent. Partes VIII. quarum priores tres ipse correxit, Operi immortuus. Viennae Jos. Kurzbeck 1783. — 1786. 8.

Concio ad secundas Primitias P. Joannis Cortivo Ord. Erem. 8. Aug. Viennae Schmidt 1780. 4.

Ex his omnibus ipso inscio edita:

Specimina Eloquentiae sacrae: Partes IV. Bambergae 1783. 8.

Sermones panegyrici aliique occasionales. Partes II. Monasterii 1780. 8. Aug. Vind. 1783. 8.

Themata Concionum. Tomi III. Aug. Vind. 1795. 8.

Digitized by Google

Z.

ZACH Joannes, (Isacus) Germanus, Juvaviae 1596. natus, et 1624. in Societatem admissus, 4 vota professus, vir omnium opinione Sanctus, qui jam ante ingressum sanitatem cuidam precibus suis a Coelo impetravit, et in Societate nec minimum peccatum nec minimae regulae violationem admisisse est notatus, inter primos Socios Styram missus, 25 quibus hic est versatus annis, orthodoxos in fide confirmavit, sectatores ad eam reduxit, indefessus in concionando, catechizando, aegros invisendo, nullas frigoris, egestatis, aut etiam propriae infirmitatis molestias veritus, ac demum ibidem communi civitatis, pauperum praecipue luctu, sancte decessit 26. Martii 1658. aet. 62.

Vertit e latino in patriam linguam Opusculum P. Lancicii de Officiis Adjutorum domesticorum in Societate; pluraque alia pia opuscula pro typo confecit.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

ZACHAR Andreas, Hungarus, Teplae 23. Apr. 1733. natus et Cassoviae Philosophus 1754. in Societatem admissus, absolutis studiis Praefectus primum in Convictu dein Professor Poeseos in Academia Tyrnaviensi et 4 vota professus etiam soluto Ordine Philosophiae Doctor creatus humaniores litteras Tyrnaviae docuit et emeritus Gymnasii Tyrnaviensis Director ibidem pie obiit 15. Febr. 1805. aet. 68.

Edidit latine:

Oratio de intemerato Conceptu B. V. Mariae. Tyrnaviae 1762. 4.

Panegyris D. Ignatio dicta. Ibd. 1763. 18.

Cliens Marianus gratioso compendio per actiones diurnas, pias considerationes et varias pietatis praxes deductus. Tyrnaviae 1772. 12.

Carmen honoribus quinquagenarii Sacerdotii Nicolai Jaklin, Ep. electi Alinision. Cantoris et Canonici Eccl. metrop. Strigoniensis. Tyrnaviae 1775.

Carmina lyrica, quibus accedit brevis tractatus de Poesi lyrica dimensionibusque metrorum suis notis et exemplis illustratorum. Tyrnaviae 1777. 8.

Oratio funebris ad solemnes Exequias M. Theresiae Aug. ab Academia Reg. Tyrnaviensi celebratas. Posonii 1781. fol.

Memoria Thomae Davidis Szlabigh, (Hung. Poson. et in Academia Tyrn. secundi Hum. Profess.) in justis ejus solemnibus adornata. Tyrnaviae 1784. 8.

Paradigmata Orationis solutae ex usu hodierno Eloquentiae cum tractatu de stilo bene latino. Tyrnaviae 1783. et 1784. 8.

(Cat. Bud. 1799. Bibl. Szechen. Paintner.)

ZAGRABIENSE COLLEGIUM ab Ignatio et Bernardo Thauhausen e S. J. fundatum,

cujus latine:

Manuale Sodalitatis majoris. Zagrabiae 1666. 8.

Theologiae scholasticae et dogmaticae Assertiones nova methodo illustratae. Zagrabiae 1753.

ZAMBAL Bartholomaeus, Germanus, Meleschovitzii in Moravia 24. Aug. 1692. natus et aet. 21. Philosophus in provinciam Austriacam receptus, 4 vota professus et Philosophiae Doctor Cassoviae Ethicam et reliquam Philosophiam docuit. Diversis dein domibus in Hungaria praefuit et pie obiit Cassoviae 12. Febr. 1752. aet. 60.

Edidit latine:

Vectigal virtutis, seu Gloriosi Colossi B. Francisco Regis S. J. magno Franciae Apostolo erecti. Carm. eleg. Cassoviae. 1717. 8.

Franc. Wagneri Universae Phraseologiae corpus idiomate slavico locupletatum. Tyrnaviae 1750. 8.

(Paintner.)

ZANCHI Josephus, Italus, Flumine in Istria 25. Aug. 1710. natus, et aet 15. in Societatem cooptatus, 4 vota professus, Philosophiae et Theologiae Doctor, Graecii Rhetoricam, Philosophiam Goritiae, Viennae in Academia et in Collegio Theresiano, Theologiam moralem, polemicam et dogmaticam itidem Viennae exposuit; Rector dein

Digitized by Google

Goritiae, Passavii, Graecii, Viennae, ac soluto Ordine Canonicus Goritiensis obiit 1786. aet. 76.

Edidit latine:

Genethliacon Josepho II. Archiduci Austriae carmine epico. Widm. 1741. 8.

Epistola Anonymi gallice scripta, qua Volterrani vulgata Philosophia Nevtoniana in examen vocatur, latine reddita. Viennae Kaliwoda 1747. 8.

Dissertatio de mutuo commercio inter mentem humanam et corpus. Viennae id. 1748. 8.

Synopsis Historiae genealogicae Regiae Domus Lotharingicae Pars II. Viennae 1748. 8. (prima est Sigism. Vorster.)

Scientia rerum naturalium Tomi II. Physicae Partem generalem et specialem continentes. Viennae Kaliwoda 1748. 4.

Philosophia mentis et sensuum ad usus academicos accommodata. Tomi III. Viennae Kaliwoda 1750 4.

Institutionum Theologicarum Tractatus de Gratia Salvatoris. Viennae Trattner 1754. 4.

Earundem Tractatus de Virtutibus Theologicis. Viennae id. 1755. 4.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

ZANZINI Josephus, Sanchez cognominatus, e Provincia Austriaca, Missionarius in Insulis Philippinis,

cujus:

Epistola ad P. Bernardum Gayer S. J. Ferdinandi IV. Rom. Reg. Confessarium, 16. Martii 1670. de Statu hujus Missionis.— Germanice in Stöcklein Mercurio Parte I. n. 11.

ZARUBAL Bartholomaeus, Germanus, Neterovii in Moravia 24. Aug. 1692. natus, et aet. 21. in provinciam Austriacam receptus, Cassoviae Poesim tradidit, et 4 vota professus, Philosophiae Doctor eandem Cassoviae docuit. Superior dein in Valle Dominorum et Eperiesini, Rector Leutschoviae et Szakolczae, pie obiit Cassoviae 20. Febr. 1752. aet. 60.

Edidit latine:

Geographica globi terraquei synopsis. Partes II. Cassoviae typ. Acad. 1728. et 1729. 12.

Vectigal virtutis seu Colossi B. Joan. Francisco Regis erecti.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

ZEFFERIN Bernardus, Italus, Goritiae in Foro Julii 21. Maji 1628. natus, et aet. 20. Societati in provincia Austriaca adscriptus, 4 vota professus et Philosophiae Doctor, Jaderae primum in Dalmatia Veneta magno animarum fructu Missionarius, dein Tyrnaviae et Viennae Mathesim, Ethicam et Philosophiam annis aliquot in Academia tradidit ac post in utraque scientia Ephebos Caesareos magna Aulae approbatione excoluit. Inde Oratori Caesareo ad Aulam Saxonicam pro animi obsequiis datus, septem, quibus hic degit, annis, miris industriis Catholicos in sacra fide confirmavit, pluresque errantes ad Ovile Christi reduxit. Animarum causa nullam unquam molestiam aut periculum veritus, seu dum Viennae lue infecto militi assisteret, seu dum Jaderensi in peninsula sicarios in sui perniciem pecunia corruptos nosset; quin eo redire unice optavit, et etiam impetravit, nihil magis gestiens, quam vitam pro Christo et in charitatis obsequio ponere; quam inter summos corporis dolores sancte posuit Goritiae 10. Apr. 1679. aet. 51.

Scripsit latine:

Ephemerides Tyrnavienses typ. Acad

Congessit in unum Volumen Quaestiones Controversiarum fidei, jam Romae pro typo probatas.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

ZEHETMAYR Andreas, Germanus, e provincia Austriaca, obiit 11. Apr. 1676.

Ejus latine:

Fortuna justa, clemens ad Philosophorum tribunal a contumeliis vindicata. Graecii 1760. 12.

(Wittmann.)

ZEHETNER Ignatius, Germanus, Clagenfurti in Carinthia 29. Julii 1726. natus et absoluta Philosophia 1745. in Societatem receptus, 4 vota professus, Clagenfurti Philosophiam triennio et Controversias anno uno, dein Lincii Theologiam moralem ab anno 1762. docuit, Praeses simul zelosus Congregationis majoris studiosorum et Operarius strenuus, in ducendo praeprimis al-

Digitized by Google

tero sexu in via perfectionis indefessus, ad mortem usque suam, quam abolito dudum Ordine in magna sanctitatis fama, humi cubans repertus, Lincii oppetiit.

Edidit fere quotannis latine seu pro xenio seu pro Exercitiorum spiritualium usu libellos pios, quos inter:

Reflexiones Christianae in illam Christi Servatoris sententiam: Quid prodest homini etc. Lincii Pramsteidel 1763. 12.

Exercitium piae praeparationis ad mortem. ib. 1764. 12.

Schola castitatis, docens actiones et affectus ad angelicae puritatis normam componere ib. 1767. 12.

Salutaria monita ad instillandum Dei timorem et peccati horrorem. ib. 1768. 12.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

ZEHENTNER (Decumanus) Paulus, Germanus, Oeniponti in Comitatu Tyrolensi 1589. natus, aet. 17. Societati adscriptus, et 4 vota professus, Sacras Litteras et Theologiam docuit, sed concionandi dono cumprimis praestans, munus hoc 30 annis, variis in locis magno cum fructu plausuque, diuque apud Eleonoram Augustam Ferdinandi II. Caesaris Viduam exercuit; cumque se ad mortem summa pietate praeparasset, eandem sancte oppetiit intra Octavam Nativitatis B. V. M. ut optavit, Millestadii 14. Sept. 1648. aet. 59.

Edidit latine:

De Verme malae conscientiae Libri IV. Ferdinando II. Aug. Rom. Imp. ejusque Victrici Aquilae consecrati. Monachii 1633. 8. germanice Viennae 1642. 8.

Promontorium malae spei, impiis pericolose navigantibus propositum, seu Nota et signum Reprobationis Procrastinatio poenitentiae. Libris IV. Graecii 1643. 8.

Germanice:

Concio funebris in Exequiis Serenissimae Mariae Renatae Bavarae Alberti Ducis filiae dicta. Monachii 1630.

Confutatio Concionum a Polycarpo Lyser seniore habitarum Pragae de bonis operibus.

Relatio de Colloquio Ratisbonensi.

Dialogus de Reformatione.

(Sotvell. Jöcher.)

ZELLER Christophorus, Germanus, Lichtenfelsii in Franconia 26. Julii 1650. natus et aet. 26. Viennae Philosophiae Doctor in provinciam Austriacam receptus, 4 vota professus, 20 annis in diversis provinciae, iisque praecipuis locis ad populum dixit, quin unquam eandem Concionem repetiisset. Dein diversis Congregationibus, et Seminariis praefuit, virque plane religiosus, qui Sacrificium praesertim Missae coelesti ardore obivit, et de quo Sacerdos magnae autoritatis se juramento asserere posse testatus est, quod facienti Sacrum Angelum visibili specie adstare vidisset, demum acerbissimos inter morbi dolores piissime obiit Lincii 16. Apr. 1715. aet. 65.

Extat ejus germanice:

Panegyricus S. Bernardo dictus. Lincii Rödelmayr 1685. 4.

Item S. Benedicto in Monasterio Lambacensi Sup. Austriae ejusdem Ordinis. Lincii Freischmid 1705. 4.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

ZELLER Joannes Bapt., Germanus, e provincia Austriaca.

Cujus latine:

Paladium seu Effigies Palladis. Graecii 1683.

(Wittmann.)

ZELLER Martinus, Transylvanus, Claudiopoli 1629. natus, et Viennae 1646. Societatem ingressus, sacris expeditionibus bona Nadasdiana excoluit, pluresque pagos in Ecclesiae gremium reduxit. Tyrnaviae dein Philosophiae Doctor, cum ejus cursum absolvisset, jamque in eo esset, ut discipulos suos prima ejus laurea decoraret, callida febri pie obiit 10. Mart. 1663. aet. 37.

Edidit latine:

Archi-Laurus Strigoniensis. Tyrnaviae 1655.

(Paintner.)

ZENEGG Christophorus, Germanus, Togenbrunae in Carinthia 22. Apr. 1666. natus, et aet. 17. Societati aggregatus, 4 vota professus, et Philosophiae Doctor, Poesim Graecii, Viennae Oratoriam, Graecii Ethicam, Goritiae Philosophiam tradidit. Sinistrae valetudinis causa scholis abscedere jussus, licet manibus captus, Viennae ad

Digitized by Google

S. Annae et in Collegio, tanto plausu ad populum dixit, ut a binis Caesaribus Josepho et Carolo Concionator aulicus deligeretur. Reduxit multos ad frugem, etsi calumniis, conviciis et minis impetitus. Paupertatis tam erat tenax, ut cum pii quidam a morte ejus reliquias de ipso peterent, praeter pauculas chartaceas icunculas nihil esset reperire. Obiit piissime Viennae in Domo professa 1712. aet. 48.

Edidit latine:

Apiarium ex Panthere h. e. Styria curiosa et memorabilis. Carmen. Graecii Widm. 1691. 12.

Orationes Philippicae, in quibus parentum filiorumque hujus saeculi mores, praesertim ornatus muliebres perstringuntur. Viennae Leop. Voigt. 1696. 12.

Theatrum Virtutis et Honoris Augustissimis Caesarum filiis ab Augustissimis Parentibus ad Imperium destinatis extructum. Viennae Matth. Schowiz 1697. 4.

Germanice:

De Miraculis B. V. Mariae Pötsensis. Viennae 1703. 8.

Panegyricus S. Joanni de Deo. Viennae And. Heyinger 4.

Item S. Philippo Benitio. Viennae id. 1706. 4.

Item S. Domitiano. Viennae id. 1706. 4.

Oratio Eucharistica, cum in Templo S. Petri Viennae primum Divina celebrarentur praesentibus Majestatibus Caesareis. Viennae id. 1708. 4.

Passus gigantei magni Caesaris Josephi I. a via terrenorum honorum ad immarcescibilem coelestem Coronam seu Panegyricus funebris Josepho I. Aug. Imp. ad Exequias solemnes in templo Aulico dictus. Viennae Haer. Cosmerovii 1711. fol. Servatur in Msc. in Bibl. Caes. Recens. Schwandtner. Tomo III. n. 15.

(Grata et Scripta Prov. Austr. Propyl. Bibl. Us. Graec. Vogel.)

ZENI Franciscus, Germanus, Monachii Bavariae metropoli 23. Sept. 1657. natus, et aet. 17. Viennae in provinciam Austriacam adoptatus, decem annis Concionator praeclarus, et Operarius per omnem vitam indefessus, pie obiit Viennae in Domo professa 13. Martii 1702. aet. 45.

Confecit Adversaria, e quibus consueti Xeniorum libelli desumti et typis dati.

(Grata et Scripta Prov. Austr.)

ZEPHYRIS Franciscus Xaver., Germanus, Tyrolensis Brunopoli claro sanguine natus 22. Junii 1695. et 1712. in provinciam Austriacam susceptus, professus 1. Nov. 1729. petitam mature facultatem Missionis ultramarinae Theologus tertii anni obtinuit et ab anno 1723. Missionarius in India Occidentali et quidem in Regno Quittensi, redux anno 1769. Viennae in Domo professa eodem anno meritorum plenus 17. Dec. obiit aet. 74.

Habetur ejus:

Extractus ex quatuor Epistolis ad PP. Molindes, Bombardi, Göttner et Rospichler, omnes e Provincia Austriaca, ex Popajan et Latacunga a 28. Jul. 1724. ad 9. Mart. 1725. datis, quibus status tum naturalis tum politicus et religiosus harum regionum, Missionum status, et Missionariorum plurium sortes, itinera, obitus describuntur. — germanice in Stöcklein Parte XI. n. 283.

Epistola ad D. Jo. Thomam Zephyris Can. Brix. fratrem suum ex Quito 13. Nov. 1724. quae suum in hanc Urbem adventum, hujus brevem descriptionem etc. continet. — germ. ib. P. XIV. n. 326.

Epistola ad D. Felicem de Zephyris fratrem suum ex Quito 13. Nov. 1724. qua quaedam ex his Missionibus enarrat. — germ. ib. n. 327.

Epistola ad P. Carolum Scherern ex Latacunga 9. Mart. 1727. quem hac epistola persuasit, ut et ipse in Indiam concederet. — germ. ib. P. XVII. n. 388.

Epistola ad P. Franc. Xav. Göttner ex Andoa ad fluvium Pastaza fluentem in fluvium Maragnon 10. Jul. 1727. de solitudine Missionariorum et conventu Lagunae quovis biennio, et de ruditate et malitia incolarum; hostilitate Hispanos inter et Lusitanos, et statu naturali harum regionum. — germ. ib. n. 389.

Epistola ad P. Hermenegildum Adam S. J. in Austria ex S. Thoma Andoae 3. Jan. 1728. de defectu Missionariorum germanicorum, eorum laboribus, et magia gentilesinter grassante. — germ. ib. n. 390.

Digitized by Google

Epistola ad Sororem suam Halam in Tyroli ex Missione S. Francisci Xav. apud Jamaeos ad flumen Maragnon 12. Aug. 1742. de fertilitate regionis et moribus populi hujus. — germ. ib. P. XXXVIII. n. 766.

Epistola ad praenobiles Parentes suos ex Latacunga 15. Apr. 1625. de quibusdam natnrae donis et terraemotu ope Deiparae cessante. — germ. ib P. XIV. n. 328.

Epistola ad Matrem Josepham Zephyris, Ord. S. Clarae ex eodem loco 15. Apr. 1725. de sara conversione et fertilitate soli. — germ. ib. n. 329.

Epistola ad Domicellam Felicitatem Zephyris sororem suam ex eodem loco 15. Apr. 1725. de penuria, in qua vivunt Missionarii. — germ. ib. n. 330.

Epistola ad Parentes suos ex Tschilio prope Quito 19. Jul. 1725. de adventu suo in hac missione, et miseriis Missionariorum. — germ. ib. n. 331.

Epistola ad P. Franc. Xav. Göttner, Prof. Phil. in Univ. Graec. ex Missione apud Pintsches prope fluvium Maragnon 2. Januar. 1727. de suo itinere eousque et statu tum naturali hujus regionis, tum politico nationis, tum religioso Missionis hujus. — germ. ib. n. 332.

Epistola ad P. Michaelem Bombardi Prof. Theol. in Univ. Graec. ex eodem loco 2. Januar. 1727. de statu harum Missionum. ib. n. 333.

ZERGEL Andreas, Germanus, Carniolus, Humaniora, Philosophiam, Mathesim et S. Scripturam docuit, et obiit 1645.

Edidit latine:

Theoremata Chronologica de Anno Ortus et Obitus D. N. J. C.

(Valvasor Descriptio Carniolae.)

ZERGOLI Andreas, Italus ad Comos in extrema Italiae regione in Oppido S. Crucis aut S. Andreae natus, an. 1614. juvenis ad Societatem accessit, et in Provincia Austriaca 4 vota professus, post litteras humaniores Philosophiam Graecii et S. Scripturam exposuit, Mathesim et Theologiam moralem Graecii et Viennae tradidit, virque ut ingenio et doctrina praestans, ita religiosae vitae exemplar, pie obiit Millestadii Residentiae Superior 23. Jan. 1643. Elogium ejus in Scriptoribus Univ. Vien.

Edidit latine:

Theoremata Chronologica disputationi proposita de Anno Ortus et Mortis D. N. J. C. Viennae Austriae Matth. Formicae 1625. Statuit Christum natum anno 40. Juliano D. Laelio et C. Antistio Cons. mortuum anno 74. Juliano. 29. Dionysiano; C. Rubellio et C. Fusio Geminis Cons. ita ut Passio et Mors Christi incideret in diem 25. Martii, quo et conceptus ante 33 annos et 3 menses.

(Sotvell.)

ZICHI Ladislaus, Hungarus, Fölsöbanyae 26. Febr. 1693. natus, aet. 18. Societati adnumeratus, et Professorum Catalogo insertus, animarum salutem per Daciam et Hungariam diversis in muneribus nulli parcens labori mire promovit, et obedientiae singulare exemplar piissime obiit Carolinae 1. Aug. 1742. aet. 49.

Edidit latine:

Guttae in Libethra delibatae. Cassoviae 1720. 12. Carmine elegiaco.

Concinnavit plures libellos controversisticos, partim ex germanico in hungaricum versos typoque datos in populum dispersit. Claudiopoli.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

ZIEGELMILLER Joannes, Germanus, Constantiae in Suevia natus et in provinciam Austriacam receptus, 4 vota professus et Philosophiae Doctor, Graecii Rhetoricam et Philosophiam docuit. Socius dein Magistri Noviciorum, Rector Cremsii, Traunkirchii Superior, ubique fervens Operarius, pie obiit Lincii 30. Jan. 1679.

Edidit latine:

Ver purpureum in Rosa ursina, seu Elogia familiae Ursinae. Graecii Widm. 1659. 8.

Illustrissimus Comitatus Laureatae Philosophiae Graecensis. Graecii id. 1660. 8.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

ZIER Christianus, Germanus, Neostadii in Austria 13. Junii 1649. natus, et aet. 18. in Societatem admissus, 4 vota professus, Oratoriam biennio Graecii publice,

Digitized by Google

et altero juvenem Principem ab Eggenberg docuit. Ad populum dein magna approbatione dixit Graecii, Labaci, Clagenfurti. Tum Regens Seminarii Viennae decennio verus pater, etiam lue domi grassante aegris diu noctuque adstitit. Rexit subinde Collegium Soproniense, Neostadiense, Leobiense, et vir insigniter pius, et lacrymarum dono sub Missa praeditus, sancte obiit Leobii 1. Febr. 1709. aet. 60.

Edidit latine:

Libellus queremoniarum adversus Martem. Graecii 1684. 8.

Certamen Gradivum inter et Minervam per Jovis Caduceum compositum, felix Victoriarum Caesarearum omen. Graecii Widm. 1685. 8.

(Paintner. Wittmann.)

ZIERNDORF Antonius, Germanus, Viennae Austriae 14. Septembris 1667. natus, et aet. 17. Societati adscriptus, 4 vota professus, et utriusque facultatis Doctor, Viennae Poesim, Rhetoricam et Philosophiam, Graecii Theologiam polemicam, Moralem et Jus Pontificium ac denique dogmaticam annis 10 tradidit. Rexit Collegium Passaviense, Convictum Viennensem, et vir magnae pietatis pie obiit Viennae in Collegio 28. Dec. 1714. aet. 47.

Edidit latine:

Lusus symbolicus in Parnasso celebratus. Carmen. Viennae Leop. Voigt 1639. 8. vario carminum genere.

Declamationes sacrae et profanae. Partes II. Viennae 1708. 8.

M. Minucii Felicis Octavius, Prolegomenis Franc. Balduini, notisque selectis noviter illustratus.

Magni Aurelii Cassiodori Variorum Libri VI. Viennae 1702. 12.

(Gesta et Scripta Prov. Austr.)

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google